Pro dubio est notandum q sicut terminus equi uocus consideratus in ordine ad plura significata que significat medijs pluribus conceptibus dicitur equiuocus. et idem consideratus in ordine ad unum suorum significatorum quod significat mediante vno conceptu est uniuocus: sic est de ista oratione q ipsa considerata in ordine ad unum suorum sensuum precise est propositio vna et significat verum vel falsum. Sed illa considerata in ordine ad plures sensus quos representat non est vna, nec per consequens est vera vel falsa. Quis in omnibus suis sensibus sibi correspondentibus ita q equiuales tribus propositionibus coniunctum sumptis. Et hoc patet per simile, nam non dicitur q iste tres propositiones homo est animal, homo est risibilis, et homo est rationalis, sint vna propositio vera vel falsa, et sic similiter dicendum est de ista. Secundum dubium est verum hec oratio homo qui est animal sit propositio. Et videtur q sic, quia includit propositionem igitur. In oppositum arguitur, quia non significat verum vel falsum, ergo non est propositio. Ad dubium respondetur q dicta oratio non est propositio eo q ipsa tota non significat verum vel falsum quod requiritur anteq sit propositio. Et ad rationem dicitur q dato q illa oratio includeret in se propositionem veram, tamen quia ipsa totalis non significat verum vel falsum, igitur ipsa totalis non est propositio.

Tertium dubium est que res sit veritas propositionis et quid formaliter dicitur verum et verum distinguatur a propositione. Pro declaratione supponitur primo q veritas est in rebus et in intellectu diuersimode tamen. Primum patet, quia verum est obiectum intellectus, ergo veritas est in rebus. Secundum patet, quia in sola compositione et diuisione intellectus est veritas vel falsitas ex primo per yarmenias, ergo etc. Dicitur autem res vera tripliciter. Primo quia est manifestata quantum est de se cuiusq intellectui. Secundo quia est assimilata intellectui. Tertio quia facta assimilatione res est in intellectu sicut cognitum est in cognoscente. g. Supponitur secundo q duplex est veritas in intellectu scilicet scdm duplicem intellectus operationem scdm qua intellectus natus est conformari obiecto ut mensuratum mensure ex quinto metaphisice. Unde incompleta est conformitas actus simplicis ad obiectum intelligibile simplex. Sed veritas completa est conformitas noticie siue actus completi ad obiectum completum. Prima enim est incompleta et est in actu simplici. Secunda vero in actu completo

q de q dicitur incompleta in intellectu et completa

## De substantia propositionis categorice.

Tunc his suppositis respondetur ad dubium. Et primo ad primam partem q̄ veritas est formaliter relatio que habet pro fundamento notitiam et pro termino obiectum intelligibile. Quantum ad secundam partem dicitur q̄ actus intellectus est subiectus quo scilicet intellectus formaliter denominatur veritas cum sit subiectus quoddam illius respectus. Unde noticia existens in intellectu aut aliquid ipsius noticie est ratio formalis sine vandi veritatem sine ipsam conformitatem et sic patet q̄ intellectus dicitur formaliter veritas cum sit subiectum quoddam veritatis. Ad tertiam partem dubij dicitur q̄ distinguitur ab ipsa propositione. et se habet ut accidens vel ut accidens tale respectu propositionis. Et si queratur veritas sit in re. Ad hoc breuiter respondetur per distinctionem. quia duplex est veritas scilicet veritas fundamentalis que est apud fundamentum conformitatis quiditatis ad intellectum. Et talis non distinguitur realiter ab ipsa quiditate rei sed bene ex natura rei. nec ipsa res hoc modo est propria causa ipsius veritatis cum nihil causet seipsum. Alia est veritas formalis et est ipsa conformitas actualis rei intellecte ad intellectum. et sic ipsa res est bene causa ipsius veritatis quia se habet ut terminus relationis. modo relatio essentialiter dependet a fundamento et termino. Et tunc respondetur ad questum q̄ veritas formalis est in re ut inter termino vel ut in causa. sed est in intellectu ut in subiecto. quod patet. quia propria perfectio intellectus est in intellectu. sed veritas est propria perfectio intellectus. igitur est in intellectu. maior patet. quia propria perfectio non est separata ab eo cuius est propria perfectio. et minus probatur quia veritas est finis scienciarum speculatiuarum que sunt in intellectu. g. et c.

**Sed contra predicta arguitur** primo sic. In nulla bona definitione debent poni opposita. sed in ista ponuntur opposita scilicet verum et falsum. ergo definitio non est bona. Secundo arguitur sic. propositio semper representat suum significatum ad quod impossita est ad significandum ut hec propositio homo currit semper significat hominem currere siue currat siue non currat. ergo omnis propositio est vera et nulla est falsa. Tertio arguitur sic. ens et verum conuertuntur. sed omnis propositio est ens. ergo omnis propositio est vera et per consequens nulla est falsa. Quarto arguitur sic. Omnis propositio significat verum vel falsum. sed non omnis propositio significat verum. g. omnis propositio significat falsum. contra patet a tota disiunctiva cum destructione vnius partis ad affirmationem alterius est bona contra.

**Ad rationes. Ad pri**

ma dicitur q̄ opposita ut opposita sunt non debent poni in eadem definitione. sed si considerentur in quantum circumstantur nobis vnam differentiam possunt bene poni in eadem definitione. Vel dicitur q̄ possunt poni disiunctive in eadem definitione non tamen copulatiue.

Ad secundam dicitur q̄ oratio non dicitur vera eo q̄ representat suum significatum et solute. sed quia ipsa representat ipsum adequate et conformiter sicut est in re.

Ad tertiam dicitur q̄ omnis propositio est vera veritate entis sed non veritate propositionis que dicitur esse veritas formalis.

Ad quartam dicitur distinguendo antecedens. quia vel est vna propositio disiunctiva et sic procedit consequentia et negat consequens. q̄ sicut ipsum est falsum ita et alio. Si vero sit de disiuncto extremo negatur consequens et consequentia. nec ibi arguitur a tota disiunctiva cum destructione vnius partis ad affirmationem alterius. sed committitur fallacia divisionis arguendo a sensu composito vero ad sensum diuisum falsum.

**Propositionum autem alia categorica alia hypothetica. Categorica est illa que habet subiectum et predicatum et copulam tanquam principales partes sui ut homo currit. In hac enim propositione homo est subiectum currit vero predicatum.**

**Et quod coniungit vnum cum altero est copula. ut patet resol uendo homo currit. id est homo est currens. ibi homo est subiectum et currens predicatum. et illud verbum est dicitur esse copula quia copulat vnum cum altero. Et dicitur categorica a categorico as. quod idem est sicut predico predicas. unde dicitur categorica id est predicatiua. Subiectum est illud de quo aliud dicitur scilicet predicatum.**



## Tractatus primus.

### Predicatum est quod dicitur de altero scz de subiecto.

Circa hunc textum notandum est primo qd dicitur hic Petrus hinc dividit propositionem in categoricam et ypotheticam. Cuius divisionis ratio est quia omnis propositio significat verum vel falsum. vel ergo talis immediate proponitur ex pluribus terminis sic est propositio categorica. et ex pluribus orationibus et sic est propositio ypothetica. Et hanc divisionem tangit Aristoteles primo per ypermetrias hoc modo cum dicit. Enunciatio enim alia est simpliciter unaque dicitur categorica. Et alia est conuentione una que dicitur ypothetica. Consequenter ponit autor distinctionem propositionis categorice hoc modo. Propositio categorica est illa que habet subiectum et predicatum et copulam tanq partes principales sui. Unde per hoc relatum que intelligitur genus diffinit. Et ponitur que habet subiectum predicatum et copulam. ad differentiam orationum imperfectarum in quibus non ponitur copula verbalis. Deinde ponitur tanq partes principales sui ad differentiam propositionis ypothetice. que quis habeat subiectum predicatum et copulam non tamen tanq partes principales sui. Unde subiectum et predicatum in propositione categorica habent rationem materie et copula verbalis rationem forme. nam copula se habet in propositione categorica sicut forma naturalis in corpore naturali qz ipsa vnt subiectum et predicatum adiuuam que se habent primo dum materie. In propositione autem categorica duplex possumus reperire predicatum scilicet materiale et formale. Unde materiale est illud quod vntur cum subiecto per copulam verbalem et tali predicato non repugnat esse subiectum. Sed predicatum formale est quod vntur predicatum materie cui subiecto et sibi repugnat subiectum. Unde predicatum materiale et formale quandoqz distinguuntur scdm vocem hoc est q sub diuersis vocibus imponuntur vt homo est animal. quandoqz vero non distinguuntur scdm vocem temp tamen scdm rem vt homo currit.

### Sciendum est secundo q

cum in omni propositione categorica enunciatu aliquid de aliquo ideo in qualibz tria requiruntur. Primo illud de quo aliquid dicitur scz subiectum. Secundo illud quod dicitur de alio scz predicatum materiale. Tertio illud per quod vel mediante quo vnum dicitur de alio scz copula. Et dicitur categorica. i. predicatum. Et si dicatur aliqua est categorica in qua illa tria ppe enumerata non reperiuntur. ergo male dictum est q in ipsa tria reperiuntur. Pro solutione illi

us est aduertendum q duplex est propositio categorica. quedam est de effectu adiacente in qua non ponitur aliud predicatum materiale prater illud verbum est expressum et sic semper dicitur essentialiter. qd patet quia habet resolutu est et sumum participium scz eius participialiter sumptum qd non valet sicut existens. Alia est propositio de est tertio adiacente in qua ponitur aliud predicatum ab illo verbo est. vt in hac ppe homo est animal. et illud verbum est tertium adiacens saltem in propositionibus necessarijs nisi predicat essentialiter ita q valeat pna homo est animal ergo homo est. sed solum predicat inclusionem essentialem vel vniuersalem predicati cum subiecto. Et dicitur propositio de est tertio adiacente non q tale verbum ponatur in tertio loco sed quia ad formandum propositionem illa oportet prehabere predicatum et subiectum. et deinde his habitis oportet mediantem copula ipsa coniungere. Tunc dicitur q quis in qualibz categorica illa tria reperiuntur virtualiter tamen non semper formaliter. vt patet resoluendo propositiones de est secundo adiacente.

### Sciendum est tertio q

hic consequenter ad maiorem declarationem definitionis propositionis categorice autor diffinit subiectum et predicatum. Unde subiectum propositionis est illud de quo aliquid dicitur scz predicatum. Sed predicatum est quod dicitur de alio scz de subiecto. Et quia subiectum et predicatum sunt correlatiua ideo diffinitur vnum per reliquum. Unde subiectum dicitur predicatum subiectum. et predicatum dicitur subiectum predicatum. Subiectum tamen et predicatum possunt sumi dupliciter. Uno modo formaliter et pro se signifiato. et sic imponunt duas intentiones scilicet vel relationis rationis que habet pro fundamento rem que subicitur et pro termino rem que de alio dicitur vel e conuerso. et illo modo ibi diffinitur. Alio modo subiectum et predicatum possunt sumi pro denominato. et illo modo non hic diffinitur. Et si dicatur ille intentiones secunde scz subiectum et predicatum non sunt in genere. ergo non possunt diffiniri. qna patet. quia diffinitio debet dari per genus et differentiam. Et quis probatur. quia sola entia realia sunt in predicamento vt patet ex quinto metaphysice. Ad hoc dicitur q huiusmodi relationes et secunde intentiones non sunt in genere per se: possunt tamen de nominatiue reduci ad genus relationis vt patet scdm doctorem subtilen octaua distinctione terci sententiarum. Sed iuxta predicta mouetur vna difficultas vtrum scz negationes et signa vniuersalia et particularia sint partes subiecti. Similiter dubitat vtrq iste ppos. Tm alal et hō Magistro legente pueri proficiunt. et sic de sumo

## De quantitate propositionis.

ibus sunt categorice vel ypothetice. Ad primam dicitur q signa vniuersalia et negationes non sunt partes subiecti si ferantur in principio propositionis et ab ipis ppos sumat quantitate sua sed bene sunt partes subiecti si ponantur inter partes subiecti. et ppos ab illis non sumat sua quantitate. vt videns omnem hominem est equus. ubi hoc signum omnem est pars subiecti. Et etiam q sunt partes predicati patet. qz nisi sic sit ille non esset contradictione. sicut est omnis homo. et fortes non est omnis homo. qz amotis illis signis in talibus propositionibus vel saltem in similibus ille simul starent in veritate et falsitate. Ois homo est omnis homo. et quidam homo non est omnis homo. nisi illud signum omnis esset pars predicati. qz hoc esset falsa quidam homo non est homo. Sed q in illis dicitur homo currit. aliquid homo non currit. in quibus hec signa non ponitur inter partes subiecti non sunt de integritate eius. Probatur. qz propositiones contradictione debent esse de eodem subiecto qd tamen non esset si ipsa signa essent partes subiecti vt notum est. Ad aliud dubium respondetur q ista tm alal est homo et sibi similes formaliter sunt categorice. qz habent subiectum predicatum et copulam tanq partes principales sui. Sed virtualiter et equivalenter includunt duas categoricas. De secunda ppe dicitur q ista non est categorica sed est ypothetica vel immediate reducibilis ad ypotheticas. sic enim resolutur pueri proficiunt dum magister legit.

### Sed contra predicta arguitur

primo sic. In bona diuisione membra debent esse opposita. sed in ista diuisione membra non sunt opposita cum vnum contineatur in altero qz categorica continetur in ypothetica. qz diuisio non est bona. Secundo arguitur sic. tm sunt due partes principales orationis scz nome et verbum. qz propositio categorica non habet tres partes principales. Tertio arguitur sic. subiectum et predicatum opponuntur. qz predicatum non potest vere dici de subiecto. qz et c. Quarto arguitur sic. In hac propositione hō est homo. homo est subiectum et tamen de ipso non predicatur aliud cuius idem non sit aliud a se ipso. ergo male diffinitur subiectum q est de quo aliquid dicitur.

### Ad rationes Ad primas

conceditur maior et negatur minor. et ad probationem dicitur q vnum non continetur in alio formaliter licet bene materialiter vnum in altero contineatur. Ad secundam dicitur q tantum sunt due partes orationis essentialiter et specificiter distincte scz nomen et verbum. tamen sunt plures materialiter distincte vt plura nomina et plura

verba. Ad tertiam dicitur q predicatum et subiectum capta formaliter quoad illas intentiones opponuntur relative. ideo hec est falsa subiectum est predicatum. Si tamen accipiatur pro denominatis sic non opponuntur. et vnum potest vere de alio predicari vt homo est animal.

Ad quartam dicitur q licet predicatum non sit aliud a subiecto realiter est tamen aliud scdm finem et numerum. et hoc sufficit. quia non capitur hic aliud vt dicit distinctionem essentialem.

Propositionum categoricarum. alia vniuersalis. alia particularis. alia indefinita. et alia singularis. Propositio vniuersalis est. illa in qua subicitur terminus communis signo vniuersali determinatus. vt omnis homo currit. Terminus communis est qui aptus natus est predicari de pluribus. vt homo de sorte et de platone. Signa vniuersalia sunt hec omnis nulus quilibet neuter et similia.

Circa hunc textum notandum est primo qd in ista propositione penes substantiam eius. hic consequenter autor diuidit ipsam et potissime illam que est de simplici subiecto in propositionem vniuersalem singularem particularem et indefinitam. que diuisio est data penes eius quantitatem. Et huius diuisionis sic habetur sufficiencia quia in omni propositione categorica de subiecto simplici seu incompleto subicitur terminus communis vel discretus discrete tenus. Si secundum hunc est propositio singularis. Si primum hoc est tripliciter. vel subicitur terminus communis sine signo et sic est indefinita. vel cum signo. et hoc dupliciter. vel cum signo vniuersali et sic est propositio vniuersalis. vel cum signo particulari et sic est propositio particularis. Unde quantitas propositionis est quedam proprietas propositionis categorice sibi conueniens ratione subiecti eo q tenetur vniuersaliter vel particulariter indefinite vel singulariter. Et notanter dicitur propositionis categorice. quia propositionibus ypotheticis non conuenit habere quantitatem. Notanter etiam dicitur conueniens propositioni categorice rōne sui subiecti. qz quantitas ppos non attenditur ex parte predicati sed ex parte subiecti.

# Tractatus primus.

Ratio est quod propositio redditur quæta per adu-  
tū signorum vniuersalium vel particularium, que p-  
prie loquendo adueniunt subiecto et non sunt de  
integritate eius scilicet subiecti, sed ipsa non adueni-  
unt predicato <sup>sed</sup> tñ sunt partes predicati. Et nō  
capitur hic quantitas proprie pro magnitudine  
aut extensione corporali. s; capitur metaphorice  
ad similitudinem quantitatis discrete, quia sicut  
quantitas discreta est multitudo ex pluri b<sup>o</sup> vni-  
tibus aggregata. ita terminus cōmū in se continet  
multa supposita pro quibus in propositione te-  
netur. Unde duplices sunt ppositiones cathe-  
gorice, quedam sunt de simplici subiecto et sunt  
ille in quibus ponitur pro subiecto aliquo incom-  
pletum ut iste homo est animal, sortes est homo.  
Aliæ sunt categorice de subiecto complexo, et  
illæ sunt multiplices, quia quedam sunt de copu-  
lato subiecto sicut ista homo et asinus currunt.  
Aliæ sunt de disiuncto subiecto sicut omnis ho-  
mo vel asinus currit. Aliæ sunt de conditionato  
subiecto sicut omnis ppō si est necessaria est vera.  
Aliæ sunt in quibus a parte subiecti ponitur ad-  
uerbium temporale, ut nullum animal dum dor-  
mit vigilat. Aliæ sunt in quibus ad subiecti po-  
nitur implicatio, ut omnis homo qui currit mo-  
uetur. Aliæ sunt que habent subiecti complexi  
ex adiectiue et substantiue, ut hō albus currit. Et  
aliæ sunt que habent subiecti complexi ex recto  
et obliquo, ut cuiuslibet hominis oculus est Dexter.  
Et sicut dicitur est prius ista diuisio potissime da-  
tur de categorica simplicis subiecti, si tamē sit  
de complexo subiecto poterit dici qd aliquando  
contingit aliqua talis ppositionum esse plurius  
quantitatum, ut quando vna pars subiecti tene-  
tur indefinite et alia vniuersaliter.

## Sciendum est secundo qd

hic consequenter autor diffinit primum mēbrum  
huius diuisionis scilicet propositiones vniuersales  
cuius diffinitio patet in textu, que diffinitio sic  
habet explicari. Propositio vltis est illa in  
qua explicite vel implicite subicitur terminus cō-  
mūnis distributus per signum vniuersale aut p  
aliquod sibi equalens. Dicitur notanter expli-  
cite, vel implicite propter istas ppositiones nihil  
est in bursa mea, et sic de alijs, que sunt vniuer-  
sales et tamē in eis non subicitur terminus cōmū-  
nū explicite. Dicitur cōmuniter tentus ad excluden-  
dum istas ppositiones omnis homo est totus in  
quantitate, omnis homo est vniuersale. Et dicitur  
distributus per signum vniuersale ad excluden-  
dum istas ppositiones, non omnis hō currit,  
non nullus homo currit, et sic de alijs similibus  
que nō sunt vniuersales sed particulares. Per  
hoc autē dicitur, aut per aliquod equalens,  
debent tales pposiones dici vniuersales, non quia  
dam homo currit, nō quidam homo non currit

et sic de alijs. Unde signum vniuersale est sin-  
categorice faciens terminum cōmūnem te-  
neri pro omnibus suis suppositis copulatiue, si-  
cut in ista pposione omnis homo currit, homo ibi  
distribuitur et fit descensus ab eo copulatiue, ut  
sic sortes currit et plato currit, et sic de alijs. g<sup>o</sup>  
omnis homo currit. Consequenter diffinitio au-  
tor terminum cōmūnem hoc modo. Terminus  
cōmūnis est qui aptus natus est predicari de plu-  
ribus. Que diffinitio sic explicatur. Terminus cō-  
mūnis est qui aptus natus est predicari de plu-  
ribus vniuoce vere et affirmatiue. Notanter dicitur  
aptus natus quod non oportet qd actu predice-  
tur de pluribus. Dicitur etiam vniuoce propter  
terminos singulares qui possunt pdicari de plu-  
ribus equiuoce. Dicitur etiam vere et affirmatiue  
qd terminus singularis potest predicari de pluri-  
bus vtriusque et negatiue ut dicendo asinus, et iohes  
plato nō est guillermus. Ultimo aliqui addunt  
hanc particulam de pluribus supponentibus p  
rebus essentialiter distinctis. Et debet intelligi  
terminum esse aptum natum predicari de pluri-  
bus scilicet in diuersis pposionibus et non in eadem p-  
positione. Unde tres sunt termini cōmūnes,  
quidam sunt qui actu habent plura supposita ut  
homo. Alij sunt termini cōmūnes qui actu non  
habent plura supposita existentia sed per poten-  
tiam naturalem possunt habere plura supposita  
ta ut rosa in hyeme non habet plura supposita  
existentia, tamē alio tempore per potentiam natu-  
ralem habet plura supposita. Alij sunt termini  
cōmūnes qui actu non habent plura supposita  
nec possunt habere per potentiam naturalem, tñ  
per potentiam supernaturalem et quantum est ex se nō  
repugnat habere plura supposita ut sol luna.

## Sciendum est tercio qd

hic consequenter Petrus hispanus exemplificat  
de signis vniuersalibus dicendo signa autē vni-  
uersalia sunt hec omnis nullus qualibet et sic de  
alijs. Sed quia signa sunt in multiplici differen-  
cia ideo ad maiorem eorum noticiam habendam  
ponuntur aliquæ diuisiones ipsorum. Unde sig-  
norum quedam sunt vltia ut omnis nullus, et que-  
dam particularia, ut quidam et alter. Et conueni-  
unt in hoc qd dicunt dispositiones subiecti in or-  
dine ad predicatum, seu determinat intellectum  
ad capiendum terminum cōmūnem cui additur  
in aliqua propositione. Sed differunt in hoc qd  
signum vniuersale determinat intellectum ad ca-  
piendum terminum cōmūnem cui additur pro oib<sup>o</sup>  
suis suppositis copulatiue. Et signum particu-  
lare pro omnibus suis suppositis disiunctiue.

Signorum vero vniuersalium quedam sunt ne-  
gatiua ut nullus nihil, et ista distribuunt termi-  
num, et reddunt ppositiones negatiua ratione  
negationis incluse in eis ut dicendo nullus hō

particularia ut quidam alter  
negatiua  
affirmatiua

## De quantitate propositionis.

currit. Alia sunt affirmativa, ut omnis. Item signorum universalium distributionum quedam sunt distributiva substantie. Alia sunt distributiva accidentis ut quilibet qualibet. Item signorum distributionum substantie quedam distribuitur pro partibus subiectivis ut omnis. Alia pro partibus integralibus ut totus capiendo totum sine categorizemate ut dicendo totus sones est mihi non forte, quia ibi fit distributio pro partibus integralibus sortis. Item signorum distributionum pro partibus subiectivis quedam distribuntur pro duobus tamen ut videtur neuter quod accipit etiam pro pluribus. Item signorum universalium quedam includunt terminum sue distributionis et quedam non. Item signorum universalium quedam sunt absoluta et sunt illa que in sua significatione non includunt relativum illius termini que describitur ut sicut omnis et quilibet. Alia sunt que includunt relativum ut quicquid quod tamen valet sicut omne illud quod, et quicquid sicut omnis qui, ideo vocatur geminata, quia in oratione in qua ponitur requiritur duplex subiectus, sicut in ista quicquid currit movetur.

### Sed contra predicta arguitur

Primo sic. Verba divisionis propositionis categorice non sunt opposita, ergo divisio non est bona. Secundo arguitur sic, in illa propositione cuiuslibet hominis alius currit, et similiter neutrum oculum habendo tamen potes videre, subicitur terminus communis signo veli determinatus, et tamen non sunt veli, ergo definitio propositionis veli non est bona.

Tertio arguitur sic, ista est universalis Nihil est in bursa mea, et tamen in ea non subicitur terminus communis, sed tamen signum veli scilicet nihil, ergo contra definitionem. Quarto arguitur sic, omne veli predicatur de multis, nullum signum predicatur de multis, ergo nullum signum est veli.

### Ad rationes Ad primam

dicitur negando ante, et ad probationem dicitur quod particularis formaliter non continetur in veli. Quis bene materialiter et virtualiter. Ad secundam dicitur quod tales propositiones ex parte subiecti enunciationis sunt particulares vel singulares, sed ex parte subiecti distributionis sunt universales, ideo ille non sunt simplicis quantitates quia non sunt simplicis subiecti. Ad tertiam conceditur maior et distinguitur minor, vel expresse vel equaliter et subintellecte, primo conceditur minor secundo negatur. Ad quartam conceditur quod nullum signum dicitur veli in predicando, sed bene dicitur universale in distribuendo, et hoc sufficit ad hoc quod aliqua signa dicantur veli.

Propositio particularis est illa in qua subicitur terminus communis

signo particulari determinatus, ut quidam homo currit. Signa particularia sunt hec quidam alter aliquis et similia. Propositio indefinita est illa in qua subicitur terminus communis sine signo ut homo currit.

Circa hunc textum notandum est primo, quod postquam autor determinavit de propositione universalis que inter omnes propositiones habet perfectionem quantitatatis et sic consequenter ponit definitionem propositionis particularis que clare patet in textu. In qua ponitur hoc relativum alia referens genus definit. Et ponitur illa que subicitur terminus communis ad differentias propositionis singularis. Ultimo ponitur signo particulari determinatus ad differentias propositionis veli et indefinite. Et sic tota definitio debet conformiter intelligi, sicut definitio propositionis veli, sic quod ibi requiritur quod ibi fit terminus communis communiter tentus signo particulari determinatus aut aliquo alio equalente non in pedico per negationem aut per aliquid aliud.

Unde propositio non dicitur particularis eo quod subiectum supponat pro una suarum partium subiectivarum precise, quia in propositione particulari subiectum supponit disiunctive pro omnibus suis suppositis. Sed si particularis quia ad veritates eius sufficit quod predicatus illius propositionis vere dicitur de aliqua partium subiectivarum. Unde terminus communis quantus est de se non habet maiorem determinationem ad standum pro omnibus suis suppositis copulative et pro aliquibus vel pro omnibus disiunctive, ideo ad limitandum intellectum ad hoc quod capiat ipsum pro omnibus vel pro aliquibus suis suppositis convenientissima est talis dispositio signorum.

### Sciendum est secundo quod

hic consequenter autor determinat de propositione indefinita ponendo eius definitionem que talis est. Propositio indefinita est illa in qua subicitur terminus communis sine signo ut homo currit. Et si indefinita, quia terminus communis sumptus sine signo non determinatur ad aliquas suppositiones, potest enim aliquam supponere simpliciter, et aliquando personaliter vel materialiter ut homo est species, homo est animal, vel homo est dictio disyllaba. Vel dicitur indefinita ab aliquibus non quia determinate et finite quantitates sunt, quia omnis propositio est finite et determinate quantitates, sed dicitur indefinita quia subiectum eius non determinatur per aliquod signum veli vel particulare et ita licet subiectum teneatur determinate pro

# Tractatus primus

aliquo quantum ad verificationem locutionis  
tamen tenetur indeterminate quantum ad modum  
enunciandi. eo quod non determinatur per aliquod  
signum universale vel particulare. Et definitio  
eius debet conformiter intelligi sicut definitio p  
positionis particularis hoc modo. **Propositio**  
**indefinita est illa in qua subicitur terminus** cōis  
cōmuniter tenens sine signo quantificante aut  
aliquo alio sibi equivalente. Unde signus quan  
tificans est signum reddens pōtionem quantum  
sicut sunt signa tam prius dicta puta omnis et  
nullus. Sed signum non quantificans est signus  
quod non reddit pōtionem quantum sicut sunt sig  
na exclusiva. ut tū et solus. Et quo patere potest  
quod hec est indefinita solus homo currit. tū homo  
currit. Et est notandum quod scōm aliquos ta  
les pōtionēs homo est species. animal est genus.  
et sic de alijs dicuntur singulares. quia tales termi  
ni significantes quidditates cōis significant eas  
scōm se et absolute ut abstracte ab omnib⁹ suis  
singularibus et per modum unius rel. ideo ab ipis  
dicuntur esse singulares. Tamen ab alijs dicitur  
tur esse indefinita. quia res significata est cōmuni  
cabilis multis individuis et plurificabilis ipis  
ideo in illis pōtionibus subicitur terminus cōis  
sine signo. g⁹ debent dici indefinita. Insuper  
est advertendum quod ista pōtio homo qui est sortes  
currit. non est indefinita sed singularis. Et licet  
ibi ponatur terminus cōmunis sine signo. tamē  
restringitur per illam implicationem qui est sor  
tes ad standum pro determinato supposito.  
Et si arguatur homo significat omnia sua sup  
posita. ergo sequitur quod non potest restringi ad  
standum pro aliquo determinato supposito. cōia  
patet. quia dictio non potest cadere a sua impositi  
one. g⁹ non potest restringi. Rōdetur quod licet ter  
minus cōmunis non possit restringi quoad sig  
nificationem. tamen potest restringi quoad locu  
tionis verificationem. Unde aliud est significare  
supponere et reddere locutionem veram ut vide  
bitur inferius.

## Sciendum est tertio quod

circa predicta monetur istud dubium. Vnde hec  
propositio. **Ens quod est sortes currit** sit indefinita vel  
singularis. Et videtur primo quod non sit singularis  
quia nulli termino singulari convenienter additur  
signum universale. Sed huic obpleto ens quod est  
sortes convenienter additur signum vlt. ut dicitur  
do omne ens quod est sortes currit. vel nullus ens  
quod est sortes currit. g⁹ in illa non subicitur termi  
nus singularis. igitur. Item hec est universalis.  
nullum currens est ens quod est sortes. sed omnis  
talis cōheritur simpliciter. et non in aliam quod in  
istam nullus ens quod est sortes currit. et sic illa non  
est singularis sed vlt. minor patet per Aristote  
lem p⁹ primum qui dicit quod omnis vlt. negativa

conuertitur in universalem negativam. In  
oppositum arguitur. Illa pōtio est singularis in  
qua subicitur terminus discretus discrete cōis  
et uniuoce. sed in ista ens quod est sortes subicitur  
terminus discretus discrete et uniuoce cōis. g⁹  
est singularis. Minor patet. quia hoc totus ens quod  
est sortes non potest predicari de pluribus vere et  
affirmative. igitur est terminus singularis. cōis  
patet per locum a definitione ad definitum.

Pro responsione ad questionem advertendum est  
quod de hac materia sunt due opiniones. Quarum  
prima est quod talis pōtio ens quod est sortes currit. est  
indefinita. et quod ibi subicitur terminus cōmunis  
vel saltem pars principalis illius est terminus cō  
munis et hoc sufficit. Et ad rationes in oppositi  
ōne dicitur negando cōiam. sed debet sic intelligi quod  
hoc totum ens quod est sortes currit ex modo sue sig  
nificationis principaliter sibi convenienter. vel  
quoad suam significationem magis principale non  
potest predicari de pluribus et hoc est falsum. quia  
ens est principalior pars illius subiecti. et potest  
predicari de pluribus. g⁹ sufficit ad hoc quod tota  
te subiectus sit terminus cōis. et quod pōtio dicat inde  
finita. Sed hoc non valet. quia pari rōne diceret  
quod hec pōtio iste homo currit esset indefinita quod est  
falsum. quia ex modo sue significationis sibi prin  
cipaliter convenienter potest predicari de pluri  
bus. ideo sicut in ista homo restringitur per istud  
pronomen demonstratiuum iste. sic similiter ens  
restringitur per hanc implicationem scy quod est sortes.

Alia igitur est opinio vterius quod talis pōtio est sin  
gularis eo quod totali subiecto repugnat pro pluri  
bus accipi uniuoce. Et ad rationes ante opposi  
tum. Ad primas distinguitur maior. vel termino  
singulari incomplexo. et sic conceditur maior. vel  
complexo cuiusmodi est ens quod est sortes. et sic ne  
gatur. Ad aliam dicitur quod non omnis vlt. nega  
tina conuertitur simpliciter. sed solum illa quod est  
de predicato cōmuni cuiusmodi non est ista nul  
lum currens est ens quod est sortes.

## Sed contra predicta ar

guitur primo sic. hec est particularis non omnis  
homo currit. et tamen non subicitur terminus cō  
munis signo particulari determinatus. g⁹ contra  
definitionem pōtionis particularis. Secundo  
arguitur sic. cōmunis non potest determinare  
minus cōmune. sed signum particulare est com  
munis et minus determinatus quod sit terminus cō  
munis. quia potest applicari cuilibet termino com  
muni. g⁹ non potest determinare terminus cōmu  
nem. Tertio arguitur sic. hec est indefinita  
solus sortes est dictio dissillaba. quia sortes ibi te  
netur pro illa voce et pro alijs sibi similibus. et  
tamen in ea non subicitur terminus cōis. g⁹ contra  
definitionem. Quarto arguitur sic. hec est in  
definita solus homo currit. et tū ibi non ponitur

# De quantitate propositionis:

terminus cōis sine signo. g⁹ definitio non est bona.  
**Ad rationes. Ad primam**

dicitur quod quis in illa non subicitur terminus  
cōmunis signo particulari determinatus forma  
liter. tamen bene virtualiter ratione negationis  
remouentis sortem signi universalis. Ad  
secundam dicitur quod licet signum particulare in  
differenter possit addi cuilibet termino cōmuni.  
tamen quandoque sibi additur facit ipsius tene  
ri pro suis suppositis disiunctiue. et sic determi  
nat ipsam ad standum pro aliquibus. Ad  
terciam dicitur quod si sumatur sortes materialiter  
et non significanter tunc reddit pōtionem indefini  
tam large capiendam pōtionem. Ad quartam di  
citur quod licet in ea sit signum exclusiuum non tū  
est signum universale vel particulare disponens  
subiectum vniuersaliter vel particulariter. et de  
isto solum est hic ad propositum.

**Propositio singularis est illa**  
**in qua subicitur terminus dis**  
**cretus vel terminus communis**  
**cuz pronominis demonstratio**  
**ut sortes currit. vel ille hō cur**  
**rit. Terminus singularis vel**  
**discretus est qui aptus natus**  
**est predicari de vno solo. ut sor**  
**tes de seipso.**

Circa hunc textum notandum est primo quod post  
quod determinatum est de pōtionē vlt. particulari et  
indefinita. hic consequenter autem determinat de  
pōtionē singulari. Ratio ordinis est. quia in predic  
tis subicitur terminus cōmunis cōmuniter ten  
tus qui semper potest teneri pro multis. in singu  
lari vero subicitur terminus discretus. vel termi  
nus cōis cuius pronominis demonstratiuum. vel ter  
minus cōis singulariter acceptus qui non potest  
teneri uniuoce pro pluribus. ideo in illis tribus  
perfectior est quantitas subiecti ratione cuius in  
ter has pōtionēs vltimo determinat de singulari  
ipsam sic diffiniens. **Propositio singularis est**  
**illa in qua subicitur terminus discretus discre**  
**te tenens. vel terminus cōmunis sumptus cum**  
**pronominis demonstratiui primitiue speciei. et nō**  
**determinatiue ut sortes currit vel ille homo scribit**  
Et dicitur pōtio singularis quia subiectum eius te  
netur pro vno supposito nisi sic quod sibi repugnat  
teneri pro pluribus. Et quo patet quod non dicitur  
singularis quidditative. eo quod sit vna res singula  
ris quia sic omnis pōtio esset singularis. Sed dicitur  
singularis denominatiue. quia scy subiectus tenet

pro vno singulari. Et notanter dicitur cōis pro  
nominis demonstratiui primitiue speciei. quia si ta  
le pronomen demonstratiuum esset determinatiue spe  
ciei. pōtio non esset singularis sed indefinita. sicut  
est ista meus equus est albus. Et ratio huius est  
quia pronomen demonstratiuum primitiue speciei  
demonstrat aliquod certum determinatum sup  
positum termini cōis cui adiungitur et facit ipsam  
teneri pro vno determinato supposito vniuersa  
li. Sed pronomen demonstratiuum determinatiue spe  
ciei non demonstrat precise aliquod determinatum  
suppositum termini cōis cui adiungitur. sed  
relinquit ipsius indifferentem ad plura supposita

Et ut cōmuniter dicitur pōtio quadrupliciter po  
test dici singularis. Primo quia in ista subicitur ter  
minus discretus ut sortes currit. Secundo quia in  
ea subicitur terminus cōmunis sumptus cum p  
nominis demonstratiui primitiue speciei. ut in ista  
iste homo currit. Tertio quando in ea terminus  
cōis subicitur habens suppositionem simplices  
ut homo est species. Quarto quando subicitur  
aliquod dictum quod solum supponit pro vno sin  
gulari dicto. ut hominem currere est possibile. illud  
dictum hominem currere accipitur pro seipso et  
est sensus. hec pōtio homo currit est possibilis.

## Sciendum est secundo quod

consequenter Petrus huius ad declarationem dis  
tinctionis pōtionis singularis diffinit terminum  
discretum sic. **Terminus discretus est quilibet**  
**terminus natus est predicari de vno solo scy de seipso**  
**ut sortes est sortes. Que definitio debet sic intel**  
**ligi. Terminus discretus est terminus cui ex ra**  
**tione sua repugnat predicari de pluribus vere**  
**affirmatiue et uniuoce mediante copula de presen**  
**ti non ampliata. Et dicitur uniuoce quia potest**  
**dicari de pluribus equiuoce. Dicitur etiam vere**  
**et affirmatiue. quia potest predicari negatiue et plu**  
**ribus et etiam false. Et dicitur mediante copula**  
**de presenti non ampliata. quia potest predicari de**  
**pluribus mediante copula ampliata. Et rō qua**  
**re non potest predicari de pluribus est ista. quia**  
**habet significatum incommunicabile distinctum**  
**ab alijs. sed quod est incommunicabile non conuenit**  
**multis actu vel aptitudine et sic non potest dici**  
**de multis. quia dici de presupposito esse in. Et si**  
**queratur vtrum pōtionēs sint singulares in qui**  
**bus ponuntur pronomina demonstratiua tanquā**  
**subiecta ut iste currit. ego curro. Ad hoc rōdetur**  
**quod pronomen sine demonstratione et sine relatio**  
**ne acceptum est indeterminatum. sed cum demō**  
**stratione finitur et tenetur pro re demonstrata**  
**ideo de virtute rerum demonstratarum pro qui**  
**bus pronomina ponuntur ipsa possunt suppo**  
**neri non tamen de virtute propria. et sic si ta**  
**lia sint primitiue speciei reddunt propositiones**  
**singularem et non alias.**





## De qualitate propositionis.

tate. ideo ad interrogationem factam per quanta respondendum est. vniuersalis vel particularis vel indefinita vel singularis. vii. versus. Que ca. vel yp. qualis ne. vel af. v. quanta par. in. sin.

Circa hunc textum notandum est primo quod in hac parte ponitur diuisio propositionis penes eius qualitatem. Et est qualitas propositionis affirmatio vel negatio compositionis extremorum. Unde sicut quantitas propositionis se tenet ex parte subiecti. ita qualitas que est affirmatio vel negatio se tenet ex parte compositionis extremorum vel copule. Et diuisio talis est propositionum categoricarum alia est affirmatiua et alia est negatiua. Cuius diuisionis ratio est. quia in omni propositione categorica aut copula est affirmatiua vel negatiua. si primum sic est affirmatiua. si secundum sic est propositio negatiua. Unde propositio affirmatiua est illa in qua predicatus affirmatur de subiecto. i. res importata per predicatum denotatur in esse rei significate per subiectum. Sed propositio negatiua est illa in qua predicatus remouetur a subiecto. i. res importata per predicatum denotatur remoueri a re significata per subiectum. Alii tamen dicunt quod in propositione affirmatiua predicatum componitur cum subiecto. et in negatiua predicatum remouetur a subiecto. Pro quo est aduertendum quod compositio predicati cum subiecto est duplex. quedam est secundum modum enunciandi terminum. et ista reperitur in omni propositione affirmatiua siue vera sit siue falsa. Alia est compositio secundum rem et modum enunciandi simul. et ista reperitur in affirmatiuis veris terminum. Similiter duplex est remotio predicati a subiecto. Una est secundum modum enunciandi terminum. et ista reperitur in negatiuis siue veris siue falsis. Alia est remotio secundum rem et modum enunciandi simul. et ista non reperitur in negatiuis veris. ut in istis homo non est lapis. hoc non est albus. Unde affirmatio et negatio possunt dupliciter capi. Uno modo formaliter scilicet pro compositione affirmata vel negata. et sic sunt differentie propositionis. et sic hoc modo diffinitur. Affirmatio est quedam compositio intellectus componentis predicatum cum subiecto. ubi denotatur rem importatam per predicatum conuenire rei importate per subiectum. Et negatio est quedam diuisio intellectus in qua denotatur predicatum separari a subiecto. siue res importata per predicatum remoueri a re importata per subiectum. Alio modo capiuntur

affirmatio et negatio pro denominatis scilicet pro operatione affirmatiua et negatiua. Et hoc modo sunt species enunciationis. Et capiendo isto modo affirmationem et negationem est diuisio generis in suas species. Sed capiendo primo modo est diuisio penes qualitatem que principaliter respicit predicatum quod habet rationem forme. Vel est diuisio per differentias essentielles propositionis.

Et si obiiciatur membra istius diuisionis excedunt diuisum. ergo diuisio est mala. ad id patet. quia aliqua est propositio affirmatiua vel negatiua que non est categorica. cum affirmatio et negatio reperentur in hypotheticis. Ad hoc dicitur quod affirmatio et negatio possunt capi dupliciter. Uno modo pro compositione affirmata vel negata predicati cum subiecto terminum. et isto modo negatur ad id cum sua probatione. Alio modo capiuntur affirmatio et negatio pro compositione affirmata vel negata predicati cum subiecto. vel inter duas propositiones. et isto modo non capiuntur in predicta diuisione. et bene reperuntur hoc modo in hypotheticis.

### Sciendum est secundo quod

consequenter Petrus huius. ostendit quod posuit tribus diuisionibus propositionis. Una in categoricas et hypotheticas. que diuisio est penes eius substantiam. Alia in vniuersalem particularem indefinitam et singularem. que diuisio vocatur penes eius quantitatem. Alia in affirmatiuam et negatiuam que vocatur diuisio penes eius qualitatem. Sic etiam sunt tria questionum propria illis tribus diuisionibus correspondentia. sic quod unum querit de prima diuisione precise. aliud de secunda. et reliquum de tertia. Et sunt ista. que. qualis. et quanta. Unde que querit de prima diuisione. Et ad talem questionem est respondendum categorica vel hypothetica. Qualis querit de qualitate. et ad talem questionem respondendum est affirmatiua vel negatiua. Quanta querit de quantitate. et ad talem questionem respondendum est vniuersalis particularis indefinita vel singularis. vii. versus. Que ca. vel yp. qualis ne. vel af. v. quanta par. in. sin. Cuius expositio patet in textu. Et debet intelligi quod terminum sunt tria questionum propria correspondentia tribus diuisionibus predictis sic quod vniuersis que fitium est appropriatum vni diuisioni ita quod non alteri. Et quia sunt multa alia questionum de propositione. ut an vtrum et sic de alijs. tamen illa non sunt propria. sed indifferenter querunt de substantia qualitate et quantitate.

### Sciendum est tertio quod

substantia capitur dupliciter. Uno modo proprie ut est ens per se. et isto modo non capitur hic. Alio modo capitur generaliter et transumptiue pro omni illo quod habet modum substantie siue proprietate rei. Licet enim albedo sit accidens. potest

## Tractatus primus

tamen fieri questio de ipsa ut sumitur per modum substantie. Similiter cum dicitur quod quanta querit de quantitate non accipitur quantitas proprie sed pro magnitudine rei. sed capitur pro illo quod habet modum quantitatis. Similiter affirmatio et negatio non sunt qualitates accidentales propositionis affirmative vel negative. quia non adveniunt sibi post suum esse completum. sed sunt qualitates essentielles ipsius. habet tamen modum accidentis respectu propositionis in cuius sunt differentie diuisione.

### Sed contra predicta arguitur

Primo sic. Ita est categorica quodlibet est vel non est. et tamen non est affirmativa neque negativa. quia unum membrum affirmatur et aliud negatur. ergo predicta diuisione est insufficientis.

Secundo arguitur sic. Diuisione propositionis neque gatiue conuenit alijs a diuisione igitur non est bona. nisi patet de ista propositione homo qui non currit mouetur que est affirmativa et predicatum negatur de subiecto. igitur etc.

Tercio arguitur sic. Nulla differentia est species. sed affirmatio et negatio sunt differentie propositionis. ergo non sunt species propositionis categorice.

Quarto arguitur sic. Unus questio est in unum respectum suum. ergo questionem facte per quanta non debent responderi hec quatuor. scilicet vltis particularis in definita vel singularis.

### Ad rationes. Ad primam

dicitur quod si ista conuinctio vel copulet inter propositiones sic non est categorica sed hypothetica diuinctiua et affirmatiua. Si vero illa conuinctio vel copulet inter terminos sic est categorica affirmatiua. quia principalis copula non negatur et est sensus quilibet est ens vel non ens. Ad secundam dicitur quod licet predicatum minus principale negetur de subiecto: tamen predicatum magis principale affirmatur de subiecto. nec negatio fertur supra verbum principale. Ad tertiam dicitur concedendo ante inquantum huiusmodi: hoc est sub illa ratione qua est differentia tamen propter defectum nominis impositi ad significandum eodem nomine nominantur species. et differentia licet diuersis rationibus formalibus.

Ad quartam dicitur quod unius questio est unius responsum adequatum et proprium: tamen potest esse plura particularia respectiua non adequata cuiusmodi est in proposito.

**I**tem propositionum categoricarum quedam participant utroque termino ut homo est animal. homo

non est animal. Alie participant vno termino. ut homo currit. homo disputat. Alie vero nullo. ut plato disputat. equus mouetur

Item propositionum participantium utroque termino. Alie participant secundum eundem ordinem. ut homo currit. homo non currit.

Alie vero ordine conuerso. ut homo est animal. animal est homo

Item propositionum utroque termino participantium secundum eundem ordinem. alie sunt contrarie. alie subcontrarie. alie contradictorie. alie subalterne.

Circa hunc textum notandum est primo quod postquam autor determinauit de propositione secundum se et quantum ad eius principia. hic consequenter incipit determinare de passionibus eius scilicet de legibus oppositione conuersione et equipollentia. Et ante hoc faciat premittere aliquas diuisiones quarum prima est. Propositionum categoricarum quedam participant utroque termino. alie vero vno termino. alie autem nullo. et propositionum categoricarum quedam conueniunt utroque termino. quedam altero termino. et quedam in nullo. Exemplum primum. ut omnis homo est animal. nullus homo est animal. Exemplum secundum. ut omnis homo est animal. nullus homo est asinus. Exemplum tertium. ut omnis homo est animal. nullus asinus est lapis. Unde istud verbum participare capitur tripliciter. quia vno modo participare idem est quod diuidere siue partem rei capere. sicut quando duo fratres diuidunt sua bona dicuntur illa participare. Secundo modo capitur prout idem est quod participati rationem suscipere. et sic capitur ab Aristotele quarto topicorum. quando dicitur quod species participat genus. et non conuerso. Et istis duobus modis non capitur hic. Tertio modo capitur prout idem est quod conuenire et sic capitur hic. quia terminus valet dicere. propositiones utroque termino participantem sicut propositiones categorice utroque termino conuenientes. Unde propositiones categorice dicuntur utroque termino conuenientes quando sic se habent quod quilibet terminus vnus est similis cuiuslibet termino alterius propositionis. Et capitur hic terminus pro extremo propositionis scilicet pro subiecto vel predicato

## De passionibus propositionis.

sicut homo currit. homo non currit. Et propositiones dicuntur conuenientes altero termino in quantum vnus terminus vnus est similis vni termino alterius. et alter terminus est dissimilis altero termino ut homo currit. homo ambulat. Sed ille propositiones dicitur nullo termino participare quorum nullus terminus vnus est similis alteri termino alterius. Alia est diuisione propositionis et ista Propositionum utroque termino participantium quedam participant utroque termino secundum eundem ordinem. alie vero ordine conuerso. Unde propositiones participantem utroque termino secundum eundem ordinem sunt quarum subiectum vnus est simile subiecto alterius. et predicatum vnus est simile predicato alterius. ut homo est animal. homo non est animal. Sed propositiones participantem utroque termino ordine conuerso sunt quarum subiectum vnus est simile predicato alterius. et predicatum vnus subiecto alterius. ut homo est animal. animal est homo. Tertia diuisione est ista. Propositionum categoricarum utroque termino participantium quedam conueniunt eundem ordinem quedam opponuntur contrarie. alie subcontrarie. alie contradictorie et alie subalterne.

### Sciendum est secundo

modalis composita non est modalis sed de inesse quia in ea est simplex inherencia predicati ad subiectum cum modus sit extremum propositioem ut sic non habens virtutem ampliandi: sed solum modo est denominatiua inclusionis predicati in subiecto propositioem intellecte per dictum. Sed solum modalis diuisa est modalis eo quod in ea copula est modificata et ampliata ultra tempus siue presentis. Et secundum hanc opinionionem assignantur quinque differentie inter modales compositas et diuisas. Prima est quod in modalibus compositis modus vnitur cum dicto mediante illa copula et vel aliqua sibi equiualete siue aliquo modo ipsam determinante. sed in modalibus diuisis illa copula est cuius modo ipsam determinante est principalis copula. ut si ista homo possibiliter est animal hoc totum possibiliter est: est copula. Secunda differentia est quod in modalibus compositis modus est subiectum vel predicatum materiale. in diuisis vero non. sed est pars copule vel determinatio eius. Tertia est quod in modalibus compositis vel in pluribus vnum extremum supponit materialiter siue simpliciter. in diuisis vero non. Quarta differentia est quod in modalibus compositis modi non habent virtutem ampliandi. et capiuntur ut sunt termini secundae intentionis. in diuisis vero habent virtutem ampliandi et capiuntur ut sunt termini prime intentionis. Quinta differentia est quod in compositis sumitur eodem modo oppositio et equipollentia sicut in illis de inesse. in diuisis vero non. Unde ad hoc quod modalis diuisa sit affirmatiua requiritur quod in ea nulla ponatur negatio. vel quod ponatur due negationes cadentes supra principalem copulam vel principaliorum partem copule. ut homo possibiliter est animal. homo non possibiliter non est animal. Sed ad hoc quod modalis diuisa sit negatiua requiritur quod negatio preponatur toti copule vel principaliori partem eius. ut ista homo non possibiliter est animal est negatiua. quia negatio preponitur toti copule. Similiter ista est negatiua homo possibiliter non est animal. quia principalior pars copule scilicet hoc verbum est negatur. Unde illa pars copule dicitur principalis in modalibus secundum cuius exigentiam extrema ordinantur adinuicem. Ex quo patet quod non oportet semper preponere negationem modo ad hoc quod propositio modalis sit negatiua. sed

requiritur quod preponatur toti copule vel principaliori partem eius. Ceterius est aduertendum circa quantitatem propositioem modalium tanquam de infiarum et compositarum quod omnes modales compositae si non ponatur aliquod signum quantificans subiectum sunt singulares vel indefinitae. Et possunt effici vltra aut particulares addendo toti dicto signum vltra vel particulare in neutro genere. ut omne omnes homines currere est possibile. ista propositioem tamen valet sicut ista. omnis talis propositioem omnis homo currit est possibile. Sed in modalibus diuisis dupliciter attenditur quantitas vno modo ex parte subiecti dicti quod est subiectum propositioem modalis et sic eodem modo dicendum est de quantitate earum sicut de quantitate propositioem de inesse et de simpliciter copula. Alio modo potest attendi quantitas ex parte modi. et sic illa propositioem in qua ponitur iste modus necesse aut iste modus impossibile sine negatione impeditur te est vltra. Et illa in qua ponitur iste modus possibile sine negatione impediuntur et particularis. Sed tertio modo potest attendi quantitas ex parte modi et subiecti dicti. et tunc vna et eadem propositioem est vniuersalis et singularis. ut ista fortis necessario est homo. que ex parte subiecti est singularis et ex parte modi est vniuersalis. Et hec vniuersalitas non est attendenda ex parte suppositioem. sed ex parte temporis. quia illa quantitas est mensura acceptioem copule respectu temporis secundum ampliationem modi. Unde necessarium et impossibile ampliant ad omne tempus. sicut siue sicut signa particularia ad omnia singularia ad que comparantur. Sed possibile et contingens ampliant ad presens et futurum.

**Sed contra predicta arguitur**

Primo sic. hec propositioem modalis homines possibile est currere. et tamen verbum non subiecti tur sed predicatur. ergo notabile textus non est verum. Secundo arguitur sic. hec est modalis hominem esse animal est impossibile. et tamen non modificat aliquo modo. ergo diffinitio modalis. minor patet quia in ipsa iste modus impossibile destruit totam compositionem. ergo non determinat nec modificat eam. Tertio arguitur sic. omnes propositioem de eodem modo sunt eadem in specie eo quod modales distinguuntur ex parte modi qui est forma propositioem modalis. ergo nullus modus facit quatuor propositioem in specie. Quarto arguitur sic. cuiuslibet propositioem est vnica forma. sed qualitas est forma propositioem ergo vnus propositioem est vnica qualitas. et sic non potest attendi duplex qualitas. Quinto arguitur sic. modus in modalibus se habet per modum forme. sed quantitas se tenet ex parte materie et non ex parte forme. ergo in ipsis non sumuntur quantitas ex parte modi.

**Ad rationes. Ad primam**

conceditur maior et minor, et negatur *quia* illud notabile maxime intelligitur de modalibus compositis et non diuisis. Ad secundam conceditur maior et negatur minor, et ad probationem dicitur quod impossibile non per se destruit illam compositionem: sed ex consequenti tamen, quia per se primo negat unum specialem modum entis a tali compositione scilicet possibilitates vel potentiam. Ad tertiam distinguitur *affirmatio*, vel specie essentiali et sic conceditur quod in ipsis est idem modus, vel specie accidentali scilicet affirmationis et negationis et sic negatur. Ad quartam conceditur maior scilicet quod tamen est una forma principalis tamen possunt esse plures subordinate ad se inuicem quarum una est minus principalis et alia magis principalis. Ad quintam conceditur maior et distinguitur minor, vel quantitas suppositorum que sumitur ex parte subiecti propositionis et sic conceditur, vel quantitas temporis que sumitur ex parte forme et sic negatur.

**H**orum autem propositionum modalium equipollentie quatuor regulis cognoscuntur. Quarum prima est. Cuiuslibet dicto affirmato attribuitur possibile eidem attribuitur contingens et ab eodem dicto remouetur impossibile et ab eius contradictorio opposito remouetur necesse, ut sortem currere est possibile, sortem currere est contingens, sortem non currere est impossibile, sortem non currere non est necesse.

Secunda regula est. Cuiuslibet dicto negato attribuitur possibile eidem attribuitur contingens et ab eodem remouetur impossibile et ab eius contradictorio opposito remouetur necesse, ut sortem non currere est

possibile, sortem non currere est contingens, sortem non currere non est impossibile, sortem currere non est necesse. Tertia regula est. A quocumque dicto affirmato remouetur possibile ab eodem dicto remouetur contingens, et eidem attribuitur impossibile, et eius contradictorio opposito attribuitur necesse, ut sortem currere non est possibile, sortem currere non est contingens, sortem currere est impossibile, sortem non currere est necesse. Quarta regula est. A quocumque dicto negato remouetur possibile ab eodem remouetur contingens, et eidem attribuitur impossibile et eius contradictorio opposito attribuitur necesse, ut sortem non currere non est possibile, sortem non currere est contingens, sortem non currere est impossibile, sortem currere est necesse. Istarum autem regularum exempla disponuntur in quatuor lineis siue ordinibus figure sequenti qui possunt per hos versus denotari. Primus amabimus edentuliq; secundus. Tertius ylace purpurea reliquus. Destruit, v totum, sed, a, confirmat vtrūq;. Destruit, e, dictum, destruit, i, q

modum. Omne necessariat in possibile quasi nullus. Possibile quidam quidam non possibile non. Et dictum negat i q modum nihil a sed v totum. Et hec patent in figura sequenti.

Omnes autem propositiones que sunt in prima linea equipollent per primam regulam et reuertuntur inter se, que duo in secunda per secundam, que in tertia per tertiam, et que in quarta per quartam

Circa hunc textum notandum est primo quod hic consequenter Petrus huius determinat de equipollentia propositionum modalium cuius cognitio valet ad cognoscendum conuersiones earum, quia inter equipollentes semper una sequitur ad aliam et contra. Unde equipollentia ipsarum propositionum modalium quatuor regulis cognoscitur.

Prima est quod cuiuslibet dicto affirmato attribuitur possibile eidem attribuitur contingens et ab eodem remouetur impossibile et ab eius contradictorio remouetur necesse. Cuius ratio est, quia possibile et contingens conuertuntur, ergo cuiuslibet attribuitur possibile eidem attribuitur contingens, et ab eodem remouetur impossibile quod unum contradictorium remouet reliquum. Et si aliquid dictum sit possibile potest quandoque esse verum et suum contradictorium esse falsum, ideo si alicui dicto attribuitur possibile a suo contradictorio remouetur necesse. Secunda regula est quod cuiuslibet dicto negato attribuitur possibile eidem attribuitur contingens, et ab eodem remouetur impossibile et a suo contradictorio opposito remouetur necesse.

Tertia regula est quod a quocumque dicto affirmato remouetur possibile ab eodem remouetur contingens et eidem attribuitur impossibile et suo contradictorio opposito attribuitur necesse.

Quarta regula est quod a quocumque dicto negato remouetur possibile ab eodem remouetur contingens, et eidem attribuitur impossibile et eius contradictorio opposito attribuitur necesse. Que regule debent sic intelligi et primo prima. Propositione affirmatiua de possibili tam de dicto que de modo equipollent propositioni de contingenti affirmatiue de eisdem terminis tam de dicto que de modo capiendū contingens ut conuertitur cum possibile et equipollent negatiue de possibili et dicto affirmato et de modo negato, et equipollent propositioni de necessario tam de dicto negato que de modo. Causa pri-

me partis est quod impossibile et contingens equipollent. Causa secunde est, quia possibile et impossibile contradicunt, ideo si possibile verificatur in aliquo de eodem negatur impossibile. Causa tertie partis est quod subalterne sunt equipollentes per propositiones et propositionem negationis, et eodem modo dicitur de alijs regulis. Unde omnes ille regule tenentur a illarum regularum. Quare prima est, quod si una contradictoria est necessaria vel contingens et non necessaria, et habeat contradictoriam, sua contradictoria erit non necessaria vel non possibilis et contra. Secunda regula est si aliquid propositio sit necessaria sua contradictoria erit impossibilis et contra. Tertia regula est si aliquid propositio sit contingens non necessaria sua contradictoria erit contingens et contra.

**Sciendum est secundo quod**

predicte regularum exempla ponuntur in textu in quatuor ordinibus siue regulis, et omnes de prima regula equipollent per primam regulam, et de secunda per secundam et sic de alijs. Et illi ordines habentur per hos versus. Primus amabimus, edentuliq; secundus. Tertius ylace purpureaq; reliquus.

Ubi hec dicitio amabimus significat primus ordinis, et per quatuor vocales debet intelligi quatuor propositiones, vbi per illam vocalem a, significat propositio de possibili affirmatiua tam de dicto que de modo, et per secundam, a, datur intelligi propositio de contingenti affirmatiua de vtroque, scilicet tam de dicto que de modo, et per i, datur intelligi propositio de impossibili affirmatiua de dicto et negatiua de modo, et per v, significat propositio de necesse negatiua de vtroque, scilicet tam de dicto que de modo. Et si militer exponuntur alie dictiones in alijs ordinibus. Et est notandum quod semper in illis dictionibus per primam vocales datur intelligi propositio de possibili, et per secundam propositio de contingenti, et per tertiam propositio de impossibili, et per quartam propositio de necesse, iuxta sensum illorum versus. Destruit, v, totum, sed, a, confirmat vtrūque. Destruit, e, dictum, denegat, i, q, modum.

**Sciendum est tertio quod**

textus autoris et regule date secundum opinionem aliorum modernorum logicorum et etiam aliorum realium dantur solum de modalibus compositis et non de diuisis, quia nunquam in modalibus compositis scilicet eos modus additur copule modificando eas et sicut dicunt si modus addit dicto tunc est extremum propositionis, quia ut dictum est in precedentibus notabilis modus dicitur attribui dicto quando de ipso affirmatiue predicatur et dicitur remoueri ab eo quando ab ipso negatur et sic patet quod modus est extremum et per consequens non potest modificare compositionem. Et adducunt hic aliquas rationes probabiles quod modalis composita non est modalis, et hoc sic Omnis propositio in qua dicitur subicitur est singularis eo quod dictum accipitur per modum vni-

## Tractatus primus.

us singularis, sed ex singularibus non potest si  
logitari, ergo ex modalibus non potest fieri filo  
solum quod est falsum, quia per primo priorum do  
cet filogizare ex primis modalibus, maior est ma  
nifesta quia totum dictum quodcumque sit illud sup  
ponit pro una propositione intellecta per ipsum  
minor etiam est nota ergo et conclusio. Item pro  
positiones modales differunt ab illis de inesse  
eo quod in illis de inesse significatur predicatus inesse  
subiecto sine aliquo modo, in modalibus vero deno  
tatur inesse cuius modificatione, sed quia modus per  
dicatur de dicto denotatur inesse dicto sine mo  
dificatione, quare non erit modalis sed de inesse,  
et per consequens ut dicunt auctores dantes regulas de  
modo multiplicandi propositiones et equipollentibus  
propositionum modalium solum dat de illis que non  
sunt modales. Ideo de equipollentibus propositionum  
modalium diversarum ponunt aliquas regulas,  
et hoc sumendo equipollentias ex parte modi quia  
ex parte dicti eodem modo sumitur in ipsis sicut in  
illis de inesse, et hoc si obseruetur ydentitas mo  
di sic quod modus non teneatur aliter in una propo  
sitione quam in alia, et hoc per propositionem negatiuam vel post  
positionem, ut ista non omnis homo possibiliter est al  
bus, equipollent illi aliquis homo non possibiliter est  
albus, et ista omnis homo non possibiliter est albus  
equipollent illi nullus homo possibiliter est albus et  
sic de alijs. Sed ad habendum facilius notan  
tiam equipollentiarum modalium diversarum notare  
oportet quod modi in modalibus comparantur ad  
signa in propositionibus de inesse, unde possibile et pos  
sibile non se habent sicut quidam et quidam non, et ne  
cesse et impossibile sicut omnis et nullus, et sicut  
iste equipollent omnis homo non currit et nullus homo  
currit, ita iste impossibile est esse, et necesse est non  
esse, et ante aduentum negationis ille erant contra  
rie et post aduentum sunt equipollentes, obser  
uetur ergo pro regula generali quod ad faciendum  
in modalibus propositiones de modis contrarias equi  
pollere oportet postponere negationes modorum, et ad  
faciendum contradictorias de modis equipollere  
oportet et sufficit negationem ferre ad modum ne  
gando totum sequens. Et ratio est quia quantitas  
se tenet ex parte modi, et ad faciendum contradicto  
rias equipollere oportet mutare qualitatem et qua  
ntitatem quare oportet ferre negationem ad modum  
Et proportionabiliter sicut per propositiones negatio  
nis signo vel in illis de inesse sunt equipollentes  
que erant contradictorie, et per postpositionem negatio  
nis signo sunt que erant contrarie equipollentes: et  
per propositionem et postpositiones signo sunt que  
erant subalterne equipollentes, Ita similiter in  
modalibus per propositionem negationis ad modum  
sunt que erant contradictione equipollentes, ut iste  
contradicunt de modo, sicut possibile est currere  
sicut impossibile est currere, et tamen per propositiones  
negationis ad modum sunt equipollentes, ut di

cendo fontem non possibile est currere equipollent  
huic fontem impossibile est currere. Similiter per  
postpositionem negationis ad modum que erant  
contrarie sunt equipollentes, et per propositiones  
et postpositionem modi sunt etiam que erant sub  
alterne equipollentes ut clare patet in sequenti  
figura exemplificando de omnibus modis. Sed  
non subcontrarie possunt fieri equipollentes si  
cum nec in illis de inesse. Ex quo patet quod in illis  
de inesse non sumitur eodem modo equipollentia  
sicut in modalibus, quia in illis de inesse sumitur  
equipollentia proponendo negationem toti subiec  
to et ipsi signo, vel postponendo et ferendo supra  
totam copulam, sed in modalibus non sumitur  
ferendo negationem toti subiecto et signo, sed so  
lummodo proponendo modo et postponendo tam  
coniunctum quam diuisum quia quidam modus est per  
copule, et sicut dicitur est ad hoc quod modalis sit  
negatiua non requirit negationem ferri ad modum  
vel toti copule, sed sufficit quod parti principali ferat

### Sed contra predicta ar

guitur primo sic, hoc dicto horem esse animal et  
possibile, et tamen non est contingens cum sit necessa  
rium, ergo male dicitur quod cuiusque dicto affirmato  
attribuitur possibile eadem attribuitur contingens

Secundo arguitur sic, huic dicto negato deus non  
esse attribuitur possibile dicendo deus non esse est  
possibile, et tamen ab eo non remouetur impossibile di  
cendo deus non esse est impossibile, ergo contra secundam  
regulam. Tertio arguitur sic, impossibile semper  
per negat dicitur cui attribuitur quod semper destruit  
propositionem et ergo non potest attribui dicto affir  
mato, ergo contra tertiam regulam. Quarto arguitur  
sic, propositiones quarum una est affirmatiua et alia ne  
gatiua non sunt equipollentes quia non equipollent  
in qualitate, ergo pro negatiua de possibili et affir  
matiua de necessario non sunt equipollentes quod est contra  
tertiam regulam.

### Ad rationes. Ad primam

ubi dicitur maior et distinguitur minor, vel ca  
piendo contingens specialiter pro contingenti non  
necessario et sic deditur, vel capiendo contingens  
generaliter prout conuertitur cuius possibili et sic  
negatur. Ad secundam distinguitur maior, vel de  
et sic negatur, vel false et sic deditur, et similiter  
ubi ad minores. Ad tertiam distinguitur a se, vel  
virtualiter et sic deditur, vel formaliter et sic ne  
gat, ideo potest attribui dicto affirmato. Ad  
quartam dicitur quod licet affirmatiua et negatiua  
de eisdem terminis nunquam sint equipollentes: ta  
men ille de diuersis terminis possunt equipolle  
re quoad veritatem et falsitatem.

Item equipollentie vel conse  
quentie modalium possunt ha

## De modalibus

beri per hanc regulam. Omnes propositiones de possibili  
et impossibili equipollent verbo  
similiter se habente et modo dis  
similiter. Et omnes de impos  
sibili et necessario equipollent  
verbo dissimiliter se habente et  
modo similiter. Sed omnes propo  
sitiones de possibili et necessa  
rio equipollent verbo et modo  
dissimiliter se habentibus. Et in  
telligitur modus similiter aut  
dissimiliter se habere quantum  
ad affirmationem et negationem  
ut dicatur se habere similiter  
cum affirmatur in utraque vel in  
utraque negatur. Dissimiliter au  
tem quando affirmatur in una  
et negatur in alia. Et eodem mo  
do intelligendum est de verbo  
sicut dicitur est de modo. Et  
sciendum est quod in predicta re  
gula non facimus mentionem  
de contingenti eo quod contingens  
conuertitur cum possibili, unde  
idem est iudicium de propo  
sitionibus utriusque. Exempla autem  
querantur in figura disposita  
per quatuor ordines quia ista  
regula generalis est ad omnes  
Item propositionum moda  
lium alie sunt contrarie, alie sub  
contrarie, alie contradictorie,  
alie subalterne. Unde quartus

ordo et tertius contrariantur  
sive propositiones posite in ter  
tia et quarta lineis. Primus or  
do et secundus subcontrariantur,  
Primus ordo et tertius con  
tradiciunt. Et similiter secundus  
et quartus. Sed primus ordo  
subalternatur quarto et simili  
ter secundus tertio. An versus  
Tertius est quarto semper  
contrarius ordo. Sit tibi linea  
subcontraria prima secunde.  
Tertius est primo semper con  
tradictorius ordo. Pugnat cum  
quarto contradicendo secundus  
Prima subest quarte vice par  
ticularis habens se. Hanc ha  
bet ad series se lege secunda se  
quentem. Primus amabimus  
edentulique secundus. Tertius  
iliace purpurea reliquus.

Et circa hanc textum notandum est primo quod post  
quod auctor notificauit per quatuor regulas conuer  
siones et equipollentias propositionum moda  
lium: hic consequenter hoc idem facit per alias  
regulas. Et licet predictae equipollentie per regu  
las supradictas cognosci possint: tamen magis  
et facilius cognoscuntur per istas regulas cum  
alijs que per alias supradictas tamen, ideo iste regu  
le ad maiorem et faciliorem cognitionem hic po  
nuntur et non superflue. Unde sicut in propo  
sitionibus de inesse negatio preposita signo ca  
dens supra totum sequens negat qualitatem et  
quantitates et sic facit contradictorias equipol  
lentes: sic etiam in modalibus negatio preposita  
modo cadens supra totum sequens negat quan  
titates temporis que se tenet ex parte modi, et ne  
gat compositionem propositionis ideo mutat qua  
litatem et quantitates et sic facit equipollere suo  
contradictorio. Et sicut negatio preposita signo  
cadens supra copulam in illis de inesse negat so  
lum qualitatem et non quantitatem, et sic facit  
e. .ij.

contrarias equipollere. Ita in modalibus negatio addita dicto negat tantum compositionem dicti. et non inuenit quodammodo ad se et sic facit contrarias equipollere. Et sicut in illis de inesse negatio preposita et postposita facit subalternas equipollere. sic in modalibus negatio addita dicto et modo facit subalternas equipollere. Unde ad cognoscendum huiusmodi equipollentias ponuntur hic tres regule. Prima est quod propositiones de possibili et impossibili equipollent verbo similiter se habente et modo dissimiliter. Cuius ratio est. quia propositiones de possibili et impossibili contradicunt. sed negatio preposita modo facit contradictiones equipollere ut dictum est. ideo propositiones de possibili et impossibili verbo similiter se habente et modo dissimiliter equipollent. Unde modus dicitur dissimiliter se habere quando in una negatur et in alia affirmatur. Et dicitur similiter se habere quando in utraque affirmatur vel in utraque negatur. Et eadem ratione dicitur verbum similiter se habere vel dissimiliter. Verbi gratia. iste sunt contradictiones de istis modis possibile et impossibile scilicet scire possibile est currere. scire impossibile est currere. et ad faciendum eas equipollere sufficit negationem ferri ad modum. dum tamen cadat supra totum sequens. ut dicendo scire non est possibile currere. que equipollent isti scire impossibile est currere. et ad faciendum eas equipollere sufficit negationem ferri ad modum. dum tamen cadat supra totum sequens. ut dicendo scire non est possibile currere. que equipollent isti scire impossibile est currere. et ad faciendum eas equipollere sufficit negationem ferri ad modum. dum tamen cadat supra totum sequens. ut dicendo scire non est possibile currere. que equipollent isti scire impossibile est currere.

**Sciendum est tertio quod** hic consequenter Petrus hispanus determinat de oppositionibus propositionum modalium ponendo talem diuisionem. propositionum modalium quedam enim sunt contrarie. quedam subcontrarie. quedam contradictonie. et quedam subalterne. Et huius diuisionis eodem modo potest dari sufficientia sicut data fuit in propositionibus de inesse. Unde omnes modales de primo ordine signantur per hanc dictionem. **Amabimus.** et sunt omnes particulares affirmatiue quia equipollent isti scire currere est possibile que est particularis affirmatiua. Et omnes de secundo ordine que signantur per hanc dictionem. **Edentuli** sunt particulares negatiue. quia equipollent isti scire non currere est possibile. Sed omnes de tertio ordine que signantur per **Iuace** sunt vniuersales negatiue. et equipollent isti scire currere est impossibile. Omnes vero de quarto ordine que signantur per **Purpurea** sunt vniuersales affirmatiue. et equipollent isti scire currere est necesse. **Dis** suppositis tunc facilius potest videri oppositio propositionum modalium. unde propositiones de quarto et tertio ordine contrariantur. et ratio est quia vniuersalis affirmatiua et vniuersalis negatiua eiusdem subiecti et eiusdem predicati contrariantur. sed iste sunt huiusmodi igitur. Sed ille de quarto ordine et primo subalternantur. et etiam ille de tertio et secundo. Et ratio est quia vniuersalis affirmatiua et particularis affirmatiua. vel vniuersalis negatiua et particularis negatiua eiusdem subiecti et eiusdem predicati subalternantur sed iste sunt huiusmodi igitur. Ille autem de primo et secundo ordinibus subcontrariantur. quia vna est particularis affirmatiua et alia particularis negatiua. Sed ille de primo ordine contradicunt illis de tertio. et ille de secundo contradicunt illis de quarto. et ratio est quia se habent ut particularis affirmatiua et vniuersalis negatiua. vel particularis negatiua et vniuersalis affirmatiua eiusdem subiecti et eiusdem predicati igitur etc.

**Sciendum est secundo quod** secunda regula est quod omnes propositiones de possibili et necessario equipollent verbo et modo dissimiliter se habentibus. Que regula sic debet intelligi. Propositiones de possibili et necessario in quibus nulla ponitur negatio sunt subalterne. et si vni earum preponatur negatio vel postponatur tunc ille que erant subalterne sunt equipollentes. et ideo tam modus quam verbum se habent dissimiliter. ut iste due scire necesse est currere. scire possibile est currere. sunt subalterne. et sunt equipollentes per prepositiones negationis modo et postpositionem ut scire non possibile est non currere equipollent isti scire necesse est currere. Et clarum est quod tam modus quam dictum huius propositionis se habet dissimiliter modo et verbo alterius. Et eodem modo potest dici de contingenti quia possibile et contingens conuertuntur. Tertia regula est quod propositiones de impossibili et necessario equipollent verbo dissimiliter se habente et modo similiter. Et ratio est quia propositiones de impossibili et necessario affirmatiue tam de dicto quam de modo contrariantur. sed negatio posita post modum cadens supra dictum negat qualitatem propositionis et non quantitatem. et sic facit ipsas equipollere verbo dissimiliter se habente et modo similiter ad sensum prius datum.

pollere verbo dissimiliter se habente et modo similiter ad sensum prius datum.

**Sciendum est tertio quod**

hic consequenter Petrus hispanus determinat de oppositionibus propositionum modalium ponendo talem diuisionem. propositionum modalium quedam enim sunt contrarie. quedam subcontrarie. quedam contradictonie. et quedam subalterne. Et huius diuisionis eodem modo potest dari sufficientia sicut data fuit in propositionibus de inesse. Unde omnes modales de primo ordine signantur per hanc dictionem. **Amabimus.** et sunt omnes particulares affirmatiue quia equipollent isti scire currere est possibile que est particularis affirmatiua. Et omnes de secundo ordine que signantur per hanc dictionem. **Edentuli** sunt particulares negatiue. quia equipollent isti scire non currere est possibile. Sed omnes de tertio ordine que signantur per **Iuace** sunt vniuersales negatiue. et equipollent isti scire currere est impossibile. Omnes vero de quarto ordine que signantur per **Purpurea** sunt vniuersales affirmatiue. et equipollent isti scire currere est necesse. **Dis** suppositis tunc facilius potest videri oppositio propositionum modalium. unde propositiones de quarto et tertio ordine contrariantur. et ratio est quia vniuersalis affirmatiua et vniuersalis negatiua eiusdem subiecti et eiusdem predicati contrariantur. sed iste sunt huiusmodi igitur. Sed ille de quarto ordine et primo subalternantur. et etiam ille de tertio et secundo. Et ratio est quia vniuersalis affirmatiua et particularis affirmatiua. vel vniuersalis negatiua et particularis negatiua eiusdem subiecti et eiusdem predicati subalternantur sed iste sunt huiusmodi igitur. Ille autem de primo et secundo ordinibus subcontrariantur. quia vna est particularis affirmatiua et alia particularis negatiua. Sed ille de primo ordine contradicunt illis de tertio. et ille de secundo contradicunt illis de quarto. et ratio est quia se habent ut particularis affirmatiua et vniuersalis negatiua. vel particularis negatiua et vniuersalis affirmatiua eiusdem subiecti et eiusdem predicati igitur etc.

**Sed contra predicta arguitur**

primo sic. Ille due equipollent de possibili et impossibili scire currere est possibile scire

scire currere non est impossibile. et tamen verbum non se habet similiter quia in una negatur hoc verbum est et in alia affirmatur. ergo male dicitur est quod ille de possibili et impossibili equipollent verbo similiter se habente. Secundo arguitur sic. Omnes equipollentes sunt eiusdem quantitatatis ex parte modi ergo modus in omnibus eodem modo ampliat. ergo ille de possibili et impossibili non equipollent modo dissimiliter se habente. Tertio arguitur sic. Ille non equipollent scire currere est possibile scire non currere non est necesse. quia prima aliquid ponit. et secunda nihil cum sit negatiua tamen de dicto quod de modo. ergo ille de possibili et necessario non equipollent verbo et modo dissimiliter se habentibus. Quarto arguitur sic. Omnes contrarie repugnant in qualitate. sed propositiones de quarto ordine et tertio repugnant in qualitate cuius iste sine affirmatiue de quarto et tertio ordinibus scire currere est necesse scire non currere est necesse eo quod in nulla ipsarum fertur negatio supra copulam. ergo male dicitur quod propositiones de tertio et quarto ordinibus contrariantur.

**Ad rationes. Ad primam** conceditur maior et distinguitur minor vel verbum dicti et sic negatur quod non eodem modo se habeat in utraque. vel verbum vniens ipsas partes dicti et sic conceditur. nec de illo intelligitur regula prius date. Ad secundam conceditur maior et distinguitur minor vel quod modus eodem modo se habeat. i. eodem modo ampliet in omnibus equipollentibus. et sic conceditur. vel sic quod sicut vni modo in vna propositione non apponatur negatio ita nec in altera et sic negatur nam ideo modi dicuntur dissimiliter se habere quoniam vni additur negatio et alteri non. Ad tertiam negatur maior et ad probationes conceditur quod negatiua formaliter nihil ponit. sed negatur quod aliqua illarum sit negatiua formaliter imo ambe sunt affirmatiue quia due negationes equivalent vni affirmationi. Ad quartam conceditur maior et negatur minor quia sicut prius dictum est ad hoc quod modalis sit negatiua non requiritur negationem ferri supra totam copulam. sed sufficit quod feratur supra partes principalem qualiter fit in istis.

**Sequitur de conuersione.**

In hac ergo parte videndum est in generalibus conuersione modalium ponendo aliquas regulas generales. Pro quo est sciendum primo quod prius determinabitur de conuersione propositionum modalium de possibili et de alijs. Et primo ponitur talis regula. Omnis propositio affirmatiua de possibili et de dicto particulari potest conuerti simpliciter in particularem affirmatiua. sed affirmatiua de possibili et de dicto vniuersali conuertitur per accidens in particularem de possibili. Ista regula probatur quantum ad vtramque sui partem. Et primo prima pars probatur per silogismum expositiua. ut capta ista conuersione quedam hominem possibile est esse currentem. ergo quoddam currentis possibile est esse hominem. Probatur quia si quendam hominem possibile est esse currentem tunc idem possibile est esse hominem et esse currentem. signetur illud et sit scire. et arguatur sic. scire possibile est esse currentem. scire possibile est esse hominem. ergo quoddam currentis possibile est esse hominem. bene sequitur quendam hominem possibile est esse currentem. ergo quoddam currentis possibile est esse hominem. Probatur quia ad istam vniuersalem de dicto sequitur ista particularis de dicto quendam hominem possibile est esse currentem. sed ad istam sequitur ista quoddam currentis possibile est esse hominem. ergo de primo ad vltimum bene sequitur omnem hominem possibile est esse currentem. ergo quoddam currentis possibile est esse hominem. Secunda pars regule probatur quia bene sequitur omnem hominem possibile est esse currentem. ergo quoddam currentis possibile est esse hominem. Probatur quia ad istam vniuersalem de dicto sequitur ista particularis de dicto quendam hominem possibile est esse currentem. sed ad istam sequitur ista quoddam currentis possibile est esse hominem. ergo de primo ad vltimum bene sequitur omnem hominem possibile est esse currentem. ergo quoddam currentis possibile est esse hominem. Secunda regula est quod nulla negatiua de possibili potest conuerti formaliter. probatur ex vero non sequitur falsum. ut non sequitur de um possibile est non esse creatum. ergo creatum possibile est non esse deum. prima enim est vera et secunda falsa et heretica. Unde illa dicitur negatiua de possibili in qua ponitur iste modus possibile sine negatione precedente et cum negatione sequente lata ad verbum. Tunc autem videndum est de conuersione propositionum modalium de necessario. Pro cuius declaratione ponuntur due regule. Prima est omnis vniuersalis negatiua de necessario conuertitur in vniuersalem negatiua de necessario. ut bene sequitur omnem hominem necesse est non esse asinum ergo omnem asinum necesse est non esse hominem. Probatur. nam ex opposito contradictorio consequens sequitur oppositum antecedentis. ergo conuersione est bona. consequentia tenet per vnam regulam consequentiarum. et antecedens probatur. quia bene sequitur quendam asinum possibile est esse hominem. ergo quendam hominem possibile est esse asinum. Et ibi arguitur ab opposito contradictorio consequens prime consequente ad oppositum contradictorium antecedentis. Sed particularis negatiua de necessario non conuertitur in particularem negatiua simpliciter. quia ex vero non sequitur falsum. ut non sequitur quoddam ens necesse est non esse deum. ergo deum necesse est non esse ens.

est conuerti simpliciter in particularem affirmatiua. sed affirmatiua de possibili et de dicto vniuersali conuertitur per accidens in particularem de possibili. Ista regula probatur quantum ad vtramque sui partem. Et primo prima pars probatur per silogismum expositiua. ut capta ista conuersione quedam hominem possibile est esse currentem. ergo quoddam currentis possibile est esse hominem. Probatur quia si quendam hominem possibile est esse currentem tunc idem possibile est esse hominem et esse currentem. signetur illud et sit scire. et arguatur sic. scire possibile est esse currentem. scire possibile est esse hominem. ergo quoddam currentis possibile est esse hominem. bene sequitur quendam hominem possibile est esse currentem. ergo quoddam currentis possibile est esse hominem. Probatur quia ad istam vniuersalem de dicto sequitur ista particularis de dicto quendam hominem possibile est esse currentem. sed ad istam sequitur ista quoddam currentis possibile est esse hominem. ergo de primo ad vltimum bene sequitur omnem hominem possibile est esse currentem. ergo quoddam currentis possibile est esse hominem. Secunda pars regule probatur quia bene sequitur omnem hominem possibile est esse currentem. ergo quoddam currentis possibile est esse hominem. Probatur quia ad istam vniuersalem de dicto sequitur ista particularis de dicto quendam hominem possibile est esse currentem. sed ad istam sequitur ista quoddam currentis possibile est esse hominem. ergo de primo ad vltimum bene sequitur omnem hominem possibile est esse currentem. ergo quoddam currentis possibile est esse hominem. Secunda regula est quod nulla negatiua de possibili potest conuerti formaliter. probatur ex vero non sequitur falsum. ut non sequitur de um possibile est non esse creatum. ergo creatum possibile est non esse deum. prima enim est vera et secunda falsa et heretica. Unde illa dicitur negatiua de possibili in qua ponitur iste modus possibile sine negatione precedente et cum negatione sequente lata ad verbum. Tunc autem videndum est de conuersione propositionum modalium de necessario. Pro cuius declaratione ponuntur due regule. Prima est omnis vniuersalis negatiua de necessario conuertitur in vniuersalem negatiua de necessario. ut bene sequitur omnem hominem necesse est non esse asinum ergo omnem asinum necesse est non esse hominem. Probatur. nam ex opposito contradictorio consequens sequitur oppositum antecedentis. ergo conuersione est bona. consequentia tenet per vnam regulam consequentiarum. et antecedens probatur. quia bene sequitur quendam asinum possibile est esse hominem. ergo quendam hominem possibile est esse asinum. Et ibi arguitur ab opposito contradictorio consequens prime consequente ad oppositum contradictorium antecedentis. Sed particularis negatiua de necessario non conuertitur in particularem negatiua simpliciter. quia ex vero non sequitur falsum. ut non sequitur quoddam ens necesse est non esse deum. ergo deum necesse est non esse ens.



## Tractatus primus.

nam antecedens est verum et consequens falsus. Item ibi arguitur a non distributo ad distributum, quia in prima ens non erat distributum et esset subiecti propositionis particularis de dicto, et in secunda distributum cum sit predicatus propositionis negativae. Convertitur tamen in aliam de modo loquendi in consuetum ut bene sequitur quoddam ens necesse est non esse deum ergo deum ens necesse est non esse. Sed hec convertitio est impropria, quia de subiecto non fit predicatum remanente eodem situ terminorum. Unde de illa dicitur negativae de necessario in qua ponitur ille modus necesse cum negatione sequente ipsum et sine negatione precedente. Secunda regula est quod nulla affirmativa de necessario convertitur in aliam affirmativam de necessario, sed bene convertitur in affirmativam de possibili. Illa enim dicitur affirmativa de necessario in qua a parte copulae ponitur ille modus necesse sine negatione precedente aut sequente. Prima pars patet quia ex vero sequeretur falsus, ut non sequitur quoddam creans necesse est esse deum, ergo deum necesse est esse creatorem. Similiter quoddam album necesse est esse corpus, ergo quoddam corpus necesse est esse album. Similiter omnem hominem necesse est esse animal, ergo omnem animal necesse est esse hominem. In omnibus istis antecedens potest esse verum et consequens falsum. Secunda pars regule probatur quia ad affirmativam de possibili sequitur affirmativa etiam de possibili, ut prius visum est, ergo ad affirmativam de necessario sequitur affirmativa de possibili.

### Sciendum est secundo quod

hic consequenter ponuntur regule de modo convertendi propositiones modales de possibili.

Prima regula est universalis negativae de impossibili convertitur simpliciter. Probatur quia bene sequitur nullum hominem impossibile est esse currentem, ergo nullum currentem impossibile est esse hominem. Probatur quia bene sequitur impossibile est nullum, b. esse, a. ergo impossibile est nullum, a. esse, b. patet quia in conversione intelligitur convertens igitur est bona conversio, probatur nam ista impossibile est nullum, b. esse, a. valet istam de necessitate quoddam, b. esse, a. de necessitate, quoddam, b. est, a. intelligitur ista quoddam, a. est, b. et in ipsam convertitur, et ad istam de necessitate, quoddam, a. est, b. sequitur ista impossibile est nullum, a. esse, b. ergo de primo ad vitium sequitur bene impossibile est nullum, a. esse, b. ergo impossibile est nullum, b. esse, a. Quamvis autem hec regula a quibusdam ponatur tamen videtur quod non possit iustu

meri. Probatur quod negativae de impossibili equivolet affirmativae de necessario, sed ut prius dictum est affirmativa de necessario non convertitur in aliam de necessario, sed bene in affirmativam de possibili ut ibidem probatum est. Quod hec regula non est vera. Ideo ponitur regula opposita scilicet quod negativae de impossibili non convertitur simpliciter sed convertitur per accidentem in affirmativam de possibili. Patet quia bene sequitur omnem hominem impossibile est non esse animal, ergo quoddam animal possibile est esse hominem, patet quia ad istam omnem hominem necesse est esse animal cui equipollet ista omnem hominem impossibile est non esse animal sequitur ista quoddam hominem possibile est esse animal. Et ad istam quendam hominem possibile est esse animal sequitur ista quoddam animal possibile est esse hominem, ergo ad istam omnem hominem impossibile est non esse animal sequitur ista quoddam animal possibile est esse hominem, patet per istam regulam consequentiarum quicquid sequitur ad consequens bene consequenter sequitur ad eius antecedens. Secunda regula est universalis affirmativa de impossibili convertitur simpliciter sicut universalis negativae de inesse. Patet quia bene sequitur omnem hominem impossibile est esse asinum, ergo omnem asinum impossibile est esse hominem. Probatur ista consequentia quia ex opposito contradictorium consequens sequitur oppositum contradictorium antecedens quia bene sequitur quendam asinum possibile est esse hominem, quod quendam hominem possibile est esse asinum, ergo prima consequentia est bona. Tertia regula est quod particularis affirmativa de impossibili non convertitur in particularem affirmativam de impossibili. Probatur quia non sequitur aliquod animal impossibile est esse hominem, ergo aliquod hominem impossibile est esse animal, consequens est falsum et antecedens verum, ergo talis consequentia non valet et sic regula vera. Quarta regula est, particularis negativae de impossibili non potest formaliter converti in aliam negativam de impossibili, sed bene in affirmativam de possibili. Prima pars patet, quia non sequitur quoddam creans impossibile est non esse deum, ergo deum impossibile est non esse creatorem, antecedens est verum et consequens falsum. Quod antecedens sit verum patet, quia ista quoddam creans impossibile est non esse deum equipollet huic quoddam creans necesse est esse deum, et ista est vera ergo antecedens est verum. Quod autem consequens sit falsum patet, quia ista quendam deum impossibile est esse creatorem equipollet ista quendam deum necesse est esse creatorem, sed hec est falsa ergo et illa. Et eodem modo modo possunt converti propositiones de falso sicut ille de

## De modalibus.

impossibili. Et si queratur cum particularis affirmativa de impossibili convertatur et non in particularem affirmativam de impossibili qualiter ergo convertitur. Ad hoc respondetur quod talis non convertitur in terminis sicut nec particularis negativae in illis de inesse. Probatur etiam quod non convertatur quia ibi argueretur a non distributo ad distributum ex parte subiecti quod non distribueretur in prima cum esset subiectus propositionis particularis quo ad dictum, et tamen distribueretur in secunda cum esset predicatum propositionis negativae quia affirmativa de possibili est simpliciter negativae cum impossibili le includat negationem negationem compositionem quare regula est bene posita.

### Sciendum est tertio quod

hic consequenter ponuntur quedam regule valentes ad cognoscendum conversionem propositionum modalium de contingenti. Et antequam hoc fiat ponitur una divisio contingentis quae est. Contingens dividitur in contingens natum/contingens raro et contingens ad utrumlibet. Unde contingens natum est quod magis determinatur ad esse quam ad non esse. Sed contingens raro est quod magis determinatur ad non esse quam ad esse. Sed contingens ad utrumlibet est quod non magis determinatur ad esse quam ad non esse. Exemplum primum est hominem canescere in senectute est magis determinatum ad esse quam ad non esse. Exemplum secundum est hominem habere sex digitos in una manu est magis ad non esse quam ad esse. Exemplum tertium est sortem currere non est magis determinatum ad esse quam ad non esse. Et de isto dantur alique regule. Prima est. Omnes propositiones de contingenti convertuntur in oppositam qualitatem manente eadem quantitate et eodem ordine terminorum. Et hec regula maxime intelligitur de contingenti ad utrumlibet non negato. Quis enim propositiones de contingenti raro et nato possunt converti in oppositam qualitatem tamen hoc est in aliud genus contingentis. Unde conversio in oppositam qualitatem est formalis omnia duarum propositionum de contingenti utroque termino participantium secundum eundem ordinem eiusdem quantitatis et diversae qualitatis, ut hominem contingit esse album ergo hominem contingit non esse album. Et ista regula intelligitur dummodo negatio ponatur ad verbum. Similiter propositio de contingenti in qua precise isti modo contingens ponitur negatio convertitur in aliam in qua sibi preponitur et postponitur negatio, ut bene sequitur nullum hominem contingit esse album ergo nullum hominem contingit non esse album. Causa huius regule est quia illa de contingenti in qua isti modo contingens preponitur negatio equipollet alteri in qua preponitur et postponitur ne

gatio. Secunda regula est. Nulla propositio de contingenti ad utrumlibet convertitur formaliter in aliam de contingenti conversione in terminis. Sed omnis propositio de contingenti convertitur in aliam de possibili. Causa prime partis regule est quia ex vero sequeretur falsum, nam non sequitur, deus contingit esse creatorem ergo creans contingit esse deum. Nec etiam sequitur in illis de contingenti negato ut non sequitur, nullum creans contingit esse deum, ergo nullus deum contingit esse creatorem, quia prima est vera et secunda est falsa. Secunda pars debet sic intelligi quod omnis propositio de contingenti non negato convertitur in aliam de possibili, ut bene sequitur deum contingit esse creatorem, ergo creans possibile est esse deum. Causa huius est, quia illa de contingenti affirmato includit unam propositionem de possibili que potest converti in aliam de possibili. Sed pro illis de contingenti negato debemus notare quod possunt converti in terminis per conversionem propositionum categoricarum per quas exponuntur, ut ista nullum hominem contingit esse asinum sic exponitur nullum hominem possibile est esse asinum, ut omnem hominem necesse est esse asinum, ideo debet sic converti ergo nullum asinum possibile est esse hominem, vel aliquem asinum necesse est esse hominem. Ulterius est advertendum quod propositio singularis de contingenti non negato debet exponi per unam copulativam cuius prima pars est una categorica affirmativa de possibili, et alia est una categorica negativae de possibili. Et hoc idem dicitur eius prima regula, ut ista sortem contingit esse album debet sic exponi, sortem possibile est esse album, et sortem possibile est non esse album. Sed talis propositio singularis de contingenti negato debet exponi per unam disiunctivam compositam ex partibus contradictoriis partibus copulativae affirmativae per quam exponitur illa de contingenti affirmato ut ista sortem non contingit esse album, debet sic exponi, sortem impossibile est esse album, vel sortem necesse est esse album. Sed particularis vel indefinita de contingenti non negato debet exponi per unam copulativam cuius prima pars est categorica de possibili affirmativa et particularis de dicto, secunda vero est categorica negativae de possibili in cuius subiecto ponitur relativum ydemptitatis, ut ista hominem contingit esse album sic exponitur, hominem possibile est esse album et eundem hominem possibile est non esse album et contradictoria eius est una disiunctiva composita ex partibus contradictoriis partibus copulativae. Postremo est advertendum quod omnes propositiones de contingenti repugnant alicui propositioni de necessario, et alicui propositio de impossibili ex eisdem terminis

Tractatus secundus.

et debet intelligi de contingenti non negato. Ratio est quia quodlibet propositum de contingenti non negato equipollet uni copulatiue cuius una pars est affirmatiua de possibili et sic illa repugnat propositum de impossibili et alia est negatiua de impossibili que repugnat affirmatiue de necessario. Et dicebatur notanter que est de contingenti non negato. quia si esset de contingenti negato non repugnaret alicui de necessario aut alicui de impossibili. Imo tales si mal starent. ut ille nullus homines contingit esse asinum. et omnem hominem impossibile est esse asinum. Tertia regula est quod omnes propositiones affirmatiue de contingenti negato eodem modo conuertuntur sicut ille de impossibili. patet quia sunt equipollentes. Et similiter negatiue de contingenti negato sicut negatiue de impossibili quia similiter sunt equipollentes.

Sed contra predicta arguitur primo sic. Dec est vera omne animal im possibile est esse asinum. et tamen conuertitur in istam omnem a sinum impossibile est esse animal que est falsa. ergo male dictum est quod uniuersalis affirmatiua de impossibili conuertitur simpliciter.

Secundo arguitur sic. Non sequitur omnem hominem falsum est esse gramaticum. ergo omnem gramaticum falsum est esse hominem. quia prima est vera et secunda falsa. ergo male dicitur quod eodem modo conuertuntur propositiones de falso et impossibili. Tertio arguitur sic. Non sequitur puerum possibile est esse senem. et ergo senem possibile est esse puerum. similiter videtur possibile est esse cecum. ergo cecum possibile est esse videtem. unum possibile est esse a cetum. ergo acetum possibile est esse vinum. et tamen quelibet illarum conuertitur secundum regulas prius datas de possibili. ergo ille regule non sunt vere.

Ad rationes. Ad primam dicitur et ad secundam simul quod negatur quod antecedens sit verum et consequens falsum. immo si cut consequens est falsum ita et antecedens. nam ista est falsa omne animal impossibile est esse asinum. quia ad falsitatem uniuersalis sufficit falsitas vnius singularium. modo hec est falsa demonstrato animali quod est asinus hoc animal impossibile est esse asinum. quia hec est vera hoc animal necesse est esse asinum. et eodem modo diceretur de secunda. Ad tertiam dicitur quod non bene conuertuntur quia termini non tenentur eque ample et eque restricte in vna sententia. Sed prima debet sic conuerti puerus possibile est esse senem. ergo senem qui est et erit possibile est esse puerum. et eodem modo diceretur de alijs.

Sequitur figura.

Incipit tractatus secundus

Pradicabile quandoque sumitur proprie quandoque communiter. et sic dicitur predicabile quod de pluribus uniuoce predicatur ut homo de sorte et de platone et sic de alijs. Quandoque sumitur communiter et sic dicitur predicabile quod de vno solo siue de pluribus predicatur uniuoce vel equiuoce. ut homo de sorte vel de platone. Unde predicabile proprie sumptum et uniuersale idem sunt secundum rationem. tamen differunt secundum rationem.

De predicabilibus.

quia uniuersale diffinitur per esse in: predicabile vero per di de. Est autem predicabile quod aptum natum est dici de pluribus. Uniuersale autem quod aptum natum est esse in pluribus. Predicabile autem proprie sumptum siue uniuersale diuiditur per genus specie differentiam proprium et accidens et solum de his hic intendimus

Iste est secundus tractatus huius libri in quo autor noster intendit determinare de quinque uniuersalibus post determinationem de enumeratione. Ratio ordinis est quod enuntiatio ordine doctrine et quoad nos prior est istis uniuersalibus incompletis licet via nature incompletum precedat completum tamen ordinem doctrine voluit obseruare autor noster quod totum notum est suis partibus. Quare prius conuenienter determinauit de enuntiatione quod de quinque uniuersalibus. pro cuius declaratione.

Sciendum est primo quod

cuiuslibet scientie est aliquod subiectum de quo ostenditur per se accidentia per proprias definitionem talis subiecti de quo etiam supponitur quod est et quod est. Et scientia dicitur vna ab vniuersali subiecti ut dicit philosophus primo posteriorum. et cum de quinque uniuersalibus sit scientia oportet quod in ipsa sit aliquod subiectum. Unde subiectum proprium et adequatum huius tractatus est uniuersale formaliter sumptum et non fundamentum licet quia sibi conuenienter condiciones subiecti attributionis. Primo enim de ipso presupponit quid est et quia est et per philosophum primo per armenias ostendit. Uniuersale est quod aptum natum est dici de multis. Secundo quod per quod quid est et deinde firantur passionis quesite de eo in tali scientia. Unde philosophus primo de anima quod quid est et principij demonstrationis. Unde sic potest fieri de monstratio. Omne quod aptum natum est dici de multis est predicabile. sed omne uniuersale est aptum natum dici de multis. ergo omne uniuersale est predicabile. Ista passio predicabile de suo subiecto demonstratur quod est uniuersale proprie et diffinitio. Tertio quod est primo et principaliter consideratur in hac scientia ad quod omnia considerata in hac scientia habent ordinem et attributionem. Et omnibus his potest formari ratio

talis. omne illud est subiectum in hac scientia de quo supponitur quid est et quia est et etiam de quo demonstrantur passionis in hac scientia per propriam definitionem. et ad quod omnia considerata in illa scientia habent attributiones. Sed uniuersale formaliter acceptum est huiusmodi respectu huius tractatus. ergo uniuersale est subiectum respectu illius scientie. Maior est nota et primo posteriorum. Maior est declarata per declarationem predictarum conditionum. ergo conclusio vera. Et dicitur notanter formaliter acceptum. pro quo est aduertendum quod uniuersale potest capi tripliciter. Uno modo fundamentaliter et pro se denominato. et hoc dupliciter. vno modo pro fundamento remoto intentionis illius uniuersalitati. et tale vocatur uniuersale metaphysicum et sic est natura communis que est vna cum a parte rei minor tamen vniuersitate numerali omni opere intellectus circumscripito et remoto de quo dicit philosophus septimo philosophorum quod in specie speculatiua sit comparatio et non in genere. quod speculatiue dicitur aliquid vniuersum a parte rei genus de non quod non intelligitur de vniuersitate conceptus. quod hoc modo quoniam genus dicit vniuersum sicut species alias non esse predicatum in quid et vniuersum dicitur de suis speciebus quoniam dicitur siue sumatur ab aliqua realitate in re potenciali. tamen non dicit vnam naturam sicut natura a qua sumatur species ut alibi ostenditur. Et de uniuersali hoc modo accepto pertinet ad metaphysicum. Alio modo accipitur pro fundamento proximo illius intentionis et tunc dicitur uniuersale secundum completam rationem uniuersalitati et sic est natura communis existens in intellectu possibili in potentia propinqua ad hoc ut concipiatur ab eo ut vnum obiectum numero intelligibile dicitur de omnibus suis inferioribus predicatone dicitur hoc est hoc. Et istam uniuersalitem non habet extra intellectum. sed habet eam ab intellectu agente qui facit potentia intelligibile actum intelligibile secundum philosophum tertio de anima. recte sicut luna facit potentia colores actum colores. sic intellectus agens potentia intelligibile facit actum intelligibile. Et ad hunc sensum loquitur commentator primo de anima cum dicit intellectus est qui facit uniuersalitates in rebus. Et de isto uniuersali considerato hoc modo pertinet ad librum de anima. Secundo modo accipitur uniuersale formaliter et sic est respectus rationis illius quod predicatur ad illud de quo predicatur causatum per actum intellectus comparantis illa ad inueniens et de uniuersali hoc modo dicitur quod est subiectum primis huius tractatus. Tertio modo accipitur pro aggregato ex vtroque et sic est ens per accidens et de illo nulla est scientia. quod ut probatur tertio metaphysice de ente per accidens non est scientia eo quod non habet per se vnam conceptum

Handwritten marginal notes on the right side of the page, including 'Vniuersale', 'de ente per accidens', and other scribbles.



## Tractatus secundus

nec unum per se passionem, nec unum per se significatum, que tamen omnia requiruntur ad hoc quod de aliquo sit scientia tanquam de subiecto primo

### Sciendum est secundo quod

universale formaliter sumptum dividitur in quatuor genera sicut genus in suas species, que universalia sunt genus species differentia proprium et accidens. Et probatur quia dividitur in ea tanquam genus in suas species, quia universale predicatur uno nomine et una ratione de istis quatuor quibus universalia que differunt specie, ergo predicatur de ipsis ut genus, tamen non per distinctionem generis, et minus probatur quia quodlibet istorum est universale, et quodlibet est aptum naturam predicari de pluribus. Quorum universalia sunt sic habetur sufficientia. Quia omne universale aptum naturam est predicari de pluribus, vel ergo in quid vel in quale. Si in quid hoc est dupliciter, vel ergo dicit totam quidditatem illius de quo predicatur, et sic est species, species enim est tota quidditas subiecti individui, quia individuum non addit ultra speciem nisi entitates determinatas nature ad singularitatem que nec est quidditas nec pertinet ad quidditatem, est ipsa sit forma primo incommunicabilis, omnis autem quidditas est communicabilis secundum philosophum primo celi et mundi. Vel dicit partem eius de quo predicatur et sic est genus, unde quinto metaphysice capitulo de parte dicit philosophus quod genus est pars speciei. Et quo patet quod genus non dicit totam essentiam speciei, ideo non bene dicitur illi qui dicunt quod genus dicit totam quidditatem id est essentiam speciei. Si vero predicatur in quale hoc est dupliciter, quia vel predicatur in quale est formale et sic est differentia, differentia enim est qualitas essentialis. Vel predicatur in quale accidentale et hoc est dupliciter, vel manat ab essentialibus principijs speciei et sic est proprium. Vel consequitur principia individui et sic est accidens. Et datur ista sufficientia de universali formaliter accepto tamen declarando ipsum per sua fundamenta quia predicationes signate in secundis intentionibus debent exerceri in primis. Et utilitas huius tractatus est quia primo valet ad distinctionem notitiam predicamentorum. Cuius ratio est quia in predicamentis docetur ordinatio specierum directe sub genere et differentiarum a latere, ergo oportet scire quid genus quid species et quid differentia. Et quia in tali ordinatione non possunt ordinari neque debent accidentia per se neque communia, ideo oportet scire quid proprium et quid accidens ut videntur a coordinationibus, quia secundum Boetium secundo topicorum suorum. Dalium non videtur nisi preconium. Secundo valet ad distinctionem assignationem, quia secundum philosophum septimo metaphysice sola species dif-

ferunt que constituentur ex genere et differentia, ideo oportet scire ad artem diffinitionis quid genus quid species et quid differentia. Tertio valet ad distinctionem seu artem dividendi quia passio fit per differentias essentielles et non debet dari per accidentia neque propria neque communia ut habetur secundo posteriorum. Quarto et ultimo valet ad cognitionem demonstrationum quia in demonstratione ostenditur passio de subiecto quod est species per distinctiones eius que constituitur ex genere et differentia, et non debet poni in ea aliqua predicata secundum accidentia, ideo ad cognitionem demonstrationum oportet cognoscere quid genus quid species quid proprium quid differentia et quid accidens. Et quo patet magna est utilitas huius tractatus.

### Sciendum est tertio quod

quando accipitur universale pro secunda intentione tunc dicitur universale est quod aptum naturam est predicari de multis est predicatio quidditativa. Sed si caperetur fundamentaliter esset predicatio denominativa, et sic predicaretur diffinitio de diffinito. Ex quo sequitur quod hic diffinitur universale pro secunda intentione cuius predicabile est propria passio eius demonstrabilis de eo per quod quid est eius, ita quod si ponatur hec diffinitio universale est quod aptum naturam est esse in multis propria ipsius universalis ut dicit autor noster, tunc diceretur quod predicari de multis est diffinitio predicabilis. Unde licet unum et idem subiectum seu fundamentum sit universale et predicabile, tamen iste intentiones sunt formaliter distincte, que quidem distinctio sufficit inter subiectum et passionem, non enim oportet passiones esse realiter distinctas a suo subiecto sed sufficit quod formaliter distinguatur ut probat philosophus quarto metaphysice, c. 10. Verumtamen si capiatur predicabile communiter ut dicit autor in principio sic non est passio universalis, quia convenit alteri ab universalis. Sed si capiatur proprie tunc est passio universalis ut prius dictum est.

### Sed contra predicta arguitur

primo sic. Passio distinguitur realiter a suo subiecto, sed predicabile est passio universalis ut dicitur 2. 2. differit ab eo realiter. Maior patet quia idem non potest de seipso demonstrari cum non habeat causam inherenter ad seipsum, sed passio potest demonstrari de subiecto, ergo differit ab eo secundum rem. Secundo arguitur, contra suppositum probando scilicet quod predicabile non sit passio universalis, omnis passio est universalis vel ergo est genus species differentia proprium vel accidens, sed nullum videtur dicendum nisi proprium, et cum proprium sit species universalis sequitur quod predicabile erit species et non proprium

## De predicabilibus

Tertio arguitur sic. Ens est universale cuius predicatur de multis, et tamen non continetur sub aliquo istorum quinque universalium, ergo diffinitio mala. Quarto arguitur sic, predicabile et predicamentum idem sunt, sed decem sunt predicamenta, ergo decem erunt predicabilia.

### Ad rationes. Ad primam

dicitur negando maiorem, et ad probationem distinguitur vel quod idem omnimode non possit demonstrari de seipso et sic conceditur, vel quod idem realiter alicui distinctus tamen formaliter ab eo non possit demonstrari de eo, et sic negatur, et huiusmodi est passio demonstrabilis de suo subiecto. Ad secundam dicitur quod omnis passio est universalis capiendo universale ut modus, et cum dicitur quod talis passio sit proprium distinguitur vel capiendo proprium ut quid et sic negatur vel capiendo proprium ut modus et sic conceditur. Ad tertiam dicitur quod ens non est universale ut hic capitur universale eo quod non est finitum et limitatum, sed est indifferens ad limitationem et illimitationem quare non est universale. Ad quartam dicitur quod predicamentum et predicabile bene sunt idem subiecto sed distinguuntur formaliter nec sunt idem convertibiliter. Vel dicitur quod predicamenta et predicabilia distinguuntur penes diversos modos predicandi de suis subiectibus et predicamenta distinguuntur penes diversos modos predicandi de prima substantia, ideo non oportet tot esse predicabilia quot sunt predicamenta.

**S**ecundum dicitur tripliciter. Primo modo dicitur genus ut est collectio multorum quodammodo se habentium ad invicem et ad unum principium, ut collectio eorum qui sunt de eadem parentela et descendunt ab uno auctore, ut romani a romulo. Secundo modo dicitur genus quod est principium uniuscuiusque generationis, ut pater vel patria. Tertio modo dicitur cui superponitur species, et hoc ultimo modo sumitur hic, et diffinitur

sic. Genus est quod predicatur de pluribus differentibus specie in eo quod quid, ut animal predicatur de homine et equo quoniam niam specie differunt. Ad cognoscendum autem hoc modum de differentibus specie oportet scire quot modis dicitur differens, unde tot modis dicitur differens quot modis dicitur idem. Idem autem dicitur tripliciter scilicet idem genere, idem specie, idem numero. Eadem genere sunt quecumque sub eodem genere continentur ut homo et asinus sub animali. Eadem specie sunt quecumque sub eadem specie continentur, ut sortes et plato sub homine. Idem numero dicitur quadrupliciter scilicet idem nomine, idem diffinitione, idem proprio, et idem accidente. Eadem nomine sunt quorum res est una nomina vero plura ut marcus tullius. Eadem diffinitione sunt quorum unus est diffinitio alterius, ut animal rationale mortale est diffinitio hominis. Eadem proprio sunt quorum unum est proprium alterius ut homo et risibile. Eadem accidente sunt quorum unum est accidens alterius ut sortes et albedo que est in ipso. Si

## Tractatus secundus

militer differens dicitur tripli-  
citer scilicet genere specie et nume-  
ro. Differentia genere sunt que  
sub diuersis generibus continen-  
tur ut homo sub animali et ar-  
bor sub planta. Differentia spe-  
cie sunt quecumque sub diuersis  
speciebus continentur ut homo  
et asinus sub animali. Differen-  
tia numero sunt que faciunt di-  
uersum numerum. ut sortes et  
plato. Illud vero dicitur pre-  
dicari in quid quod convenien-  
ter respondetur ad interroga-  
tionem factam per quid. ut si  
queratur quid est homo conue-  
nienter respondetur animal et  
ideo animal predicatur in quid  
de homine. Aliter autem dif-  
finitur sic genus. genus est cui  
supponitur species. Itaque ge-  
nus dividitur in genus genera-  
lissimum et genus subalternum.  
Genus generalissimum est su-  
pra quod non est aliud genus  
superueniens. Vel genus gene-  
ralissimum est quod cum sit ge-  
nus non potest esse species. Et  
dividitur in decem generalissima  
que sunt decem predicamenta  
scilicet substantia. quantitas.  
qualitas. relatio. actio. passio  
situs. habitus. ubi. et quando.  
Hec autem decem dicuntur ge-

nera generalissima quia nullum  
genus habent supra se. Et licet  
ens sit supra ipsa tamen non di-  
citur de ipsis uniuoce sed equi-  
uoce ideo non est genus. De  
his autem nihil ad presens di-  
citur sed in predicamentis. Ge-  
nus subalternum est quod cum  
sit genus bene potest esse speci-  
es. ut animal est genus hominis  
et equi et est species corporis  
animati.

Circa hunc terminum notandum est primo quod de-  
terminato de uniuersali tam diuisione quam diffinitione  
ne hic sequenter autem determinat de quolibet  
quod predicabilium in speciali. Et quia genus  
species et differentia predicantur essentialiter: pro-  
prium et accidens predicantur denominatiue et  
accidentaliter: ideo prius determinat de illis tri-  
bus primis quam de alijs. Et adhuc prius determinat  
de genere quia genus predicatur de pluribus  
differentibus specie et in quid ideo sibi perfectius  
conuenit ratio uniuersalitatibus quam alicuius aliorum  
ideo autem prius determinat de genere quam de alijs  
primo ponens acceptiones eius quia omne equum  
cum prius est diuidendum quam diffiniendum. com-  
aliquid non potest diffiniri nisi pro uno eius  
significato. Et quia genus est quoddam equum  
cum ideo prius autem conuenienter ponit accep-  
tiones generis ut eliciat membrum de quo est ad  
propositum. Unde nomen generis prius fuit  
in usu cum loquentium et in usu philosophorum. et ex  
usu cum loquentium translatum est in usum  
philosophorum propter similitudinem quam habet ge-  
nus logicum ad genus dictum in ciuilibus vel  
etiam in naturalibus: ideo dicit Porphyrius quod ge-  
nus logicum est dictum ad similitudinem gene-  
ris primi modi et secundi modi. Unde primo non  
capitur genus ut est collectio multorum quod  
modo se habentium ad unum principium ut col-  
lectio multorum eiusdem progenies sicut proge-  
nies romanorum qui descendunt a romulo di-  
citur unum genus. et hoc modo idem est quod pro  
genies. Secundo modo dicitur genus quod est prin-  
cipium alicuius generationis ut pater vel pariter  
dicitur genus respectu filiorum. Etiam locus est  
principium per hoc quod in eo est unius generatiua  
et conseruatiua locati ratione cuius homines na-  
ti in eodem loco sepe conueniunt in colore et in

## De predicabilibus.

complezione. Tertio modo dicitur genus cui sup-  
ponitur species. et istud est genus logicum et alij  
modi sunt modi generis dicitur in ciuilibus. ideo  
hic enumerantur due predicte acceptiones ad quod  
rum similitudinem dicitur genus logicum ut per  
istas acceptiones habeatur noticia de illo gene-  
re logico. Et quia hic non enumerantur generaliter  
omnes acceptiones generis sed solum ille ad quod  
rum similitudinem sumitur genus logicum: ideo  
non fit mentio de genere masculino feminino et  
sic de alijs. Unde genus logicum habet con-  
uenientiam cuius genere primo modo dicto. quia  
genus primo modo dictum dicit collectionem mul-  
torum adiuicem. et etiam genus logicum dicit  
collectionem multarum specierum que sub ipso  
continentur. Sed habent differentiam quia talis  
collectio est totum integrale respectu collectio-  
nis sed genus logicum est totum uniuersale respec-  
tu suarum specierum. Conuenit etiam genus lo-  
gicum cum genere secundo modo dicto quia sicut  
genus secundo modo dictum est principium eo-  
rum que sunt illius generis: sic etiam genus lo-  
gicum est principium suarum specierum. Sed dif-  
ferunt quia genus secundo modo dictum est prin-  
cipium effectuum eorum que sunt illius generis  
sed genus logicum est principium formale et quid  
dicitur suarum specierum. et est quasi prin-  
cipium materiale seu potentiale suarum specierum  
et ob hoc dicit Porphyrius quod genus est sum-  
ma materia differentia vero forme. Et quia species  
componitur ex genere et differentia propositiona-  
liter sicut statua ex creta et figura. differunt tamen  
ut dictum est genus logicum et genus secundo  
modo dictum. quia genus secundo modo dictum  
non est idem essentialiter cum aliquo descenden-  
tum ab eo neque est de quidditate alicuius eorum  
ideo non predicatur de aliquo illorum in quid.  
sed genus logicum est essentialiter idem speciei  
et includit quidditatem in conceptu formali et  
ideo predicatur in quid de specie.

### Sciendum est secundo quod

genus logicum potest capi dupliciter. Uno modo  
formaliter et tunc nominat unum respectum ra-  
tionis causatum per actum comparatum intel-  
lectus in aliquo obiecto communi quod est diuisibi-  
le per differentias oppositas formaliter compa-  
rato ad aliquam aliam naturam per se inferiores in  
qua essentialiter et quidditative includitur et de  
qua predicatur in primo modo dicendi per se. et  
illo modo est secunda intentio. Secundo modo  
accipitur fundamentaliter pro una realitate po-  
tentiali que est in re ex natura rei. et potentialis  
est in ordine ad realitatem a qua sanatur differ-  
entia. Et hoc est quod dicit philosophus secundo metaphysice  
oportet inquit diffinitionem esse orationem lon-  
gam in qua est aliquid hoc quidem ut materia

illud vero ut forma. et illo modo est res prime in-  
tentionis. Sed adhuc tertio modo potest capi per  
aggregato ex utroque et sic est ens per accidens

Unde genus primo modo acceptum sine for-  
maliter sic dicitur a logico. Genus est quod pre-  
dicatur de pluribus differentibus specie in eo quod  
quid est. In qua diffinitione intelligitur uniuers-  
ale loco generis per hoc relationum quod dicitur  
intelligere suum antecedens. Et ponitur predica-  
tur in quid ad differentiam propriam et accidentis  
et etiam differentie que predicantur in quale.

Tertio ponitur de pluribus differentibus spe-  
cie ad differentiam speciei que solus predicatur  
de pluribus differentibus numero. et sic ille tres  
particule ponuntur loco differentie conuerbibi-  
lis ipsius generis que est nobis innominata et  
circuloquantur ipsam. Et debet sic intelligi

la diffinitio quod genus est uniuersale quod funda-  
tur in aliqua natura que apta nata est predicari  
predicatione exercita de pluribus differentibus  
specie. Et quia ibi diffinitur genus primo modo

acceptum scilicet genus formaliter acceptum. proba-  
tur sic quia tamen illud diffinitur in proposito cui pri-  
mo inest diffinitio. sed illud est tamen intentio secun-  
da. ergo etc. maior est manifesta quia diffinitio  
debet predicari de diffinito si sit quidditativa

in primo modo dicendi per se. minor patet quia in  
illa diffinitione omnia que ponuntur sunt inten-  
tionalia scilicet predicari de pluribus etc. et non pos-  
sunt per se primo conuenire nisi intentione. ergo  
diffinitus est secunda intentio in concreto supple-

designata. quia illo modo significatur ut est appli-  
cabilis rei. Ex quo inferitur quod opinio quorum-  
dam est falsa qui dicunt quod diffinitur res sub se-  
cunda intentione. quia dicunt quod res considerate a  
logico sicut predicamenta que sunt vere res ex-  
tra animam considerantur ut sunt sub intentio-  
nibus secundis. et per hoc differit logici confide-  
ratio a consideratione metaphysici. Sed istud  
dictum non est verum. quod probatur sic. quia  
illud quod hic diffinitur conuenit uniuoce rebus  
omnibus generum ut animali color et sic de alijs

quod secundum idem nomen et secundum eandem rationem.  
sed impossibile est aliquam rem qualitercumque sub  
intentione generis conuenire uniuoce rebus om-  
nium generum. ergo etc. Minor probatur quia res  
communi modo significari non potest et per hoc  
nomen ens. si ergo aliqua res sub intentione ge-  
neris esset uniuoca omnibus generibus: ens pos-  
set esse uniuocum illis sub intentione generis. et  
sic esset tantum unum genus generalissimum  
quod est falsum. quia secundum philosophum in libro predica-  
mentorum et in quarto metaphysice sunt decem  
genera generalissima. Sequeret similiter quod ens  
esset genus quod est falsum. quia secundum philosophum secundo  
posteriorum et tertio metaphysice ens non est ge-  
nus ergo etc. Preterea si res sub intentione dis-

quod dicitur  
genus dicitur

quod dicitur

quod dicitur  
genus dicitur

scilicet

Intretur tunc ens per accidens diffinitur quia intentio accidit rei, sed ens per accidens non potest diffiniri, quia diffinitio per se conuenit diffinito, et ens per accidens nihil per se potest attribui in primo? dicendi per se ex primo posteriorum. Relinquitur ergo illam opinionem esse falsam et aliam esse veram dicentem quod hic diffinitur genus pro intentione secunda. Sed circa hanc diffinitionem inueniuntur aliquae difficultates. Prima est utrum genus predicatur de pluribus differentibus specie in quid. Et videtur quod non quia hoc intentio secunda genus non predicatur nisi de differentibus numero in quid, ergo etc. Opus positum patet in littera. Pro solutione est notandum quod differentia est inter actum signatum et actum exercitum ut patet in multis, istud enim ad verbum non exercet negationem et tamen by negatio significat negationem. Similiter exclusio significat exclusionem et tamen exercetur per ly tm. Et similiter exceptio significat exceptionem et exercetur per istam dictionem exceptiuam scilicet. Ex quo patet quod a predicari significato ad predicari exercitum siue ad esse non valet consequentia in eisdem terminis. Sed a predicari in secundis intentionibus ad esse in fundamentis bene valet consequentia. Non enim sequitur genus predicatur de specie ergo species est genus, sed bene sequitur genus predicatur de specie ergo hoc est animal, bos est animal, leo est animal et sic de alijs, hoc enim debet exerceri in primis quod significatur in secundis intentionibus. Tamen bene quandoque gracia materie sequitur in eisdem terminis ut bene sequitur animal predicatur de homine ergo homo est animal, unde hoc verbum predico, aris, significat predicationes, sed istud verbum est exercet eam. Et genus predicari de pluribus differentibus specie non est aliud quam genus formaliter sumptum significare unam intentionem in una natura fundata que natura nata est predicari predicatione exercita de pluribus differentibus specie. Hoc notato dicitur ad difficultatem quod genus predicatur in quid predicatione signata de pluribus differentibus specie, sed non predicatione exercita, imo predicatione exercita solum predicatur de pluribus differentibus numero ut concludit ratio ante oppositum et per hoc patet eius solutio. Secunda difficultas est utrum genus predicatur de pluribus differentibus specie eodem modo quo dicitur est. Et diceretur quod non quia non predicatur nisi aliquibus que differunt illa intentione specie, imo de quibuslibet predicatur ipsa conueniunt in illa intentione ergo etc. In oppositum arguitur, quia si species non caperetur formaliter et non esset secunda intentio sed prima talis diffinitio non esset quidditativa, consequens est falsum ut prius patuit ergo et antecedens. Ad hoc dicitur quod dif-

ferens specie in illa diffinitione capitur secunde intentione. Et ad rationem conceditur quod genus de quibuslibet predicatur predicatione exercita conueniant in illa intentione differens specie. Unde hoc differens specie quod est homo, conueniunt in illa intentione differens specie. Et soluitur ratio sic, quod de quibuslibet predicatur genus illa conueniunt in illa intentione species, et negetur quod non predicatur nisi pluribus differentibus specie quia diffinitio non vult dicere quod genus predicatur de pluribus differentibus illa intentione species, sed quod predicatur de pluribus conuenientibus in illa intentione differens specie, quod hoc complexum differens specie capitur secunde intentione. Tertia difficultas est utrum potestas generis addat aliquid reale supra essentiam eius. Et videtur quod sic, quia accidens superaddit aliquid reale ultra suum subiectum, sed potestas generis est accidens essentie ergo etc. Respondetur quod potestas generis et eius essentia idem sunt realiter, differunt tamen ex natura rei, unde potestas non est aliud quam quidditas eius. Nec oportet quod quicquid conuenit uni conueniat alteri imo est sufficiens distinctio scilicet ex natura rei inter potestates et essentias ad verificandum contradictionem predicationem de ipsis, quia hoc est vera genus est diuisibile secundum potestatem, et hoc non est vera genus est diuisibile secundum essentiam, bene tamen sequitur potestas generis est diuisibilis, ergo essentia est multiplicabilis. Ad rationem conceditur maior et negatur minor et etiam consequentia, quia non addit aliquid realiter distinctum ab ea sed bene ex natura rei.

Sciendum est tercio quod

duplex est intentio scilicet prima et secunda. Unde prima intentio est primus rei conceptus accipiendo conceptum pro conceptu obiectivo vel cognito cognoscibili vel intelligibili. Unde prima intentio est res primo intellecta cuius intellectio immediate causatur a re vel a rei specie, res enim dicitur intentio ut cognita vel cognoscibilis. Unde termini prime intentionis dicuntur qui significant huiusmodi res conceptas vel conceptibiles ut homo equus et sic de alijs. Secunda vero intentio est quedam relatio rationis causata ab actu comparatio intellectus comparantis unius primum intellectum ad aliud primum intellectum. Verbi gratia, intellectus intelligens homines et animal comparat unum ad aliud in ratione subiectibilis et predicabilis, ex cuius actu comparatio ex parte animal derelinquntur relatio quedam quod dicitur genus, et ex parte hominis alia que dicitur species, et sic secundum diversas comparationes format intellectus diversas relationes, et sic omnis secunda intentio est formaliter relatio rationis.

et omnes tales intentiones sunt subiective in re et obiective in intellectu solum. Scilicet scilicet enim est una secunda intentio quia est habendo formaliter seu comparatio premissarum ad conclusionem, ideo bene dicitur quod logica est de secundis intentionibus adiuuans primis, quia logicus applicat secundas intentiones ad primas quas considerat non secundum se sed inquantum sunt fundamenta secundarum intentionum, notificatur enim relationes rationis per sua fundamenta propter earum modicam entitatem, ideo philosophus quinto metaphysice distinguit modos relationum re alium secundum distinctionem fundamentorum. Aduertendum est tamen quod secunde intentiones non sic fundantur in primis quod ex natura rei inde oriuntur, quia tunc essent relationes reales, sed interueniente actu comparatio intellectus causant, et una relatio rationis potest esse fundamentum alterius, sicut intentio speciei fundatur in intentione generis cum vniuersale sit genus ad omnia quousque vniuersalia, genus igitur est species vniuersalis quare illa intentio speciei fundatur in illa intentione genus. Alterius autem determinat de aliquibus partibus positus in diffinitione generis scilicet differentibus specie, et ob hoc ponit quot modis dicitur idem, quia tot modis dicitur differens quot modis dicitur idem. Unde idem dicitur tripliciter, scilicet idem genere, idem specie, et idem numero. Unde illa dicuntur eadem genere que continentur sub eodem genere proximo ut homo et asinus in animal, et est quedam secunda intentio siue relatio rationis. Similiter etiam eadem specie sunt quedam sub eadem specie speculatiua continentur, ut socrates et plato. Idem vero numero dicitur quadrupliciter, scilicet idem nomine, idem diffinitione, idem proprio, et idem accidente, et declarationes harum acceptionum dare patet in textu. Similiter differens dicitur tripliciter, scilicet differens genere, differens specie, et differens numero, et est semper secunda intentio in concreto designata. Et huiusmodi acceptiones sufficienter habentur in textu. Consequenter autem probatur quod genus predicatur in quid, et hoc sic. Illud dicitur predicari in quid quod conuenienter respondetur ad questionem factam per quid, sed ad questionem siue interrogationem factam per quid conuenienter respondetur genus et hoc patet tam in fundamentis quam in secundis intentionibus. Probatur in fundamentis ut cuius queritur quid est homo: conuenienter respondetur est animal, ergo animal est genus et predicatur in quid. Similiter si queratur quid predicatur de specie conuenienter respondetur genus, ergo genus formaliter sumptus predicatur de specie in eo quod quid predicatione signata. Ex quo patet quod diffinitio generis predicta est bona, quia nihil superfluum neque diminutum continet.

Alterius ponit aliam diffinitionem generis que talis est. Genus est cui opponitur species, que debet sic intelligi. Genus est relatum quod refertur ad speciem tanquam ad suum proprium correlatum, et est relatum suppositionis, ut siue genus est alicuius speciei genus ita species est alicuius generis species, ibi genus refertur ad speciem tanquam ad suum correlatum, sub habitu dicitur obliqui casus. Alterius dividit autem genus in genus generalissimum et genus subalternum. Unde genus generalissimum est supra quod non est aliud genus superueniens. Vel sic genus generalissimum est quod cum sit genus non potest esse species. Que diffinitiones debent sic intelligi. Genus generalissimum formaliter significat relationem fundatam in aliquo obiecto predicabili de pluribus differentibus specie, cui repugnat comparari vel referri ad alias sibi superiores tanquam ad genus. Et dividitur in decem predicamenta que sunt hec, substantia, quantitas, qualitas, relatio, actio, passio, virtus, quando, situs, et habitus. Decem autem, ut dicit porphyrius, dicuntur generalissima quia non habent aliud genus supra se vniuersale dicitur de ipsis, patet quia si esset aliquod genus vniuersale ipsum maxime esset ens, sed hoc est falsum igitur, minus rem probat porphyrius quia ens est equiuocum igitur non est genus, autem probat porphyrius autoritate Aristotelis dicentis si quis omnia entia vocet equiuoce nesciabit ea et non vniuersale. Sed contra hoc arguitur primo per philosophum quarto topicorum dicentem quod ens et unum predicantur de omnibus secundum nomen et secundum rationem, scilicet secundum quidditatem, ergo ens est vniuersale cum decem generibus. Item ens et non ens contradicunt ut vult philosophus quarto metaphysice, quod sequitur quod ens non est equiuocum, patet consequentia quia in equiuocis non est oppositio contra dicitio nec consequentia ut vult philosophus primo periermenias et primo elementorum. Item nulli equiuoco conueniunt passionibus de eo demonstrabiles ut patet quarto metaphysice, ergo ens non est equiuocum. Non tamen propter hoc sequitur quod sit genus ad decem generalissima, quod probatur, quia nullum genus predicatur in quid de differentibus ut patet tertio metaphysice, sed ens predicatur in quid de differentibus, ergo ens non est genus. Et etiam quia conceptus entis est indifferens ad finitum et ad infinitum, ergo conceptus entis non potest esse conceptus generis, autem probatur quia ens dividitur prima sui divisione per finitum et infinitum, et patet contra, quia conceptus generis sumitur ab aliqua realitate potentiali que nata est perfici et actuari ab illa realitate a qua finitur differentia, sed omnis talis realitas potentialis nata perfici et actuari per aliam realitatem necessario est finita et limitata, nec potest esse

ACTUS signatus

Quintus

Secundus

Terminus

Signatus

Secundus

## Tractatus secundus

venire enti illimitato formaliter. Et hinc est q̄ de  
us nec aliquid formaliter dictum de deo potest  
esse in genere. Sed quid dicendum est t̄c ad  
autorem qui dicit q̄ ens dicitur equivoce sine mul  
tipliciter de istis. Ad hoc dicendum est ponendo  
vnam distinctionem q̄ duplex est vniocum. q̄  
dam est q̄ descendit in sua vniocata sc̄m eā  
dem rationem formalem. sed non sc̄m eundem  
gradum perfectionis. Aliud est vniocum quod  
descendit in sua vniocata sc̄m eandem rationem  
formalem et sc̄m eundem gradum perfectionis.  
Tunc dicitur q̄ ens est vniocum accipiendo vni  
ocum primo modo. sed non secundo modo. pri  
mus patet q̄ ratio entis dicitur de omnibus de  
cem generibus et includitur in eis. sed non sc̄m  
eundem gradum perfectionis. q̄ substantia est  
perfectius ens accidentis.

### Sed contra predicta ar

guitur Primo sic. totum collectivum non est to  
tum vniocum. sed genus est totum vniocum  
ergo genus non est totum collectivum. ergo ma  
le dicitur q̄ genus primo mō est collectio multo  
rum. Secundo arguitur sic. genus predica  
tur de his quorum est genus. sed principium ge  
nerationis non predicatur de his quorum est princi  
pium. ergo principium generationis nō est gen  
us q̄ est contra secundam acceptionem.

Ter  
tio arguitur sic. individuum ponitur sub genere  
et tamen non est species. ergo male dicitur q̄ ge  
nus est cui supponitur species. Et si dicitur q̄ in  
individuum ponitur sub genere mediante specie/  
modo illa distinctio intelligitur sic. Genus est cui  
immediate et directe supponitur species. Contra  
hoc sic arguitur individuum vagum generis im  
mediate supponitur generi ut aliquid animal. vni  
non est species igitur. Quarto arguitur sic  
Intentio secunda non predicatur de re prime in  
tentionis in quid cum sit accidens. sed illud q̄  
hic distinctio predicatur de re prime intentionis  
in quid. ergo illud q̄ hic distinctio non est inten  
tio secunda. Quinto arguitur sic. si distinctio  
reitur intentio generis pari ratione in distinctio  
ipsius poneretur intentio species. cum ergo ille  
intentiones sint disparate. et disparate nō pre  
dicatur de disparato sequitur q̄ genus non pre  
dicatur de specie. q̄ contra distinctio.

### Ad rationes. Ad primā

dicitur concedendo maiorem et distinguendo mi  
nozem vel genus logicum et sic conceditur. v̄ ge  
nus civiliter dictum et sic negatur. Ad secu  
dam dicitur distinguendo maiorem vel genus lo  
gicum et sic conceditur q̄ predicatur in quid de  
qualibet suarum specierum. vel civiliter dictum  
et sic negatur. Ad tertiam dicitur negando  
q̄ q̄ cui dicitur genus est cui supponitur spe

cies intelligitur q̄ genus dicit respectum super  
positivum et species suppositionis. sic q̄ respec  
tus generis respicit respectum speciei tanq̄ sub  
proprium correlativum ad q̄ primo refertur. id  
individuum isto mō non supponitur generi. q̄  
genus non refertur ad ipsum. licet maior habeat  
veritatem in fundamentis. Ad replicam dicitur  
q̄ non est differentia inter individuum vagum et  
individuum determinatum nisi in modo signifi  
candi. quia individuum vagum est individuum  
vague signatum. ideo si vnum non ponatur sine  
diate nec reliquus. Ad quartam dicitur q̄  
intentio nō est quid rei. predicatur tamen in quid  
predicatione signata. licet non predicatione exer  
cita. Unde ista tota distinctio predicatur de ge  
nere in quid capiendum genus formaliter. et fun  
damentum generis predicatur in quid de funda  
mento speciei. Ad quintam dicitur conce  
dendo maiorem et distinguendo minorem vel si  
vtrumq̄ accipiat ut quid. et sic conceditur q̄  
sunt disparata nec de se invicem verificantur. t̄c  
si vnum accipiat ut quid et aliud ut modus be  
ne verificantur de se invicem ut dicendo genus  
est species. Ad dicitur q̄ genus formaliter et spe  
cie predicatione signata et fundamentum de fun  
damento predicationis exercita.

**S**pecies est quod pre  
dicatur de pluribus  
differentibus nume  
ro in eo q̄ quid. In hac enim  
distinctioe hoc verbuni predi  
catur dicit aptitudinem et non  
actum. similiter et in alijs homo  
predicatur de sorte et platone  
et de alijs particularibus homi  
nibus que differunt numero ut  
prius patuit. Distinctio etiā  
sic species. Species est que po  
nitur sub assignato genere et de  
qua genus in eo q̄ quid pre  
dicatur. Et dividitur in species  
specialissimam et subalternam.  
Species specialissima est que  
cum sit species non potest esse  
genus. ut homo equus et similia.

## De predicabilibus

vel est illa sub qua non est infe  
rior species sub se. Species  
subalterna est que cum sit speci  
es bene potest esse genus. An  
de quecumq̄ sunt inter genus  
generalissimum et speciem spe  
cialissimam possunt esse genera  
et species ad aliud tamen et ad  
aliud sumpta. sunt enim gene  
ra respectu inferiorum. species  
vero respectu superiorum sicut  
patet in arboze. Et hoc au  
tem sit magis planum sumatur  
exemplum in vnoquoq̄ predi  
camento. ut substantia est gen  
erum. et sub hoc ponitur cor  
pus. et sub corpore ponitur cor  
pus animatum. sub corpore ani  
mato animal. et sub animali  
animal rationale. et sub ratio  
nali homo. et sub homine sunt  
individua. ut sortes et plato.

Individuum est quod de vno  
solo predicatur. ut sortes de se  
ipso. et hec patent in arboze  
porphirij.

Ista tibi plana dabit  
arbor porphiriana.

Circa hunc textum notandum est primo q̄ post  
q̄ autor determinavit de genere hic consequen  
ter determinat de specie. cuius ratio est quia ut  
dicit philosophus in predicamentis in capitulo

ad aliquid. si quis distinctioe novit vnum relati  
vum distinctioe cognoscet et reliqui eo q̄ in vno  
quoq̄ rationibus oportet vniocum. Sed genus  
et species correlativae se habent. ideo convenienter  
postq̄ determinatur de genere mox determinat  
de specie ponendo eius distinctioem que talis  
est. Species est quod predicatur de pluribus  
differentibus numero in eo q̄ quid. In qua disti  
nitione ponitur vniocum loco generis et datur  
nobis intelligi per hoc relatum quod. Deinde  
ponitur de pluribus differentibus numero ad  
differentiam generis quod predicatur de pluri  
bus differentibus specie. Et ponitur in eo quod  
quid ad differentiam differentie proprii et acci  
dentis que predicantur de pluribus in eo q̄ qua  
le. Exemplum textus. ut homo predicatur de sor  
te et platone qui differunt numero. Et probatur  
in textu q̄ species predicatur in quid quia conve  
nienter respondetur ad interrogationem factam  
per quid ergo predicatur in quid. Consequen  
ter autor distinctioe specie alia distinctioe q̄ talis est  
Species est que ponitur sub assignato genere. et  
de qua genus in eo quid sit predicatur. In qua  
distinctioe ponitur vniocum loco generis. Et  
ponitur sub assignato genere et. ad circumscri  
bendum propriam differentiam. et ideo ille due  
distinctioes sunt quiditate quia dantur per  
genus et per aliquid quod circumscribitur prop  
am differentiam. Et prima distinctio debet sic  
intelligi. Species est vniocum quod fundatur  
in aliqua natura cui convenit comparari ad al  
quam naturam singularem de qua predicatur us  
primo modo dicendi per se predicatione exerci  
ta tanq̄ de differentibus numero ut de sorte et  
platone et sic de alijs hominibus. Et hec distinctio  
datur de specie in ratione vniocum. Alia  
vero distinctio datur per respectum ad sum  
relatum q̄ est genus. que distinctio sic intelli  
gitur. Species est relatiue suppositionis quod  
refertur ad genus tanq̄ ad suum correlativum.  
q̄ quidem genus predicatur de specie in eo q̄  
quid predicatione signata in secundis intencio  
nibus et exercita in fundamentis. Exemplum pri  
mum ut si queratur quid predicatur de specie in eo  
q̄ quid convenienter respondetur genus. ergo  
genus formaliter sumptum predicatur de specie  
predicatione signata in eo q̄ quid. Exemplum se  
cundi ut si queratur quid est homo conveni  
ter respondetur animal. ergo fundamentum ge  
neris predicatur de fundamento speciei predica  
tione exercita in eo q̄ quid. Et in istis distinctio  
nibus species formaliter sumpta est distinctio  
et nō res substrata intentioni. quod patet quia  
omnia posita in istis distinctioibus sunt secunde  
intentiones et predicantur essentialiter de distinctio  
e. .).



## Tractatus secundus.

16. Unde differentibus numero sumitur secundum intentionem. quia species predicatione signata predicatur de hoc differenti numero et de hoc differenti numero et sic de alijs que conueniunt in hac intentione secunda differenti numero. Unde circa hoc est aduertendum quod licet unus et eisdem rei non possit esse plures diffinitiones quidditatis de quibus intelligitur autoritas Aristotelis secundo topicorum dicentis quod unus rei non est nisi unum esse id est una quidditas quae explicat diffinitio. quia diffinitio est oratio quid est esse rei significans primo topicorum et quarto metaphysice. Tamen unus rei relatiue fundamentaliter sine materialiter accepte possunt esse plures diffinitiones quidditatis. quia tale relatum unum et idem existens realiter potest referri ad plures terminos et scilicet hoc potest habere plures notificationes notificantes ipsum per sua fundamenta comparata ad illos terminos. et quolibet illarum erit diffinitio quidditatis. eo modo quo relatiue et relationibus conueniunt habere diffinitiones quidditatis. Sic autem est in proposito quia species est quoddam relatiue pretiue designatum quod potest referri ad plures terminos pluribus relationibus formaliter diuersis propter diuersitatem terminorum. et per consequens potest diffiniri pluribus diffinitionibus quarum quolibet est quidditatis. Imponat enim respectum ad genus qui vocatur respectus suppositionis. et relatio qua refertur ad genus est relatio suppositionis. Et ut intelligitur sic referri hoc modo habet diffiniri species est que ponitur sub assignato genere et de qua genus in eo quod quid sit predicatur. id est est quidam respectus rationis qui relatione suppositionis refertur ad genus sicut ad terminus. Dic etiam datur intelligi quod ista duo fundamenta istarum duarum intentionum sic se habent ad invicem et natura rei quod unum est naturaliter superius et commune alio et aliud inferius et minus commune. quare unum naturaliter ponitur sub alio ut homo sub animali. Et quia isti respectus intentionales sunt parte entitatis ideo habent declarari et notificari per sua fundamenta et terminos. Potest etiam illud idem relatiue uniuoce tantum alia relatione referri ad individua quorum est species. et tunc diffinitur diffinitione primo data. Et sic patet quod quolibet diffinitio speciei est quidditatis et essentialis data per genus et differentiam. quia terminus ponitur loco differentie quando relatiue diffinitur eo quod relatio est habitudo ad terminum formaliter.

**Sciendum est secundo quod** ut prius dictum est uniuersale est genus ad ista

quinq; uniuersalia que sunt species specialissima ipsius uniuersalis. ideo neq; genus generalissimum neq; species specialissima neq; genus subalternum predicantur de pluribus differentiibus specie loquendo de predicatione quidditatis et exercita in secundis intentionibus. sed tamen illo non obstante hec intentio species specialissima potest denominatiue predicari de differentiibus specie prime intentionali acceptis ut dicendo albedo est species specialissima habet est spes specialissima et sic de alijs. Et ideo species non dividitur in speciem specialissimam et subalternam per differentias essentialis sed per differentias quasi accidentales se tenentes et parte fundamentorum quibus applicantur iste intentiones. Verbi gratia species specialissima dicitur attributa alicui fundamento non diuisibili per differentias formales sed materiales tanquam species vero subalterna attribuitur alicui fundamentum adhuc diuisibili per differentias formales cui possent simul applicari intentio generis et intentio speciei per comparationem ad diuersos terminos. que intentiones sunt formaliter diuerse tamen fundamentum est unum et idem solum diuersificationem istis diuersis relationibus. quia non oportet quod sit tanta diuersitas in fundamentis quanta est in relationibus fundatis in re. quia in eodem fundamento possunt fundari plures intentiones siue relationes diuerse. sicut similitudo et dissimilitudo in albedine. Et licet logicus primo et principaliter intendat de istis respectibus intentionibus tamen declarat eos per fundamenta. et ideo ponitur arbor que dicitur porphiriana in qua ostenditur quomodo fundamentis istis quibusdam non repugnat uterque respectus scilicet generis et speciei. licet primo predicato repugnet intentio speciei quia sibi repugnat respectus suppositionis respectu alicuius nature superioris cui potest attribui intentio generis. Que quidam arbor est conuenienter assignata preter hoc quod ibi ponitur animal rationale pro genere. quod positum est secundum opinionem stoicorum qui posuerunt deos esse animalia rationalia et immortalia. et tamen non est verum quia esse animal habet sensum secundum porphirium. sed quod habet sensum est corruptibile ergo et mortale.

**Sciendum est tertio quod**

non eodem modo genus se habet ad species sicut species ad individuum. quia genus est pars quidditatis speciei. et species ultra genus includit aliquam entitatem formalem et per se pertinet ad quidditatem. sed individuum non includit aliquid per se pertinens ad quidditatem ultra speciem. quia species est tota quidditas sin-

## De predicabilibus

gularium. sed bene addit entitatem que seipsa est primo incommunicabilis et determinatiua quidditatis ad esse singulem que entitas dicitur materia. sicut quidditas vocatur forma. Et sic accipit philosophus materiam primo celi et mundi cum dicit. Tunc dico celum dico formam id est quidditatem scilicet aliquid quod de se est communicabile et cui quantum est de se non repugnat diuidi in partes subiectiuas. Sed cum dico hoc celum dico formam in materia. quasi diceret tunc dico quidditatem contractam ad esse singularitatis per proprietatem individualem super additam nature que licet sit eadem cum natura realiter non tamen formaliter. sed est distincta a natura ex natura rei. Et unde dicimus quod species contrahitur ad individua per differentias materiales. quia natura seu quidditas que de se est communis et una a parte rei circumscripto omni opere intellectus determinatur ad esse singularitatis et constituitur in esse subicibili. Ex isto sequitur quod differentia individualis est principium individuationis. et primum principium distinctum inter individua eiusdem speciei. Et hoc patet per philosophum septimo metaphysice dicentem lores non generat aliquid nisi propter materiam vocans materiam differentiam in diuidualem. Ultimo autem ponit diffinitionem individui eo quod dicitur in diffinitione speciei quod predicatur de pluribus differentiibus numero que sunt individua. et diffinitur hoc modo. Individuum est quod predicatur de uno solo. Pro cuius intellectu aduertendum est quod individuum potest capi dupliciter. uno modo formaliter et tunc significat relationem fundatam in aliqua natura incommunicabili que predicabilis est de uno solo. et isto modo diffinitur hic. Alio modo capitur fundamentaliter et tunc ipsa natura incommunicabilis dicitur individuum. capiendum ergo individuum ut quid hic diffinitur et diffinitio sic intelligitur. Individuum significat relationem fundatam in aliqua natura que apta natura est de uno solo predicari. Unde individuum fundamentaliter acceptum est quadruplex. quoddam enim est determinatum nominatione quod significatur nomine proprio sibi impositore sicut vel plato. Aliud est determinatum demonstratione quod significatur per terminum commune. sumptum cum pronomine demonstratiuo ut iste homo. Aliud est determinatum circumlocutione quod significatur per circumlocutionem suarum proprietatum ut dicendo talis homo sedens cum grosso capite et longo naso et sic de alijs. Quartum est determinatum ex suppositione ut sicut filius supposito quod sicut non habet nisi unum filium. Unde consequenter assignantur septem proprietates individui que in his

versibus continentur. unde dicitur. forma figura locus stirps nomen patria tempus. Dec septem propria continet omnis homo.

**Sed contra predicta arguitur**

Primo sic. omnis diffinitio debet dari per essentialiter notiora. sed unum relatiuum non est essentialiter notius altero. ergo unum non debet diffiniri per reliquum. Confirmatur quia in diffinitionibus non debet esse circulario sicut nec in demonstrationibus. ergo unum relatiuum non debet diffiniri per reliquum et contra.

Secundo arguitur sic. Si species diffiniretur pluribus diffinitionibus quidditatis sequeretur quod idem posset per se referri ad plura sicut species ad plures terminos. et sic idem diceretur bis quod est contra philosophum quinto metaphysice capitulo de ad aliquid. consequens satis est nota de se. Confirmatur quia unus rei non est nisi unum esse quidditatum quod explicatur per diffinitionem quidditatis que consistit ex genere et differentia. unus enim rei non potest esse nisi unum genus proximum et una differentia conuertibilis. ergo nisi una diffinitio. Tertio arguitur sic. genus generalissimum predicatur in quid de pluribus differentiibus specie. et similiter species subalterna et hoc est essentialiter ipsi intentioni. quod plura specie distincta ei subicitur essentialiter. et per consequens iste intentiones non sunt species specialissime nec solus distincta per fundamenta quibus applicantur.

Quarto arguitur sic. Ens predicatur secundum prius et posterius et substantia et accidente. quia dicitur simpliciter de substantia et secundum quid de accidente. ergo non dicitur uniuoce de ipsis. consequentia tenet quia uniuocum predicatur equaliter de his uniuocatis. Quinto arguitur sic. In individuo siue in composito naturali non est assignare nisi materiam formam et totum compositum. sed differentia individualis non est materia neq; forma neq; compositum. ergo nihil est. Confirmatur quia dicitur septimo metaphysice substantia uniuersalis est sibi propria et non alij. ergo nulla est natura communis. et per consequens non oportet querere aliquod principium individuationis determinatiuum nature ad esse singularitatis. quia natura est de se singularis.

**Ad rationes. Ad primam**

dicitur quod proprie relatiuum non habet diffiniri per correlatiuum. sed debet diffiniri per fundamentum et terminum et per aliquid proprius generis. sed nos sepe circumloquamur terminum per correlatiuum. et hoc intelligitur quod relatiuum diffinitur per suum correlatiuum positum loco terminum. Ad confirmationem dicitur quod hoc verum




**Tractatus secundus.**

est in absolutis sed non habet veritatem in se  
 spectans. Ad secundam dicitur qd sicut  
 dictum est non est inconueniens idem per se re-  
 ferri ad plura. vnde quarto topiconum dicitur  
 ad quodcumq; refertur genus refertur et speci-  
 es. Sed impossibile est idem referri ad plura per  
 se primo. quia sic vna relatio esset plures relati-  
 ones quod est contradictionis implicatio quia  
 relationes multiplicarentur multiplicatis ipse  
 terminis ad quos primo et per se referuntur.  
 Nunc ad propositum species refertur primo et  
 per se ad genus. sed non refertur primo et per se  
 ad individua de quibus predicatur licet bene se  
 se. quia ratione alicuius essentialiter inclusi scilicet  
 ratione sui generis qd est vniuersale cui conuenit  
 ut primo et per se predicari de pluribus. species  
 autem non conuenit primo sed solum ratione vni-  
 uersalis. vnde illud dicitur alicui conuenire pri-  
 mo et per se quod conuenit ei scdm rationem pro-  
 priam specificam et non ratione alicuius in eo in-  
 clusi. sed illud dicitur per se non primo conueni-  
 re alicui quod conuenit illi ratione alicuius essen-  
 tialiter in eo inclusi. Ad confirmationem di-  
 citur qd vniuersi rei absolute non est nisi vnum esse  
 quidditatum completum et totale. sed vniuersi  
 rei relative materialiter possunt esse plures habi-  
 tudines seu relationes formaliter distincte rela-  
 te ad diuersos terminos et per consequens potest  
 habere plures diffinitiones explicantes illas di-  
 uersas habitudines quarum quilibet erit qui-  
 ditatum eo modo quo conuenit quidditatum dif-  
 finire respectus. Ad tertiam dicitur qd genus  
 generalissimum genus subalternis et species sub-  
 alterna sunt species specialissime ipsius vniuer-  
 salis. et nullum illorum predicatur predicatione  
 exercita in secundis intentionibus in quid nisi  
 de differentibus numero. sed predicatione signa-  
 ta in secundis intentionibus predicatur de plu-  
 ribus differentibus specie sed illa debet exerceri  
 in fundamentis siue in primis intentionibus  
 ideo. Similiter diceretur qd subiectione signata  
 in secundis intentionibus subiciuntur et plura  
 specie differentia. sed illa debet exerceri in primis  
 intentionibus. sed loquendo de subiectione ex-  
 ercita in secundis intentionibus non subiciuntur  
 eis nisi ea que solum numero differunt.  
 Ad quartam dicitur concedendo antecedes  
 et negando consequentiam quia scdm philoso-  
 phum tertio metaphysice inter species eiusdem  
 generis est ordo essentialis. et tamen propter ul-  
 tum ordinem essentialem nulla opinio negat ge-  
 nus predicari vniuerso de suis speciebus. ergo  
 pari ratione sic erit in proposito. vnde eius vni-  
 uersitate analogie bene stat vniuersitas vniuersationis et  
 econtra. et etiam proportionis scdm Aristotelem  
 quinto metaphysice capitulo de vno. Entitas

tamen non conuenit accidenti per substantiam  
 formaliter sed solum causaliter. sed talis ordo  
 causalis non impedit vniuersationem sicut ver-  
 mis generatur a sole et tamen vniuersatur cum  
 sole in corpore quia ambo sunt corpora. Quid  
 autem sit dicendum ad porphyrium satis patet  
 ex dictis. Ad quintam dicitur qd differen-  
 tia individualis neq; est materia neq; forma ne-  
 q; totum compositum formaliter. quia quodli-  
 bet illorum est communicabile formaliter. Sed  
 differentia individualis est entitas quedam que  
 seipsa primo est incommunicabilis. Et ideo ipsa  
 est vltima actualitas ipsius materie forme et to-  
 tius compositi. licet ipsa realiter ydenticetur  
 cum natura cuius est. et ideo differentia indi-  
 uidualis materie est eadem cum materia. et forme  
 cum forma. compositi cum composito. Et hoc  
 sufficit ad verificandum dictum philosophi di-  
 uidentis substantiam in materiam formam et to-  
 tum compositum. Ad confirmationem dicitur  
 qd substantia vniuersaalisq; est sibi propria aut  
 per se aut per aliud. sed ex hoc non sequitur qd  
 non sit aliqua natura de se communicabilis et  
 verificabilis.

Sequitur Arbor.



**De predicabilibus**

**D**ifferentia dicitur tri-  
 pliciter. communiter  
 proprie et magis pro-  
 prie. Communis differentia est  
 qua vnum differt ab altero se-  
 parabili accidente. vt sortes se-  
 dens differt a platone corrente  
 propria differentia e qua vnum  
 differt ab altero inseparabili  
 accidente. vt sortes simus dif-  
 fert a platone aquilo. Differen-  
 tia magis propria est qua vnum  
 differt ab altero specifica diffe-  
 rentia. vt homo per rationale  
 differt ab equo et asino. Et  
 diffinitur sic differentia e quod  
 predicatur de pluribus differē-  
 tibus specie i eo qd quale vt ra-  
 tionale predicatur de homine  
 et de dijs que differunt specie.  
 sumus enim rationales nos et  
 dii vt vult porphyrius sed mor-  
 tale additū nobis separat nos  
 ab illis. Illud autem dicitur  
 predicari in quale quod cō-  
 uenienter respōdetur ad inter-  
 rogationem factam per quale.  
 vt cum queritur qualis est ho-  
 mo conuenienter respondetur  
 rationalis. et ideo rationale pre-  
 dicatur de homine in quale.  
 Aliter sic diffinitur differen-  
 tia est qua habundat species a  
 genere. vt homo habundat ab

animali his differentijs ratio-  
 nale et mortale. Et sciendus  
 est qd eadem est differentia diui-  
 siva et constitutiva scilicet diuisi-  
 ua generis et constitutiva speci-  
 ei. vt rationale diuidit aial cum  
 differentia sibi opposita. Dicitur  
 enim aialiu alud rationale  
 aliud irrationale. et iste due dif-  
 ferentie constituit diuersas spes  
 sub aiali. ois enim differentia ad-  
 ueniens generi constituit specie. et  
 ideo constitutiva vt diuisiua noia-  
 tur. mortale enim additū sup hoc  
 gen aial constituit specie. et ideo  
 dicitur Boetius qd sola species dif-  
 finit. diffinitio enim consistit ex gene-  
 re et dīa. s; sola spes habet gen<sup>9</sup>  
 et differentias. et ideo illud qd ha-  
 bet gen<sup>9</sup> et differentias diffinit.

Circa hunc tertium notandus est primo qd post  
 qd autor superius determinat de genere et spe-  
 cie que predicantur in quid de suis inferioribus  
 consequenter hic determinat de predicabilibus  
 que predicantur in quale. et primo de differentia  
 que predicatur in quale essentiali primo ponens  
 multiplicem acceptionem differentie dicens.  
 qd differentia dicitur tripliciter scilicet communiter  
 proprie et magis proprie vt patet in textu. Cuius  
 diuisionis ratio est quia vel illa differentia sumi-  
 tur ab accidente vel ab aliqua natura rei. ita qd  
 sumatur ab vltima actualitate formali ipsius na-  
 ture et sic est differentia magis proprie dicta que  
 constituit species sub genere et facit ipsam a qua  
 libet alia differre. et ideo talis differentia facit ali-  
 ud hoc est diuersitatem essentialem. Si autem ta-  
 lis differentia sumatur ab accidente hoc est di-  
 pliciter. vel sumatur ab accidente separabili et sic  
 est differentia communiter dicta. quia vulgus fre-  
 quenter distinguit res per hec accidentia cōmu-  
 nia et separabilia. Si vero sumatur ab acciden-  
 te inseparabili tūc dicitur differentia proprie dicta que  
 ideo vocatur proprie dicta. qd tale accidēs quod e-  
 f. .ij.

fundamentum ipsius differentie habet causam propriam in subiecto et immutabilem. Et iste differentie in hoc conveniunt quia solum factum alteratum. i. diversitatem accidentales quas species terius essentialiter non possunt distingui per accidentia sine separabilia sine inseparabilia. cum eadez sint principia essendi et distinguendi essentialiter et a priori. Et membra huius definitionis debent capi cum precisione alias divisio non daretur per opposita. quia ut dicit Porphyrius. omnis differentia cuiuslibet adveniens facit alteratum. quia differentia magis proprie dicta que dicitur differentia per se primo facit aliud sed ex consequenti facit alteratum. Et definitiones horum membrorum patent in textu. Sed de tertio solum est hic ad propositum.

Sciendum est secundo q

differentia sicut et quodlibet aliud concretum potest capi tripliciter. Uno modo formaliter et sic imponat respectum causatum per actus intellectus comparantis unam speciem ad aliam sub ratione non ydemitatis et distinctionis. Unde respectus iste videtur esse species distinctionis. quia omnis differentia est quedam distinctio. sed non omnis distinctio est differentia. quia differentia proprie est eorum que conveniunt in aliqua una natura vel in aliquo uno conceptu. quia ut dicit philosophus quinto metaphysice. differentia sunt diversa id est aliquid idem entia quomodo indivisa dua sub una specie proprie differunt et dicitur species eiusdem generis sub illo genere. Sed illa dicuntur primo diversa que non conveniunt in aliquo conceptu quidditativo incluso in eis. sicut due differentie ultime que sumuntur ab ultimis actualitatibus formalibus. Et isto modo decem genera non sunt primo diversa. quia conveniunt in aliquo uno conceptu quidditativo scilicet in conceptu entis. Et sic videtur q differentia est intentio secunda que primo et per se imponat respectum distinctionis seu non ydemitatis duarum specierum. Aliquando etiam imponat comparationes ad sua inferiora de quibus predicatur et talis respectus non sibi convenit primo et per se sed convenit ei ratione alicuius indivisi essentialiter in ea scilicet universalis quod est genus et cui primo et per se convenit predicari de pluribus. Et tunc isto modo diffinitur. differentia est quod predicatur de pluribus differentibus specie in eo et quale. ut rationale predicatur de homine et de dijs que differunt specie. Unde dicitur in tertio. sumus enim rationales nos et dii sed mortali se additus nobis separat nos ab illis. Et probatur q differentia predicatur in quale. quia illud predicatur in quale quod convenienter respondetur ad interrogationem factam per quale. sed ad interrogationem factam per quale de specie

convenienter respondetur differentia tam in predicationibus signatis q in exercitiis in propriis intentionibus. ut si queratur qualis est homo convenienter respondetur rationalis. Similiter si queratur quid predicatur in quale de specie convenienter respondetur differentia. Unde in illa diffinitione universale se habet ut genus. Et ponitur quod predicatur de pluribus differentibus specie ad differentiam speciei. Et dicitur in eo q quale ad differentiam aliorum predicabilium.

Et debet intelligi q differentia predicatur in quale essentialiter. accidens vero et proprium in quale accidentale. Sic ergo differentia significat respectum causatum in realitate actuali multiplicabili in plures species de quibus habet predicari in quale essentialiter predicatone signata in secundis intentionibus et exercitiis in fundamentis. Differentia vero adhuc imponat respectum ad genus pro quanto dividit ipsius et est illud q species abundat a genere ut homo abundat a genere his differentibus rationale mortale. i. continent in intellectu suo ultra genus has differentias quia ponuntur in eius diffinitione quidditativa. Et quo sequitur q omnes iste diffinitiones differentie sunt quidditative expuentes diversas habitudines unius et eiusdem relativi materialiter accepti diversi tamen formaliter. Et de differentia formaliter accepta per se intendit logicus. Secundo modo accipitur differentia fundamentaliter et tunc differentia imponat unam realitatem a parte rei que est actualis et completa actualitate formalis in ordine ad aliam realitatem a qua sumitur genus. Et propter hoc ex genere et differentia fit per se unum sicut ex propria potentia et proprio actu. ideo etiam diffinitio significat unum et non multa ut vult philosophus septimo metaphysice capitulo de partibus distinctionis. et isto modo de differentia intendit metaphysice quia isto modo est pars quidditatis speciei septimo metaphysice. Tertio modo accipitur pro aggregato ex respectu et fundamento et sic est ens per accidens. et quia ex illi non fit per se aliquis unus conceptus. et ut sic nulla scientia considerat de ipsa.

Sciendum est tertio q

in hac parte autor ponit unum notabile dicens q eadem differentia potest dici divisiva generis et constitutiva speciei. ut rationale et irrationale dividunt animal. et rationale constituit hoc genus animal rationale. et irrationale constituit aliam speciem. omnis enim differentia adveniens generi constituit speciem. i. contrahit genus ad esse speciei. et ideo dicit Boetius q sola species diffinitur. quia sola species componitur ex genere et differentia. sed diffinitio quidditativa datur per genus et differentiam ergo sola species diffinitur.

nitur. Et quis aliquando illud quod est genus definitur hoc tamen non est inquantum genus vel superius. sed inquantum species est. quia ut sic et non aliter habet genus et differentias. Sed circa predicta incidit aliqua difficultas utrum genus et differentia fundamentaliter accepta sint idem realiter aut non. Pro cuius declaratione est notandum q si in eodem composito sunt plures forme substantiales sicut quidam non dubitant quin in quolibet corpore animato sint plures forme. q. preter animam oportet ponere formas nutritionis et corporietatis cum anima sit actus corporis phisica potentia vitam habentis secundo de anima. Et ideo anima non est actus primus materie prime quia certum est q materia prima non est corpus phisicum potentia vitam habens. Et ultra probabile est q in hodie sunt tres anime realiter distincte quarum due educuntur de potentia materie tercia vero educitur per actionem primi agentis nulla causa secunda concurrente et tunc sensibile sumitur ab anima sensitiva et rationale ab anima intellectiva quod anime sunt realiter distincte. et tamen hoc non obstante utraqz predicatur de specie quaz constituit essentialiter euz utraqz includatur in ratione speciei. Nec obstat q quilibet sit pars illius speciei quia pars abstractiva et per modum partis designata non predicatur de toto sed q dicit phisico quarto topicorum cum dicit pars non predicatur de toto hoc enim est falsa homo est anima. homo est corpus. Tamen pars concretive designata siue potius bene predicatur de toto siue sit pars essentialis sine accidentalis ut dicens homo est castus. homo est animal et sic de alijs. Si autem in eodem composito non sint plures forme substantiales sicut in composito inanimato. tunc genus et differentia sumuntur ab eadez forma in re non tamen ab eadem realitate sed a diversis realitatibus. quia genus sumitur a realitate potentiali. et differentia a realitate actuali et sic species componitur ex illis formaliter et ex natura rei distinctis et una non includit aliam primo modo dicendi per se. Istis notatis dicitur ad difficultatem q si genus et differentia sumantur a diversis formis sic distinguntur realiter euz hoc tamen bene stat q concurrant per se ad constitutionem speciei. quia unum est actuale et aliud potentiale. Si vero genus et differentia sumantur ab eadem forma tunc non distinguntur realiter sed bene distinguntur formaliter ex natura rei ut voluit dicere Aristoteles quarto topicorum. cum dicit q genus non participat differentiam nec e converso. quia participare est participati rationem inspicere. modo genus non includitur in differentia nec e contra. nec etiam differentia inferior includit superiorem nec e contra. Et quis predicatio generis de differentia vel differentie

superioris de inferiori sit necessaria hoc tamen non est ex habitudine formali extremorum sed hoc est q ydemificatur realiter in specie. Et quo patet q genus est pars speciei. quia ut dicit Porphyrius sicut statua componitur ex ere et figurata. ita homo ex animali et rationali. Si enim genus diceret totam essentiam speciei tunc quando adderetur differentia talis oratio composita ex genere et differentia non esset diffinitio. quia diffinitio debet dicere totam essentiam diffinita et non plus neq minus ergo esset ibi nugatio qz idem bis diceretur. Ultimo est advertendum q duplex est differentia scilicet generalis siue generica de qua dicitur primo topicorum differentia cum sit generalis cum genere collocanda est. Alia est differentia specifica convertibilis cum specie a thoma. i. cum specie specialissima. Diffinitio autem data ab autor et Porphyrio solum datur de differentia generali cum dicitur differentia est quod predicatur euz. quod ideo forte fecerunt qz differentie convertibiles euz specie specialissima frequenter sunt nobis ignote. Tamen diffinitio differentiam precise in ratione predicabilis non est data aliqua diffinitio. sed illa potest ex diffinitione autoris et Porphyrii elici et erit ista Differentia est quod predicatur de pluribus in quale essentialiter. et ista differentia est species specialissima universalis. Et divisio eius in differentiam genericam et specificam est divisio per quasdam differentias accidentales se tenentes ex parte fundamentorum.

Sed contra predicta arguitur primo sic.

differentia est principium constitutum speciei. ergo prius auctor debuit de terminare de differentia q de specie. consequentia tenet quia prius est determinandum de principio q de principio. Secundo arguitur sic. diffinitio differentie data in ratione predicabilis non convenit omni contento sub diffinitione quia non convenit differentie convertibili cum specie specialissima igitur. Et si dicatur q differentia communis ad differentiam specificam et subalternam est predicabile sequitur q differentia erit duo predicabilia. qz sicut predicari in quid de pluribus differentibus specie et in quid de pluribus differentibus numero faciunt duo predicabilia et sic erunt sex predicabilia. Tertio arguitur sic. genus est indivisibile. ergo differentia non est divisiva generis et per consequentiam infertur. modo genus non includit in differentia nec e contra. nec etiam differentia inferior includit superiorem nec e contra. Et quis predicatio generis de differentia vel differentie

Qui de dicitur qz generis sic idem dicitur

## Tractatus secundus.

solum potentia continet et non actu. Contra genus habet semper plures species actu ergo actu habet plures differentias. consequentia tenet quod genus contrahitur ad esse speciei per differentias. ergo si actu habeat plures species habebit actu plures differentias.

**Ad rationes. Ad primam**

dicitur distinguendo maiores vel differentia formaliter sumpta et sic negatur. quia tunc species et differentia sunt duo predicabilia ex equo dividuntur unum genus quorum unum non constituit aliud. Vel differentia fundamentaliter accepta et sic conceditur. autem et negetur consequentia quia autor non tenet ordinem nature sed doctrine perfectionis. Ad secundam dicitur negando presuppositum quia non est data aliqua diffinitio de differentia ab autore in ratione predicabilis nec differentia generalis est predicabile nec differentia specialis. sed differentia que est communis ad utrumque cuius diffinitio data est in ultimo notabili. Ad replicam dicitur quod non est simile quia predicare in quid non est eiusdem rationis in genere et specie. Tum primo quia quidditas generis est formaliter divisibilis per differentias formales non autem quidditas speciei. ideo predicari in quid de pluribus differentibus specie et predicari in quid de pluribus differentibus numero factum predicabilia distincta. non sic autem est de predicari in quale de pluribus differentibus specie et predicari in quale de pluribus differentibus numero. quia utrobique illud quale est eiusdem rationis. ideo non sunt duo predicabilia distincta. Tum secundo quia genus aliter predicatur in quid et specie. cum genus dicat partem quidditatis illius de quo predicatur. species vero dicit totam quidditatem eius de quo predicatur. Sic autem non est de differentia quia tam differentia generalis et specialis dicunt partem quidditatis et non dicunt totam quidditatem. Ad tertiam dicitur distinguendo autem vel quod genus sit indivisibile secundum essentiam et sic conceditur. vel secundum potentiam et sic negetur. Et licet essentia et potentia sint idem realiter distinguuntur tamen formaliter et ex natura rei. Ad quartam dicitur distinguendo autem vel potentia et sic conceditur vel actu et sic negatur. Et ad replicam dicitur concedendo maiorem non tamen sic intelligendo quod habeat plures species et in conceptu suo formali inducat illas. Et distinguuntur minor vel quod genus non possit habere plures species nisi habeat plures differentias actualitate potentialitatis et sic conceditur quia per illas differentias principales contrahitur ad diversas species. Vel actu formali et sic negetur. quia genus non includit differentias in diffinitione sua nec in conceptu quidditativo eius saltem divisivas ipsius.

**Proprius dicitur quadrupliciter. Uno modo dicitur proprium quod convenit soli sed non omni. ut esse grammaticum. Secundo modo dicitur proprium quod convenit omni sed non soli. ut esse bipedem. Tertio modo dicitur proprium quod convenit omni et soli sed non semper. ut canescere in senectute. Quarto modo dicitur proprium quod convenit omni et soli et semper. ut risibile ideo est omni homini et soli speciei et semper. non enim dicitur homo risibilis eo quod semper actu rideat sed quia aptus nature est ad ridendum. et proprius hoc modo sumptum est unum de quibus predicabilibus. Et diffinitur sic ab Aristotele. proprius est quod convenit omni et soli et semper et conversim predicatur de re et non indicat quid est esse rei. ut risibile inest homini. Non indicat quid est esse rei ponitur in diffinitione proprii ad differentiam diffinitionis que conversim predicatur de re et indicat quid est esse rei. substantia animata sensibilis convertitur cum animali et indicat esse eius quia omnis diffinitio datur per substantialia. omne enim supe-**

## De predicabilibus.

**rius est de essentia sui inferiori. Diffinitio enim diffinitur sic ab Aristotele. diffinitio est oratio quid est esse rei significans. proprium autem non indicat quid est esse rei.**

Circa hunc textum notandum est primo quod quia proprium predicatur per se non autem per accidens ideo prius determinatur Petrus philosophus de proprio et de accidente. Et ponit quatuor acceptiones eius. Primo modo dicitur proprium quod inest soli speciei sed non omni individuo illius speciei. ut esse grammaticum inest soli homini sed non omni homini ideo inest soli speciei. Et quia causatur contingenter et non necessario a principiis illius speciei. ideo non inest omni individuo illius speciei. sicut esse grammaticum causatur a propriis principiis hominis mediante intellectu et voluntate secundum quod ad studium applicatur. ideo solus reperitur ubi est voluntas et intellectus. et quia voluntas contingenter et non necessario applicatur ad studium ideo non inest omni individuo. Et debet ibi capi esse grammaticum ut dicitur actum et non ut dicitur aptitudinem. quia secundum quod dicitur aptitudinem est proprium quarto modo. Sed proprium secundo modo est quod inest omni sed non soli scilicet speciei. inest enim omni quia insequitur necessario principia speciei. sed non inest soli speciei quia illa principia non sunt adequata illi speciei sed sunt communia multis. ut esse bipedem insequitur rem que necessario exigit tales dispositionem ad hoc quod exerceat suas operationes sed ad hoc quod gradiatur. Et quia non solum forma unius speciei puta hominis requirit talē dispositionem sed etiam plures alie ut patet de aibus. ideo esse bipedem non solum convenit homini sed etiam aibus. Et capitur ibi bipedem ut dicitur aptitudinem et non actum. licet enim homo non semper actu habeat duos pedes tamen semper aptus natus est habere. Tertio modo dicitur proprium quod inest omni et soli sed non semper. inest enim omni quia necessario consequuntur principia secundum quod stant sub aliqua determinata dispositione. et inest soli quia consequuntur propria principia speciei. sed non inest semper quia illa principia non sunt semper sub illa determinata dispositione. sicut canities causatur ex frigiditate cerebri eo quod cerebrum ex se est frigidissimum cuius frigiditas immediate temperatur per calorem cordis. et quia in senectute calor naturalis infrigidatur nec sufficit temperare frigiditatem cerebri. ideo ex ipsius cerebri frigiditate causantur albi pili. frigiditas enim est mater albedinis.

**Sciendum est secundo quod**

proprium quarto modo est quod inest omni et soli et semper. ut risibile inest omni homini quia necessario insequitur principia speciei sed hominis inest etiam soli quia insequitur principia adequata illius speciei. et inest semper quia insequitur ea non secundum quod stant sub aliqua determinata dispositione. In istis autem diffinitionibus debet intelligi accidens loco generis siue forma accidentalis. et hoc generaliter accipiendo accidens. quia licet differentia in sit omni soli et semper quia tamen non est accidens vel forma accidentalis ideo non est proprium. Et horum modorum sic habetur sufficientia. Quia omne proprium fluit a propriis principiis speciei. vel ergo fluit a principiis ad equatis vel inadequatis. Si inadequatis sic est proprium secundo modo. Si adequatis hoc est dupliciter. quia vel fluit necessario vel contingenter. si contingenter sic est proprium primo modo. si necessario hoc est dupliciter. quia vel fluit ab ipsis secundum quod stant sub aliqua determinata dispositione et sic est proprium tertio modo. vel secundum quod non stant sub aliqua determinata dispositione et sic est proprium quarto modo. Et solum proprium quarto modo dicitur proprie proprium et facit predicabile ab alijs distinctum. Et ideo Petrus philosophus. solum de ipso determinat ipsum sic diffinitum. Proprium est quod convenit omni soli et semper et conversim predicatur de re et non indicat quid est esse rei. Et debet intelligi omni individuo et soli speciei. Non tenetur autem illa conjunctio et copulatio ut eo quod esset negatio. sed expositiva ita quod est sensus inest omni et soli et id est conversim predicatur de re. de specie cuius est proprium. Unde proprium respectu speciei habet rationem proprii et predicatur convertibiliter. sed respectu individui duorum habet rationem communem et non predicatur convertibiliter. Et additur et non indicat quid est esse rei ad differentiam diffinitionis que indicat quid est esse rei eo quod datur per genus et differentiam que sunt principia essentialia diffinitionis. Et si arguatur accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum quod quid est. igitur est proprius. Dicitur ad autem quod licet accidentia a posteriori magnam partem conferunt ad cognoscendum quod quid est. non autem a priori et simpliciter.

**Sciendum est tertio quod**

per hanc diffinitionem non diffinitur prima intentio proprii sed secunda convenienter designata. que licet non predicatur de specie vel individuo speciei predicatione exercita: tamen bene predicatione signata. Est autem prima intentio proprii natura communis consequens speciem cum ipsa consequentia convertibili. Sed secunda intentio proprii est via relatio rationis causata in tali natura

## Tractatus secundus

per comparationem intellectus que natura si cōparetur ad speciem canisatur una relatio que dicitur proprium quod est predicatum. et si comparet ad individua dicitur proprium quod est predicabile. Non autem datur dicta definitio de proprio in ratione predicabilis nec etiam universalis. quia proprium non est predicabile respectu speciei. cum omne predicabile habeat respectum ad plura in quibus predicatur. Ex quo sequitur primo quod in illa definitione proprii non debet subintellegi universale loco generis sicut communiter dicitur. quia ibi superflueret illa particula et non in dicat quid est esse rei. eo quod definitio sufficienter excluderetur per universale cum ipse non sit universalis. Secundo sequitur quod proprium in ratione predicabilis sic potest diffiniri. Proprium est quod predicatur de pluribus in quale accidit tale per se. Ratio autem quare Petrus hic non diffinit ipsum in ratione predicabilis. et similiter utrum proprium realiter a specie distinguatur vel non videbitur alias in predicabilibus porphiri.

### Sed contra predicta arguitur

Primo sic. philosophus solus ponit tres modos proprii scilicet proprium quando. proprium ad aliquid. et proprium simpliciter. ergo male hic enumerantur quatuor modi. Secundo arguitur sic. illud quod convenit speciei convenit omni individuo. ergo male assignatur primus modus.

Tertio arguitur sic. esse bipedem soli speciei convenit et tamen est proprium secundo modo. ergo male assignatur secundus modus. aut patet quod bipes est ultima differentia definitionis hominis ut patet sic dicendo homo est animal gressibile bipes. sed ultima differentia semper est conuertibilis cum definito. ergo esse bipedem conuertitur cum homine. Quarto arguitur sic. omne predicabile debet immediate predicari de pluribus sed proprium non predicatur immediate de pluribus imo predicatur de specie et ex consequenti de individuo. ergo non est predicabile. Quinto arguitur sic. Illud est essenziale alicui quod sibi inest per suam essentialiam. sed proprium inest speciei per essentialiam eius scilicet per sua principia essentialia. ergo proprium est essenziale et non accidens.

### Ad rationes. Ad primam dicitur quod philosophus per proprium ad aliquid intelligit proprium primo et secundo modo quia utriusque est proprium in respectu ad aliud. Ad secundam dicitur quod illud quod convenit speciei essentialiter convenit omni individuo eius. sed non oportet de illo quod convenit speciei accidentaliter cuius modi est proprium primo modo. Ad tertiam dicitur quod bipes non est differentia sed hoc totum gressibile bipes circuloquitur nobis unam differentiam. et licet ultima particula definitionis non

circuloquens debeat converti cum definito sicut communiter dicitur non tamen est necessarius de particula circuloquente cuiusmodi est bipes.

Ad quartam dicitur communiter quod proprium non predicatur de specie secundum se. sed secundum quod est multiplicata per individua. et quia species secundum quod est multiplicata per individua non habet rationem unius sed multorum. ideo proprium immediate predicatur de pluribus. Potest tamen melius solvi ratio negando maiorem. nam differentia est predicabile et tamen immediate solum predicatur de illa specie qua constituit. Ad quintam dicitur quod aliquid dicitur essenziale dupliciter. uno quod est de essentia alicuius. et sic proprium non est essenziale speciei. alio modo quod necessario constituitur essentialiam et hoc modo proprium est essenziale.

**A**ccidens est quod adest vel abest propter subiecti corruptionem. ut album nigrum. hec enim possunt adesse et abesse propter subiecti corruptionem. Aliter diffinitur sic. Accidens est quod nec est genus nec species nec differentia nec proprium inest autem rei. vel sic accidens est quod contingit eidem inesse et non inesse. ut album nigrum sedere homini. Et de his duabus definitionibus ultimis dicit Aristoteles quod secunda melior est quam prima. quia ad cognoscendum primam oportet scire quid sit genus quid species quid differentia quid proprium. Secunda autem per se finita est ad cognoscendum quid per eam dicitur.

Accidentium aliud separabile aliud inseparabile. Separabile est illud quod potest se-

## De predicabilibus.

parari a subiecto ut album nigrum sedere et huiusmodi. Inseparabile est quod non potest separari a subiecto ut nigredo in corvo et albedo in cigno. Non tamen est contra definitionem qua dicitur quod accidens est quod adest et abest propter subiecti corruptionem. quia ut vult porphirus corvus potest intelligi albus et ethiops nitens candore propter subiecti corruptionem. Accidentium aliud commune aliud proprium. Commune ut album nigrum. Proprium ut albedo foris. limitas platōis ut albedo foris. commune est autem omnibus quibus predicabilibus de pluribus predicari.

Differunt autem genus et species quoniam genus de pluribus predicatur quam species et quam alia predicabilia et per hoc differt ab alijs. Differentia autem differt a genere quoniam genus predicatur in quid differentia vero in quale. Item differentia differt a specie eo quod predicatur de pluribus speciebus species vero non. Similiter differentia differt ab accidente quod accidentia suscipiunt magis intentionem et remissionem differentia vero non suscipit magis

neque minus. Differt autem species a genere quod genus continet species et non continetur ab eis. Species autem differt a differentia quia de pluribus differentijs bene constituitur una species. ut iste differentie rationale mortale conunguntur ad constitutionem huius speciei homo. Species vero non coniungitur speciei ut gignat aliam speciem. quedam enim particularis equa cuidam particulari asino permiscetur ad nulli generationem sed non equa et asinus in communi. Species autem differt a proprio quod species natura prior est proprio. proprio vero posterius est speciei. preterea quorum termini et definitiones sunt differentes ipsa sunt differentia ergo species et proprio sunt differentia.

Species autem differt ab accidente quia species predicatur in quid accidens vero in quale vel quomodo se habet. Species etiam natura prior est accidente. Omne enim accidens natura posterius est suo subiecto. Proprio autem differt ab accidente quia proprio de una sola specie predicatur cuius est proprio. accidens vero de plu-



## Tractatus secundus

ribus speciebus et accidens primo inest in diuisis et per posterius generibus et speciebus. non enim dicitur homo aut animal currat nisi quia sortes vel plato currat proprium autem primo conuenit speciei et per speciem conuenit in diuisis. Item genus species differentia proprium equaliter participantur ab omnibus de quibus predicantur: accidens vero non sed suscipit intentionem et remissionem. Item genus differentia species proprium uniuoce predicantur. accidens autem non predicatur uniuoce sed denominatiue. Predicari autem uniuoce est predicari secundum unum nomen et rationem unam secundum illud nomen sumptam. ut homo secundum unum nomen predicatur de sorte et de platone ut sortes est homo plato est homo. et ratio eius secundum illud nomen est una ut animal rationale mortale. Et ob hoc ens non potest esse genus. quia licet secundum unum nomen predicetur de pluribus non tamen secundum unam rationem. ratio enim entis secundum quod dicitur de substantia est ens per se. secundum autem quod dicitur de alijs noue predicamentis est ens in alio. et

sic predicatur secundum diuersas rationes. et ideo non predicatur uniuoce sed potius equiuoce aut multipliciter. predicari autem equiuoce est predicari uno nomine et rationibus diuersis secundum illud nomen sumptis ut canis uno nomine predicatur de cane latrabili sydere celesti et pisce marino. non autem secundum illud nomen ratio est eadem omnibus sed alia et alia. Denominatiua dicuntur quecumque ab aliquo solo casu sunt differentia. et secundum illud nomen habent appellationem. ut a grammatica grammaticus. a fortitudine fortis. unde grammatica est fortis predicantur denominatiue. et ergo accidens denominatiue dicitur predicari.

Circa hunc textum sciendum est primo quod quia accidens imperfectum modus predicandi omnibus alijs predicabilibus habet eo quod predicatur in quale accidentale per accidens ideo ultimo loco determinatur de accidente. Et diffinitur sic prima diffinitione. accidens est quod adest vel abest subiecto preter subiecti corruptionem. Que diffinitio sic debet exponi. Accidens est forma apta nata ad esse et apta nata ad esse subiecto absque hoc quod subiectum desinat esse ens. Ex qua diffinitione sequitur quod ad hoc quod aliquid sit accidens alicuius non requiritur quod possit separari ab eo manente secundum esse existentie. et ideo licet caliditas non possit naturaliter ab igne separari nec albus a niue et sic de multis alijs: tamen sunt accidentia que sunt apta nata ad esse preter hoc quod subiectum desinat esse ens. Secundo sic diffinitur accidens est quod nec est genus nec species nec differentia nec proprium inest autem rei. Et debet ibi intelligi uniuersale loco generis. Totum residuum ponitur ad differentiam aliorum predicabilium. Et dicitur inest autem rei. i. acci-

## De predicabilibus.

dens inheret subiecto quod est ens in actu completo et perfecto. Datur autem ista diffinitio per negationem aliorum predicabilium eo quod inter omnia est imperfectum. Diffinitur autem accidens tertia diffinitione sic. accidens est quod contingit eidem inesse et non inesse. Ratio est quod accidens inest subiecto per causam contingentem id quandoque inest et quandoque non inest. Et licet per sortis possit inesse et non inesse sortis hoc tamen non est sicut accidens suo subiecto sed sicut pars integralis suo toto. Ideo diffinitio sic debet intelligi. Accidens est quod contingit eidem inesse. i. inherere secundum quantum modum essendi in et non inesse. i. non inherere. Non diffinitur autem accidens in ratione predicabilis per aliquas predicatarum diffinitionum. sed sic potest diffiniri. Accidens est quod predicatur de pluribus differentibus numero in quale accidentale per accidens.

**Sciendum est secundo quod** accidens diuiditur in accidens separabile et in inseparabile. Quare autem dicitur accidens separabile et inseparabile dictum est prius. Et iterum diuiditur accidens in commune et proprium unde aliquod accidens potest dici commune tripliciter. uno modo per causalitatem quia scilicet natum est causari a multis causis. et per oppositum accidens dicitur proprium quod non est natum causari nisi ab una causa. Alio modo dicitur aliquod accidens commune per predicatorem quod scilicet de pluribus predicatur. Et per oppositum illud accidens dicitur proprium quod de uno solo predicatur. et sic accidentia uniuersalia sunt communia et particularia sunt propria.

Alio modo dicitur accidens commune quia potest indifferenter inesse cuiuslibet parti subiecti. et per oppositum illud dicitur proprium quod solum sibi determinat unam partem in subiecto sicut similitudo in sum et cecitas in oculo.

**Sciendum est tercio quod** consequenter autor determinat de quinque uniuersalibus comparatiue postquam de ipsis determinauit secundum se. Et ponit conuenientias et differentias earum. et primo conuenientiam generalem inter omnia predicabilia dicens quod commune est omnibus quinque predicabilibus de pluribus predicari. Ratio est quia de pluribus predicari est de diffinitione predicabilis ideo debet conuenire cuiuslibet contento sub diffinitio. Deinde ponit differentias. et primo ostendit quomodo genus differt ab alijs. Differt autem genus ab alijs quod predicatur de pluribus et alia. de quibuscumque enim predicatur species differentia proprium aut accidens de illis predicatur genus. Differentia autem differt a genere quia predicatur in qua-

le genus vero in quid. Et differt a specie et proprio. quia differentia predicatur de pluribus differentibus specie. species autem et proprium de pluribus in diuisis. Differt etiam ab accidente quia accidens suscipit magis et minus et non differentia. Differt autem species a genere eo quod genus continet species et non e contra. et hoc debet intelligi potestate et non actu. Differt autem species a differentia quia de pluribus differentibus potest fieri una tertia species sicut ex rationali et mortali fit homo. sed ex duabus speciebus non potest fieri una tertia species. quia ex duobus existentibus in actu non potest fieri unum tertium. Sed species differt a proprio. quod species est prius proprio. secundo quia quorum diffinitiones sunt differentes ipsa sunt differentia. sed diffinitiones speciei et proprii sunt differentes. ergo species et proprium differunt ad inuicem. Differt etiam ab accidente. quia accidens predicatur in quale et proprio in quid. Proprium quoque ab accidente differt primo. quod proprium predicatur de una sola specie. accidens vero predicatur de pluribus speciebus. Secundo quia proprium primo conuenit speciei et per speciem in diuisis. accidens vero e conuerso. Deinde ponit differentiam inter accidens et alia predicabilia dicens quod accidens differt ab alijs eo quod suscipit magis et minus. sed alia non quia equaliter inest his quibus inest. Secundo quia accidens predicatur equiuoce vel denominatiue alia vero predicantur uniuoce. Unde predicari uniuoce est predicari uno nomine et una ratione. Sed predicari equiuoce est predicari uno nomine et diuersis rationibus. Sed predicari denominatiue est predicari nomine et non ratione. et de illis magis ut debetur in predicamentis.

**Sed contra predicta arguitur** primo sic. combustio est accidens et tamen non potest adesse domui preter corruptionem eius. ergo prima diffinitio accidentis non est bona. Secundo arguitur sic. quod est semper in subiecto subsistens non potest non inesse subiecto. sed accidens semper est in subiecto subsistens. ergo non contingit eidem inesse et non inesse. Tertio arguitur sic. idem accidens est separabile et inseparabile sicut patet de nigredine in conuo et de nigredine in sorte. igitur membra diffinitionis coincidunt. Quarto arguitur sic. asinus et equa sunt due species ex quibus fit tertia scilicet mulus. ergo ex duabus speciebus potest fieri una tertia species.

**Ad rationes. Ad primam** dicitur negatio minorem potest enim combustio adesse domui siue apta nata est adesse preter hoc quod domus desinat esse ens. Ad secundam di-

## Tractatus tertius

estur & accidens semper est in subiecto & dicitur est. sed non est semper in subiecto. pro omni tempore. Ad tertiam dicitur quod non est inueniuntur membra alicuius diuisionis coincidere respectu diuersorum. Ad quartam dicitur quod ex equa et aequo particularibus bene fit malus actione naturali & hoc in genere cause efficientis sed ex equa et aequo in vniuersali scilicet ex natura equae et aequi non fit malus. sed ex duabus differentijs tanquam ex duabus naturis fit vna species et hoc compositione metaphysica. Et hec de vniuersalibus dicta sufficiant.

### Incipit tractatus tertius de predicamentis.

**A**d cognoscendum predicamenta quedam sunt necessaria premissenda siue quorum cognitione nequaquam potest haberi cognitio predicamentorum. eorum ergo que dicuntur. quedam sunt vniuocata. quedam equiuoca. et quedam denominatiua.

Postquam autem superius determinauit de quibus vniuersalibus in tractatu de predicabilibus: consequenter in hoc tractatu autor determinat de decem generibus siue decem predicamentis secundum quod predicamentum nominat ordinem generum et specierum. Et ratio ordinis est quod ordinare nescit qui rationes ordinabilium ignorat. ideo conuenienter autor primo determinauit et posuit rationes vniuersalium quod determinauit de ordine ipsorum. Pro cuius declaratione.

#### Sciendum est primo quod

prout dicitur primo posteriorum. omnis scientia vna est vnius generis subiecti de quo inquiruntur passionem per propriam rationem illius subiecti. De quo quidem subiecto debet recognoscere quid est et quia est. Cum ergo hec scientia sit vna oportet quod eius sit aliquod subiectum vnum primum a quo ista scientia habeat vnitatem speciem dignitatem et ordinem. hoc autem non est ens dicibile incomplexum ordinabile in genere secundum se supra prout stat sub voce talem ordinem signi-

ficasse ut dicit Albertus. Cum primo quod illud subiectum est negatum quia dicibile includat ens. ergo dicere ens dicibile incomplexum est negatio. tenet consequentia quia diffinitionibus potius loco nominum idem bis diceretur scilicet doctrinam philosophi primo per armenias et secundo do topicorum. Aliter etiam patet consequentia quia secundum Aristotelem sexto topicorum dicitur vniuersali si suum inferius vel minus commune addatur ibi est negatio. Tum etiam quia vel ens supponit ibi pro ente reali vel ente rationis. Non primum quia de ente reali per se non intendit logicus cum logica sit de secundis intentionibus adiunctis primis. Nec secundum quod hoc satis significatur per dicibile cum dicibile siue vniuersale quod idem est sit ens rationis. Tum etiam quia ens rationis non videtur ordinabile in genere quia secundum ipsum nihil reponitur in genere nisi ens reale. Tum etiam quia dicibile videtur ponitur in predicamento relationis ergo non est subiectum. Item inconuenienter additur ista particula sub voce. quia hoc accidit ei modo considerare subiectum suum sub accidente est considerare ipsum modo quo non potest diffiniri et per consequens est considerare ipsum modo quo non potest esse subiectum. consequentia tenet. quod non potest esse subiectum. debet per se esse diffinibile vel saltem habere perfecte conceptum quod dicitur de quo demonstratur aliqua passio per rationem talis subiecti ut patet ex primo posteriorum. Tum etiam quia illud quod est hoc modo subiectum est pars eius quod est subiectum in quarto tractatu scilicet syllogismi. sed noticia syllogismi potest haberi sine voce alias sequeretur quod habens demonstrationem mentalem sine voce non haberet demonstrationes quod est inconueniens unde nulla pars logica est de voce tanquam de subiecto.

#### Sciendum est secundo quod

subiectum huius tractatus est predicamentum siue genus generalissimum. Cuius ratio est quod conueniunt tres conditiones subiecti primi alii cuius scientie quarum prima est quod de ipso presupponitur quid est cum hoc non ostendatur. et etiam quia est. Secunda est quod per quod quid est ipsius demonstrantur passionem de ipso. Tercia est quod noticia eius principaliter intendatur in hac scientia et noticia aliorum queratur propter ipsam sic quod alia attribuatur ad ipsam. Sed iste tres conditiones conueniunt generi generalissimo per respectum huius scientie. Unde Aristoteles in libro predicamentorum determinat de decem generalissimis presupposita ratione generis generalissimi tanquam de partibus principalibus ipsius subiecti primi. et cuiuslibet generis generalissimi inquiruntur passiones et proprietates. ergo manifeste patet ex processu eius quod genus generalissimum

## De predicamentis.

est subiectum in libro predicamentorum et per consequens in isto tertio tractatu qui correspondet libro predicamentorum aristotelis. Unde ab Aristotele ponuntur decem predicamenta que sunt principia formalia. sunt quidditates quedam. Et quilibet harum quidditatum est fundamentum vnius respectus cum cuiuslibet repugnat contra partem ad aliquam naturam cui possit attribui intentio generis. Et sic dicuntur generalissima denominatiue. et generalissimum dicitur de istis decem respectibus quidditatum et predicatur ut species de individuo. sed denominatiue predicatur de fundamentis intentionum. Et sic genus generalissimum quod est superius ad ista generalissima est subiectum huius tractatus. Et partes eius principales sunt ipsa decem generalissima. et quia ista respectus sunt occulti ideo non sicutur per sua fundamenta et terminos.

#### Sciendum est tertio quod

circa hanc partem incidit difficultas. Verum scilicet scientia huius tractatus sit de vocibus aut rebus vel secundis intentionibus. Ad qua difficultatem respondent aliqui quod est de rebus non absolute consideratis. sed in quantum concipiuntur sub quibusdam secundis intentionibus vel in quantum ipsis attribuntur quedam secunde intentiones. Sed hoc est falsum quod probatur quia predicamenta sic considerata sunt entia per accidens cum sint aggregata ex ente reali et ente rationis. sed de ente per accidens non est scientia secundum Aristotelem sexto metaphysice. ergo sequitur quod scientia libri predicamentorum non est de rebus sic conceptis. Alii vero dicunt quod scientia libri predicamentorum est de vocibus. Et probant per Boetium qui dicit quod lib iste est de decem vocibus decem rerum prima principia significantibus

Sed hoc improbat. Primo per Aristotelem in principio logice sue dicentem quod ad considerationem vocum nos inducit necessitas quia logica non habet considerare nomina aut verba vocalia nisi in quantum valent ad loquendum et exprimentum. quia si esset possibile dicere vel exprimeret solo intellectu aut cognoscere quodam modum in angelis non indigeremur vocibus. et ideo si aliquo modo logicus consideret de vocibus hoc est quia sine ipsis non potest docere aut doceri. Secundo dicitur quod neque logica neque aliqua pars logice est principaliter de terminis ut dicitur logia moderni. quia autem est de terminis mentalibus vocalibus aut scriptis. Non vocalibus quod tunc surdus non posset habere logicam quod est falsum. Neque scriptis quia cecus a naturate nullam haberet scientiam. Neque de mentalibus quia dormiens non haberet logicam quorum verbum quod est falsum ergo sequatur dictum verum. Tertio dicitur quod tota logica et quilibet pars logice

est de secundis intentionibus concretive designatis. hoc patet autoritate et ratione. Primo auctoritate Avicenne dicentis quod logica est de secundis intentionibus adiectis primis. Ratione sic quia logica non est de rebus prime intentionis quia tunc esset scientia realis. neque de rebus conceptis sub aliqua intentione quod de ipsis sic non est scientia cum res prime intentionis concepte sub aliqua secunda intentione non sint diffinibiles neque habeant vnum conceptum quidditatum neque vnam per se entitatem sed sunt entia per accidens. ergo de ipsis sic non est scientia et sic sequatur tertium quod de secundis intentionibus est tota logica et quilibet pars logice.

Unde tria sunt antepredicamenta in generali scilicet diffinitio. diuisio. et regula. Et septem in specie scilicet tres diffinitiones. due diuisiones. et due regule. Unde antepredicamentum est documentum traditum ab Aristotele valens immediate a priori ad noticiam ipsorum predicamentorum habendam. Cum enim genera predicantur de suis inferioribus et accidentia denominatiue de subiecto ipsa non sunt genera respectu sui subiecti. Et equiuoca non sunt ordinata in aliquo genere vno eo quod non habet aliquod vnum per se significatum: ideo oportuit presari que sunt equiuoca quorum diffinitio primo ponitur quia ipsa sunt venianda primo a coordinatione predicamentali. Deinde ponitur diffinitio vniuocorum. quod reductio eorum que sunt vnius generis ad vnum primum principium illius generis quod de omnibus alijs predicatur in quid et vniuocum est principaliter in hoc libro intentum. Et quia accidentia non possunt perfecte notificari nisi per sua subiecta quia etiam in diffinitionibus eorum ponuntur subiecta ut dicitur septimo metaphysice de quibus predicantur denominatiue: ideo necessarium fuit premittere diffinitionem vniuocorum diffinitioni denominatorum.

#### Sed contra predicta arguitur

primo sic. principiorum non est scientia sed intellectus primo posteriorum. sed decem genera sunt decem prima principia ut dicit porphyrius capitulo de specie. ergo de ipsis non est scientia sed intellectus. Secundo arguitur sic subiectus cuiuslibet scientie dicitur esse diffinibile. sed generalissimum non est diffinibile. quod solus species est diffinitio. sed genus generalissimum cum sit genus non potest esse species. ergo non potest diffiniri nec per consequens est subiectus huius tractatus. Tertio arguitur sic. predicabilia sufficienter ducunt nos in noticiam predicamentorum. ergo non oportuit premittere antepredicamenta. consequentia tenet. quia frustra ponuntur plura ubi pauca sufficiunt. Quarto arguitur sic secundum Boetium ut prius dictum est

Nide quo de decem pntis  
fundamentis auctus est  
na meth. si stali. legi.

### Tractatus tertius

iste tractatus est de decem vocibus decem rerum  
prima principia significantibus. ergo sequitur  
q non est de secundis intentionibus.

#### **Ad rationes. Ad primā**

distinguitur maior vel principiorum complexio  
rum demonstrationis et sic conceditur q de ipis  
non est scientia sed intellectus. vel principiorum  
incompletorum cuiusmodi sunt predicamenta fun-  
damentaliter accepta et pro denominatis et sic ne-  
gatur. sed illa scientia est metaphysicis. tamē  
de predicamentis et generibus formaliter accep-  
tis est scientia logicalis. sed hec non sunt princi-  
pia imo sunt quedam intentiones secunde cau-  
sate per actum intellectus. et illo modo sunt diffi-  
nibilia. et sunt species et habent passiones et ipis  
demonstrabiles. Unde de conclusione est scientia  
tāq de illo qd scitur et noticia subiecti primo  
virtualiter continet noticiam conclusionum de-  
monstratarum in aliqua scientia. Ad secū-  
dam dicitur q non oportet semper subiectus cu-  
i subest scientie esse diffinibile. q de ente transe-  
dente accepto est scientia ut dicitur quarto me-  
taphysice. et tamen ens non habet diffinitiones  
cum non sit species. sed sufficit q habeat cons-  
ceptum quidditativum. et aliquam proprietatem  
demonstrabilem de ipso. Et si habeat plures  
passiones ordinatas tunc prima passio debet po-  
ni loco medii et per illam debent alie demonstra-  
ri de ipso. sed prima passio erit per se nota de illo  
subiecto. In proposito tamen minor est falsiq q  
genus generalissimum acceptum formaliter et p-  
per se significatio est species. et per consequens  
eius est diffinitio quidditativa ut visum ē in pri-  
mibus. Ad tertiam negatur aūs. sed bene  
verum est q valent ad noticiam predicamentoz  
mediate sed non immediate cuiusmodi sunt au-  
tepredicamenta. Ad quartam dicitur q au-  
toritas Boetii sic intelligitur q iste liber est de  
decem vocibus. i. de decem rebus significatis per  
illas voces. Vel dicitur q est de decem vocibus  
minus principaliter et de decem rebus significa-  
tis magis principaliter siue de relationibus fun-  
datis super illa decem principia.

**Equiuoca dicuntur quoz solū  
nomē est cōe et ratio substantie  
scdm illud nomen est diuersa.  
vt animal significat animal vi-  
uum et animal pictum. et nomē  
in eis solum est cōmune et scdm  
illud nomen ratio substantie est  
diuersa. dicimus enī de leone**

picto in pariete. ecce terribile  
animal. et de leone viuo idem  
dicimus equiuoce. et de statuis  
regum dicimus isti sunt tales  
reges. et de his qui adhuc reg-  
nant dicim⁹. isti sūt tales reges  
sumēdo nomen regis equiuoce

**Aniuoca dicuntur quozum  
nomen est cōmune et ratio sub-  
stantie scdm illud nomen est ea-  
dem. vt hoc nomen animal est  
cōmune homini boui et leoni. et  
similiter ratio substantie scdm  
illud nomen ē eadem. vt homo  
est animal. bos est animal. et ho-  
mo est substantia animata sen-  
sibilis. et bos est substantia ani-  
mata sensibilis. et sic nomen est  
cōmune eis et ratio scdm illud  
nomen est eadem. nihil enī ali-  
ud est homo scdm qd ē animal  
q substantia animata sensibilis  
et similiter bos.**

Circa hunc textum notandum est primo q hic  
auctor noster diffinit equiuoca sic. Equiuoca di-  
cuntur quozum solus nomen est cōmune et scdm  
illud nomen ratio substantie est diuersa. Pro  
cuius declaratione supponitur q hic diffinitur  
equiuoca equiuocata quia si non diffinisset po-  
tuisset esse dubium an fuissent aliqua talia. Se-  
cundo supponitur q equiuoca equiuocata for-  
maliter accepta sunt relatiua equiparantie et ta-  
lia semper debent diffiniri in plurali numero idē  
auctor noster et Aristoteles diffinunt in plurali  
numero sicut et cetera relatiua equiparantie vt  
sunt similia diffinita contraria et sic et alijs que  
diffinuntur in plurali numero quinto metaphy-  
sice. Et in equiuocis importatur triplex re-  
spectus quia ipsa equiuocata possunt compara-  
ri ad inuicem et sic importatur respectus equi-  
parantie. vt sydnus celeste non solum est equiuocu-  
m ad canē sed ad piscem marini et canē latrabile.

### De predicamentis.

Et dicuntur relatiua equiparantie quia extrema  
sunt eiusdem rationis scilicet equiuocata. Possunt  
etiam comparari ad nomen in quo equiuocan-  
tur. et sic importatur respectus suppositionis.  
Et tertio importatur respectus suppositionis p-  
quanto nomen cōmune supponitur ipis. unde  
per nomen non debet intelligi vox. quia hoc est  
impertinens ad rationem equiuocorum. sed per  
ipsum intelligitur aliquis respectus suppositio-  
nis. Unde equiuoca possunt capi dupliciter  
Uno modo formaliter et pro se significatis.  
et tunc significant respectus rationis fundatos  
super diuersis conceptibus comparatis ad se  
inuicem et ad aliqd nomen ipis cōmune. et hoc  
modo hic diffinuntur. et applicatur in fundamē-  
tis illud quod significatur in secundis intentio-  
nibus. Alio modo possunt capi fundamentaliter  
et tunc ipsi conceptus quidditativi sunt diuersi.  
Et notanter dicitur scdm illud nomen. quia aliq  
sunt equiuoca in vno conceptu que tamen sunt  
vniuoca in alio. Exemplum tria significata hui⁹  
nominis canis equiuocantur in cane et tamen  
vniuocantur in corpore. Et ibi non capitur ratio  
pro diffinitione quidditativa sed pro conceptu  
quidditativo. Et quo patet q equiuoca for-  
maliter accepta sunt vniuoca alias non possunt  
diffiniri cum solus vniuoci sit diffinitio. Secun-  
do patet q hec diffinitio est quidditativa quia  
datur per genus et differentiam. et ponitur habi-  
tudo ad correlatiuū ad circumloquendum eius  
differentiam.

#### **Sciendum est secundo q**

determinato de equiuocis tanq de primo reijci-  
endis a coordinationibus predicamentalibus: cō-  
sequenter videndum est de vniuocis eo q vniu-  
oca per se sunt coordinanda in genere. quia gene-  
ra predicantur vniuoce de speciebus et species  
de indiuiduis. Suscipiunt enim indiuidua ratio-  
nem specierum et species rationem generum vt  
dicit philosophus secūdo topicorum. q genera predicā-  
tur vniuoce de suis speciebus. Et diffinitio eo-  
rum scilicet vniuocorum talis est. Vniuoca dicuntur  
quozum nomen est cōmune et scdm illud nomen  
ratio substantie est eadem. Ubi est aduertendu-  
m q duplicia sunt vniuoca. quia quedam sūt

vniuoca vniuocantia. alia sunt vniuoca vniuoca-  
cata. Unde vniuocum vniuocans est aliquis cō-  
ceptus obiectiu⁹ cōmune eadem ratione dicitur  
de pluribus suppositis contentis sub illo cō-  
ceptu cōmuni. sicut ens est vniuocum vniuocans  
quia vno nomine et vno cōceptu formali et quid-  
ditatiuo dicitur de decem generibus. Sed vniu-  
oca vniuocata sunt plures conceptus speciales sig-  
nificati per vnum conceptum generalem in quo  
illi conceptus speciales vniuocantur. Sicut cōceptus  
hominis et bouis vniuocantur in vno conceptu gene-  
rali animalis. qui conceptus est alius a cōceptu  
bus aliorū vniuocozū tū est cōmune eis et quid-  
ditatiue inclusus in eis. Et similiter substantia  
et accidens vniuocantur in ente. qz cōceptus entis  
est alius a conceptibus substantie et accidentis. tū  
includitur in ipis et est dicitur de ipis in quid.  
Ut cum queritur quid est substantia conueni-  
enter respondetur ens. et similiter diceretur de acci-  
dente. Ex quo sequitur q non accipitur nomen  
pro voce quia logicus non intendit per se de vo-  
ce sed accipitur pro conceptu. Unde vniuoca  
sunt relatiua equiparantie quia referuntur ad  
inuicem relatione equiparantie que respicit extre-  
ma que sunt eiusdem rationis. Et talia debent dif-  
finiri in plurali numero ideo cōuenienter auctor  
noster et philosophus diffinuerunt vniuoca pluraliter  
et non singulariter. Sed quando comparantur  
vniuoca ad ipsum nomen cōmune siue concep-  
tum qd scilicet nomen dicitur vniuocum actiu⁹  
tunc ibi est respectus suppositionis ad illum cō-  
ceptum vniuocum actiuum tanq ad correlati-  
uum proprium. et est relatiuum superpositionis  
quando comparatur vniuocum vniuocans ad  
ipsa vniuocata passiuē contenta sub tali nomi-  
ne. et omnes ista respectus exprimuntur in pre-  
dicta diffinitione ergo ipsa est conuenienter da-  
ta.

#### **Sciendum est tertio q**

logicus non intendit per se de rebus sed solum  
de secundis intentionibus que applicantur pri-  
mis et denominat eas. Sic est in proposito quia  
vniuoca et equiuoca non accipiuntur pro rebus  
sed pro conceptibus siue intentionibus secun-  
dis que sunt formaliter respectus licet illi respec-  
tus debeant declarari per fundamenta eo q sūt  
parue entitatis et per consequens cognoscibilita-  
tis. Et ideo philosophus illud qd significauerunt in secun-  
dis intentionibus declarauerunt in fundamen-  
tis. Ut homo et bos cōmuni nomine a se alijs  
cupantur. et scdm illud nomen ratio substantie ē  
eadem. qd patet quia si vtriq assignetur ratio  
eo q sunt animalia eandem habēt rōnē

### Tractatus tertius.

Unde diffinitio uniuocorum predicatur quiddam  
 tunc de ipso diffinitio. quia diffinitum est secunda  
 intentio vel sunt secunde intentiones. Et omnia  
 posita in diffinitione sunt intentionalia. Sed qui  
 dicitur animal est uniuocum. et homo et bos sunt  
 uniuoca sub animali tunc est predicatio denota  
 tiua. et similiter diffinitio uniuocorum predicatur de  
 ipso denominatiue. Et diffinitio talis est essen  
 tialis et quidditatiua. quod patet quia datur per ge  
 nus proprium et differentiam. genus enim tangit  
 tur per hoc quod dicitur dicitur. per quod denotatur  
 quod sunt conceptus speciales diuisiones vel signifi  
 cabiles sub aliquo communi conceptu. Et ponitur  
 ibi quorum nomen est commune. ad exprimendum  
 correlatum ad quod referuntur illi respectus  
 quia uniuoca non solum referuntur ad se in se  
 sed etiam referuntur ad conceptum commune. Et pro  
 pter differentiam eorum exprimitur per hoc quod  
 et secundum illud nomen ratio substantie est eadem. Et  
 accipitur ratio substantie pro diffinitione vel co  
 ceptu quidditatiuo et formali quia non semper uniu  
 uoca habent diffinitionem quidditatiuam ut ge  
 neralissima respectu suorum inferiorum non ha  
 bent diffinitionem quidditatiuam cuius ipsa sit soli  
 us speciei. Sed bene habent conceptum quiddi  
 tatiuum.

#### Sed contra predicta ar

guitur Primo sic. equiuoca non possunt diffiniri  
 ut dicitur quarto topicorum. quod male dicitur quod diffini  
 tio illa est quidditatiua. Secundo arguitur  
 sic. unum est ante multa. sed uniuoca comparan  
 tur ad equiuoca sicut unum ad multa. ergo diffi  
 nitio uniuocorum debet poni ante diffinitionem equi  
 uocorum. Tertio arguitur sic. uniuoca sunt  
 nomina. sed nomen non est nomen commune. quia  
 si nomen esset nomen commune esset pro cessus in  
 infinitum in nominibus. ergo male dicitur quo  
 rum nomen est commune. Quarto arguitur sic  
 uniuoca uniuocata sunt res. sed logicus non habet  
 considerare de rebus. ergo hic non diffinuntur  
 uniuoca uniuocata. Quinto arguitur sic. di  
 uersorum diuersae sunt rationes. sed uniuoca sunt  
 diuersa. ergo male dicitur quod ratio substantie est  
 eadem.

#### Ad rationes. Ad primam

dicitur distinguendo autem quod equiuoca capiuntur  
 dupliciter. uno modo pro se significatis et sic  
 sunt respectus siue intentiones secunde. et im  
 portant respectus equiparantie primo et per se et  
 respectum suppositionis ad nomen commune cui  
 supponuntur. et sic negatur quod non possunt diffi  
 niri quia illo modo equiuoca sunt uniuoca. quia secundum  
 unum nomen et eandem rationem predicantur de  
 omnibus equiuocis. Secundo modo capiuntur pro  
 denominatis siue pro illis quibus applicantur

ille intentiones tunc conceditur quod non sunt diffi  
 nibilis nec de ipso hic loquitur. Ad secun  
 dam distinguuntur maior. vel si unum et multa est  
 parantur inter se in ratione unum et multitudinis  
 et sic conceditur. Cuius si comparantur sub aliqua  
 alia ratione sicut in proposito. quia equiuoca si  
 ponuntur uniuocis eo quod sunt primo scienda a  
 coordinatione predicamentali sicut grammatice pri  
 mo sunt extirpanda quod bona semina sunt miseranda.

Ad tertiam dicitur quod uniuoca sunt conceptus  
 et illorum conceptus sunt alia signa. quia sicut co  
 ceptus sunt signa rerum ita et voces sunt signa  
 conceptuum primo per artem. et illorum co  
 ceptuum potest esse unum conceptus generalis  
 ut prius dictum est. Ad quartam distinguuntur  
 maior vel si capiuntur formaliter et sic negatur  
 vel fundamentaliter et sic conceditur. et negatur  
 consequentia quia hic solum diffinuntur uniuoca  
 formaliter accepta et non fundamentaliter. Ad  
 quintam dicitur distinguendo maiorem vel di  
 uersorum sunt diuersae rationes totales et sic con  
 ceditur. vel partiales et sic negatur. homo enim et  
 bos sunt res diuersae et tamen conueniunt in ani  
 mali. Et etiam non capitur ibi ratio pro diffin  
 itione precise sed pro conceptu quidditatiuo siue  
 ratione formali.

Denotatiua dicitur quocumque  
 ab aliquo solo casu sunt differē  
 tia et secundum illud nomen habent  
 appellationem. ut a grammatica  
 grammaticus. et a fortitudine for  
 tis differunt solo casu id est so  
 la cadentia que est a parte rei.  
 et secundum illud nomen habent ap  
 pellationem. nomen enim deno  
 minatiuum debet communicare  
 cum nomine uniuoco in princi  
 pio et differre in fine. ut a gram  
 matica grammaticus ab albedi  
 ne albus.

Circa hunc tertium notandum est primo quod de  
 terminato de illis que dicuntur uniuoca et equi  
 uoca sequenter ostendit que dicitur denomina  
 tiua que proprie sunt predicata accidentaliter dic  
 ta de subiectis quibus inherere. Et inherere non  
 conuenit proprie nisi formis accidentalibus que  
 non faciunt per se unum cuius subiectis quibus inhe  
 rent ex eo quod adueniunt subiecto iam existenti in

### De predicamentis.

gen. et ideo non faciunt nisi unum per accidens  
 cuius subiectis quibus adueniunt. Et hoc quod  
 determinatio denotatiuum est necessaria quia in  
 hoc libro insidetur de reductione omnium accide  
 tuum ad subiectum de quo denominatiue predicat  
 tur. igitur oportet ad huiusmodi distinctam cog  
 nitionem preire que sunt denotatiua predicata.

Et diffinuntur sic in tertio. Denotatiua dicitur  
 quocumque ab aliquo solo casu differētia sunt.  
 et secundum illud nomen habent appellationem ut a gram  
 matica grammaticus. Pro cuius declaratione sup  
 ponitur primo quod denotatiua possunt capi dupli  
 citer. Uno modo per se significato et tunc significat  
 respectum rationis causatus per actum intellec  
 tus comparantis aliqua que differunt solo casu  
 id est finali terminatione dictionis. et primum in  
 principio et ipsa in illo uale habet appellationem  
 id est pulsione ad alienam naturam. quia unum illorum  
 significat formam accidentalem in abstracto et ab  
 strahendo a subiecto reliquum significat illam ean  
 dem naturam concernendo suum subiectum. modo  
 subiectum est aliene nature a forma accidentali  
 et exempla textus sunt grammatica et grammaticus. Alio  
 modo capiuntur fundamentaliter et tunc ipsa pre  
 dicata dicuntur denotatiua. Secundo supponitur quod  
 triplex est predicatio denotatiua. scilicet uoce tri. sig  
 nificatione tri. et uoce et significatione simul. Et  
 ratio est quia vel predicatum denotatiuum est pars  
 essentialis totius compositi de quo predicatur  
 ita quod non comparatur tale denotatiuum ad subiectum  
 precise in ratione susceptum sed comparatur ad ipsum  
 sicut ad totum compositum cuius est essentialiter pars  
 et talis predicatio secundum ueritatem est quidditatiua  
 uniuoca et essentialis. ut dicitur hoc est animal. et  
 tunc dicitur quod in predicatis essentialibus repe  
 nitur predicatio denotatiua generaliter dicta et non  
 proprie dicta. Denotatiua quoque significatione di  
 cuntur que secundum rei ueritatem important formas  
 accidentales realiter subiectis inherentes et secundum  
 ueritatem denominantes secundum aliquam formam ab  
 stractiue designabilem vel significabilem. et tunc secundum  
 uocalem derivationem huiusmodi denotatiua uel  
 preta non deriuantur ab abstractis ut sit primum  
 entia in principio dictionis. et solum differētia in  
 finali uocis cadentia ut studiosus quod est denota  
 tiuum a uirtute. et tunc cum illa principali non primum  
 in principio dictionis et differit in fine. Cuius  
 nomen igitur dicitur quod est denotatiuum significatione  
 quia omnia que requiruntur ad ueram denotationem que  
 se tenet ex parte rei habentur ibi. sed illud quod re  
 quiritur ex parte uocis ibi deficit. Sed ad de  
 notatiua uoce et significatione simul tres additio  
 nes requirunt. Prima est quod talia imponit formas  
 accidentales concernendo subiecta sic quod eo modo sig  
 nificatur quo eis non repugnat predicari de subiec  
 to. Secunda additio est quod talia denotatiua habeant  
 abstracta a quibus deriuantur sic quod primum cum

ipsis principalibus in principio dictionis et differ  
 rant ab eis in fine et per consequens in modo signifi  
 candi. Tertia additio est quod ipsa denotatiua primum  
 cuius principalibus in significato. Tunc supponitur  
 dicitur quod hic diffinuntur denotatiua formaliter  
 accepta que habent fundari super illis denotati  
 uis fundamentaliter acceptis quibus conueniunt  
 predicte tres additiones.

#### Sciendum est secundo quod

duplex est predicatio denotatiua. quedam est que  
 sumitur a parte essentiali et illa non excludit quid  
 datiuam predicationem. et hoc modo generis pre  
 dicatur denotatiue de specie. ut dicitur homo  
 est albus. et differentia similiter ut hoc est rationalis  
 et de illa predicatio denotatiua loquitur philo  
 sophus secundo topicorum. ubi dicit quod in omni  
 bus predicatis excepto accidente est conuertere  
 cum denotatiuum que est ab modo ad esse ut be  
 ne sequitur homini uel albus ergo est animal et  
 sic de alijs. Et in accidentibus non ualeat primum ab  
 inesse ad esse ut non sequitur ethiopi uel albedo  
 ergo ethiops est albus. Alia est predicatio de  
 notatiua scripta a forma accidentali super se subiec  
 to. et talis denominatiua predicatio excludit pre  
 dicationem quidditatiuam et de illa loquitur philo  
 sophus libro preallegato cum dicit quod a genere nulla pre  
 dicatio denominatiua est de specie. quia impossi  
 bile est quod illud quod uel genus in se ut accidens  
 Et de illa predicatione licet intelligatur diffinitio  
 Aristotelis tamen etiam requiritur ad predicationem  
 denominatiuam quod abstractum et concretum  
 conueniant in principio dictionis et differant in  
 fine cum alijs conditionibus. Et illa est proprius  
 ma predicatio denominatiua. Ideo respiciendo  
 ad dicta alberti dicitur quod predicatio proprius de  
 specie non est denominatiua eo quod in predicatione  
 ne denominatiua forma denominans debet esse  
 extrinsecus applicata denotato. et hoc dicit Aristo  
 telem inuenerit duobus. primo in hoc quod dicitur  
 nominatiua quia secundum priscianum omnes pro  
 positiones transitue sunt et per consequens notauit  
 diuersitatem in casuali cui adiunguntur. Secun  
 do in hoc quod dicitur appellationem quod exponit al  
 bertus ad alienam naturam pulsiones. ita quod na  
 tura denominantis sit quasi extrinsecus addenti  
 ens subiecto et non emanans a principijs essen  
 tialibus subiecti quomodo subiectum emanat  
 a specie. Et hec quidem uera esse possunt capien  
 do denominatiua predicationem strictissime ut  
 excludit predicationem primi et secundi modi  
 se. Sed large capiendo predicationem denomina  
 tiuam pro omni ea predicatione que non est  
 quidditatiua nec essentialis tunc proprius pre  
 dicatur denominatiue.

#### Sciendum est tertio quod

8. 11.

implet quod dicitur  
 predicatio



### Tractatus tertius.

circa predicta incident aliq. difficultates. Primum est utrum nomen denominatum denominatione scdm rem et vocem simul significet formas vel substantiam vel aggregatum ex utroq.

Ad quod respondet aliqui qd absolute sine abstractis derivatur a concreto sicut dicitur gratia manci. et dicitur abstractus et concretus in principali significatione qd concretus significat substantiam principaliter et connotat formas. abstractum vero principaliter significat formam. Et huius opinionis sunt moderni logici et dicunt qd Aristoteles voluit dicere qd concreta differant ab abstractis in finali terminatione et non in significatione. sed voluit dicere qd ex parte vocis non differunt nisi in sola finali terminatione. Alij vero dicunt qd concretum significat aggregatum ex subiecto et forma. Hoc probant auctoritate commentatoris secundo topicorum dicentis qd illud qd significat hoc nomen album non est unum sed distinctio qd significat albedinem et recipientes ipsam. Secundo probant scdm p[ri]m[am] scdm per r[ati]onem. qd significare est intellectum constitueret. sed nomen accidentale constituit intellectus sui subiecti. ergo concretum significat aggregatum ex subiecto et forma. Alter respondetur et melius supponendo primo duas suppositiones sine distinctione quarum prima est aliquid dicitur significare aliquid dupliciter. vno modo proprie quia scilicet impositum est ad significandum illud. Alio modo communitate quia scilicet dicitur intelligere illud ex consequenti quod non sit impossibile ad significandum ipsum. vel quia communitate principaliter significatum. Secunda distinctio est quodlibet forma accidentalis que est in se quedam essentia simplex potest dupliciter considerari. Uno modo sub propria ratione et scilicet se et sic significatur per nomen abstractum. Alio modo scdm qd informat subiectum et sic significatur per nomen concretum. Ex his dicitur primo qd nomen concretum significat subiectum connotando significare. s. pro significatione communitate. Secundo dicitur qd tale nomen non significat proprie et principaliter subiectum sed solas qualitates. Probat primo auctoritate Aristotelis dicentis qd de nominativa solo casu differit. qd non differunt in principali significatione. Secundo auctoritate eiusdem in casu de substantia dicitur. albus sola qualitatem significat. Tertio auctoritate commentatoris qd metaphisice dicitur. qd concretus tamen significat formas. Ex his dictis possunt faciliter solvi rationes adducte pro secunda opinione. Secunda difficultas utrum omne qd non predicatur univoce aut equivoce predicatur denotative. ita qd sint tamen tres modi predicandi. Pro cuius solutione ponitur due distinctiones. Prima est predicari univoce accipiatur dupliciter. Uno generaliter per distinguitur contra hoc qd est predicari equivoce. ita scilicet qd omne

illud dicitur predicari univoce qd non fecerit equivoce. Alio accipitur proprie per idem est qd predicari nomen et ratione essentialiter. ita qd predicari sit de essentia subiecti. Secunda distinctio predicari denotative accipitur dupliciter. Uno generaliter per distinguitur contra predicari quidditativam et sic ratione in se et studiosum predicari denotative. Alio modo proprie per predicari illa in qua predicari et denotative ab abstracto scilicet re et voce simul et sic illa non predicatur denotative

Ex his tamen primo qd si accipitur predicari univoce equivoce et denotative proprie tunc multa sunt qd predicantur qd in nullo istorum modorum predicantur vel hoc est studiosum. h[oc] est t[er]m[in]u[m]. Secundo dicitur qd accipiendo predicari univoce et equivoce generaliter sic tamen sunt duo modi predicandi scilicet univoce predicari et equivoce. Tertio dicitur qd accipiendo predicari univoce et equivoce proprie et denotative connotat sic omne qd predicat aut predicat univoce aut equivoce aut denotative.

### Sed contra predicta arguitur

primo sic. denotativa non sunt aliquid univoce qd non possunt differre. ita patet qd solus illa qd habet unum per se conceptum et unum qd se quidditatem possunt differre. Secundo arguitur sic. album et albedo sunt denotativa et tamen non dicitur denotative cum albedo de nullo predicat denotative de et affirmative. qd distinctio mala. Tertio arguitur sic. abstractus derivatur a concreto. concretus non habet appellationem ab abstracto. Quarto arguitur sic. omne accidens predicatur denotative in suo subiecto. qd omnia talia denotativa sunt proprie denotativa. Quinto arguitur sic. omnis predicatio vel est denotativa vel essentialis et quidditativa. sed denotativa significatione tamen predicantur de aliquo subiecto non essentialiter nec quidditativa ergo denotative et per consequens ipsa sunt proprie denotativa et sic distinctio debet eis convenire.

### Ad rationes. Ad primam

distinguitur antecedens vel denominativa fundamentaliter accepta et sic conceditur qd non sit aliquid unum. vel formaliter capta et sic negatur tamen sunt aliquid unum scdm significationem formalem quodammodo supponatur pro pluribus. Ad secundam negatur maior quia albedo non est denominativum tamen solam concreta sunt denominativa et sic conceditur minor qd de nullo dicitur denotative vere et affirmative et sic negatur consequentia. Ad tertiam dicitur distinguendo antecedens vel scdm derivationem vocalem et sic conceditur. et hoc modo grammatici dicunt abstracta derivari a concretis vel scdm derivationem realem et sic negatur qd

### De predicamentis.

abstractum significat formam scdm se et abstractando a subiecto. concretum vero significat illam eandem formam cum inherencia ad subiectum. forma autem scdm se naturaliter precedit seipsum ut est in subiecto. ideo concretum denominatur ab abstracto. Ad quartam dicitur qd omne accidens predicatur denotative. sed non a quo est abstracto dicitur denotative. sed solus ab illo cui convenit in principio dictionis et differt in fine. Ad quintam conceditur maior et etiam minor. sed dicitur qd quodammodo studiosum predicatur denotative hoc tamen non est a virtute sed ab aliquo alio nomine ficto a quo derivatur puta a studiosum.

2<sup>o</sup> Eorum que dicuntur quedam dicuntur cum complexione. ut homo currit. quedam sine complexione. ut homo vel currit.

Sed priusquam alterum membrum huius divisionis subdividatur distinguendi sunt octo modi essendi in. quia necessarij sunt ad sequentem divisionem cognoscendam. et ad ea que postea dicentur. Primus igitur modus essendi in. est quando aliquid dicitur esse in alio sicut pars integralis in suo toto. ut digitus in manu. et paries in domo.

Secundus modus essendi in est sicut totum integrale in suis partibus simul sumptis. ut domus in pariete tecto et fundamento. Tertius modus est sicut species in suo genere ut homo in animali. vel unumquodque inferius in suo superiori.

Quartus modus est sicut genus in specie ut animal in homine. vel similiter quodlibet su-

perius in suo inferiori. Quintus modus essendi in dicitur sicut forma in materia. et iste quidam modus subdividitur. quia quedam est forma substantialis ut anima est forma substantialis hominis. quedam est forma accidentalis ut albedo hominis. et prima harum dicitur proprie inesse sicut forma in materia. ut anima in corpore. alia autem dicitur esse in alio sicut accidens in subiecto ut albedo in pariete. Sextus modus essendi in est sicut aliquid est in sua causa efficiente. ut regnum in regente. Septimus modus essendi in est sicut aliquid est in suo fine ut virtus in beatitudine. Octavus modus essendi in dicitur sicut aliquid est in suo continente ut vinum in vase. et locatum in loco.

Hos autem octo modos essendi in distinguit Aristoteles quarto phisicorum. Boetius autem assignat novem. quia subdividit quintum ut dictum est. unde versus. Insunt pars totum. species. genus. et calor igni. Rex in regno. res in fine. locoque locatum.

Eorum que sunt. quedam dicitur de subiecto in subiecto vero

## Tractatus tertius.

nullo sunt. ut genera species substantie et differentie earum que omnia dicuntur substantie vniuersales exteſo nomine substantia. ut homo animal rationale. Dicitur de subiecto put hic sumitur est superius dicitur de inferiori. ut animal dicitur de homine. et homo de sorte. et color de albedine. et esse in subiecto sumitur sicut quod accidens est in subiecto. Alia vero neque de subiecto dicuntur neque in subiecto sunt. ut individua substantie. Alia dicuntur de subiecto et sunt in subiecto. ut genera et species aliorum nouem predicamentorum dicuntur de inferioribus et sunt in subiecto sicut accidens in subiecto. ut color dicitur de albedine ut de inferiori. et est in corpore ut in subiecto. Alia vero in subiecto sunt et de subiecto nullo dicuntur ut hec scientia est in anima ut accidens in subiecto. sed non dicitur de aliquo inferiori. et iste color est in corpore ut in subiecto et non dicitur de subiecto. omnis enim color in corpore est

Circa hunc textum notandum est primo quod de terminato de tertio antepredicamento nunc auctor noster determinat de quarto quod valet ad cognoscendum distinctionem eorum que ponuntur in genere ab his que non ponuntur. Ponit ergo talem distinctionem. Eorum que dicuntur que dam dicuntur cum completionem homo currit

quedam sine completionem ut homo. Ratio est quod omne quod significatur per vocem aut significatur per vocem vnam mediante vno conceptu et sic dicitur sine completionem. vel significatur per plures voces mediante conceptu completo et sic dicitur cum completionem. Et capitur ibi dicitur ut idem est quod exprimitur vel significatur per vocem significatur. Unde dicitur multiplex accipitur. Vno modo ut idem est quod dicitur et cum dicitur dyaletica dicitur a dya. l. dicitur. Secundo modo idem est quod dicitur dicitur ut cum dicitur predicatum dicitur de subiecto. Tertio modo ut idem est quod dicitur et istis modis non capitur hic. Quarto modo capitur ut idem est quod per voces significatur et sic capitur hic. Vltimus est aduertendum quod duplex est complexio scilicet distans et indistans. Complexio distans est cuius extrema coniunguntur per copulam verbalem ut cum dicitur homo est albus. et dicitur distans eo quod extrema distans adiuucentem. vel eo quod multum distans tale complexum ab incomplezione. Complexio indistans est illud cuius extrema sine aliquo verbo vniuntur sibi inuicem. sed mediante alia coniunctione. Vel cuius vnum extremum habet rationem determinationis et aliud determinabilis. ut cum dicitur homo albus. Et capitur ibi complexio pro aggregatione plurium vocum significatarum quarum quilibet per se significat. Et ideo licet ista vox homo componatur ex litteris et sillabis: tamen proprie non dicitur complexa. Similiter quantum homo sit compositus ex pluribus partibus: tamen non dicitur significari cum completionem per hanc vocem homo. Unde hec distinctio ponitur hic aduertendum que sunt reponibilia in predicamento et que non. Unde illa que dicuntur cum completionem secundum quod huiusmodi non reponuntur in predicamento. quia non habent per se vnum conceptum nec per se vnum quidditatem. Duplicita tamen sunt complexa. quedam sunt complexa secundum vocem tamen que circumloquuntur nobis ad quod incomplezum im omnium. ut hoc complexum corpus animatum. et talia secundum significatum circumlocutionis bene reponuntur in predicamento quia significant vnum per se conceptum et vnam per se entitatem. Alia sunt complexa secundum rem et vocem simul et talia sunt duplicita. quia quedam sunt ex quibus non fit vnum nisi per accidens ut homo albus. Alia sunt ex quibus fit vnum per se ut distinctio et distinctum.

Tunc dicitur quod nulla complexa siue per se siue per accidens reponuntur in predicamento nisi secundum suas partes siue partes in predicamento reponuntur. sicut animal rationale secundum quod est distinctio non ponitur in predicamento nisi per animal quod ponitur tamen genus et rationale tamen differentia. Similiter homo albus non est

## De predicamentis.

in predicamento sed homo est in predicamento substantie et albedo in predicamento qualitatis. Dicitur autem incomplezorum quedam ponuntur in predicamento et quedam non ponuntur in sequentibus videbitur.

### Sciendum est secundo quod

consequenter auctor ponit secundam distinctionem que dicitur quintum antepredicamentum. Sed quia ipsa non potest cognosci nisi prius cognoscatur modi essendi in. et ideo auctor noster ponit illos modos antequam determinet de illa distinctione. Sunt igitur octo modi essendi in. ut patet in textu. Quorum sufficientia communiter assignatur sic. quod omne quod est in alio aut est in eo realiter idem. aut ab eo realiter differt. Si sit idem realiter hoc est dupliciter. aut est in eo per modum partis. aut per modum totius. Si per modum partis hoc est dupliciter. vel per modum partem integralis et sic est primus modus. Aut per modum partem subiective et sic est tertius modus. Si per modum totius hoc est dupliciter. vel per modum totius integralis et sic est secundus modus. Aut per modum totius vniuersalis et sic est quartus. Si realiter ab eo differt hoc est dupliciter. quod aut hoc est in eo actualiter aut virtualiter solum. Si actualiter hoc est dupliciter. quod vel dat esse illi in quo est et sic est quintus modus. vel non et sic est octauus modus. Si vero est in eo virtualiter hoc est dupliciter. vel est in eo sicut in causa producente et sic est sextus modus. vel sicut in causa non producente et sic est septimus modus. Non est autem hec distinctio vnum antepredicamentum. quia ipsa non immediate ordinatur ad cognitionem predicamentorum. sed ad cognitionem vniuersalem distinctionem antepredicamentalem. et ex consequenti ad cognitionem predicamentorum. Circa quam distinctionem est aduertendum quod differenter totum integrale est in suis partibus. et partes in toto. Totum enim integrale dicitur esse in suis partibus quia integratur ex ipsis. sed partes integrales sunt in toto quod materialiter componunt ipsum. Similiter etiam differenter genus est in specie et species in genere. Quia genus est in specie quidditative et in actu. Species autem in genere potest esse solum et non actu. Res vero dicitur esse in suo efficiente quod ipsum efficiens habet virtutem producendi ipsam. Res autem dicitur esse in suo fine. quod vnaqueque res in suo fine bonitatem vel malitiam accipit. In super est aduertendum quod quintus modus essendi in subdividitur in duos modos secundum quod duplex est forma scilicet substantialis et accidentalis. Et ita est vnum modus secundum quem forma substantialis est in materia sicut anima in corpore. Et alius est modus secundum quem forma accidentalis est in subiecto sicut albedo in pariete. Quod autem forma substantialis sit

in materia patet. quia illud quod dat esse alicui simpliciter est in eo cui dat esse. sed forma substantialis dat esse formale materie. ergo forma substantialis est in materia. Similiter forma accidentalis dat esse accidentale suo subiecto. ideo habet esse in subiecto. Et quis tam forma accidentalis et substantialis dant esse hoc tamen est diuersimode. quia forma substantialis dat esse substantiale et simpliciter. sed forma accidentalis dat esse accidentale et secundum quid.

### Sciendum est tertio quod

consequenter auctor ponit secundam distinctionem antepredicamentalem que dicitur quintum antepredicamentum dicens quod eorum que sunt que dam dicuntur de subiecto. in subiecto vero nullo sunt. Alia sunt que nec sunt in subiecto nec de subiecto dicuntur. Alia sunt in subiecto et de nullo subiecto dicuntur. Exemplum primi ut secundum de substantie scilicet homo animal et sic de alijs. Exemplum secundi ut prime substantie puta sortes plato et sic de alijs. Exemplum tertij ut vniuersalia accidentis puta albedo nigredo color et sic de alijs. Exemplum quarti ut accidentia particularia puta hec albedo hec nigredo et sic de alijs. Circa quod est aduertendum quod accipitur subiectum equivoce cuius additur huic quod est dicitur de. et cum additur huic quod est esse in. Unde dicitur de est aliquid enunciari quidditative de suo inferiori tamen de subiecto suo. Sed esse in est accidens esse in subiecto et predicari accidens taliter de subiecto. Unde substantie vniuersales ut homo animal et sic de alijs dicuntur de subiecto et non sunt in subiecto. Ratio primi est quia habent inferiora sub se de quibus essentialiter predicantur. ergo dicuntur de subiecto. consequentia patet per distinctionem huius quod est dicitur de. Secundum patet per primam proprietatem substantie que est ista. Comune est omni substantie in subiecto non esse. ergo secunde substantie non sunt in subiecto. Substantie vero particulares nec sunt in subiecto nec dicitur de subiecto. non enim sunt in subiecto eo quod sunt substantie. nec dicuntur de subiecto quia sunt substantie particulares. nullum autem particulare habet inferiora sub se de quibus essentialiter predicatur. Sed accidentia vniuersalia sunt in subiecto et de subiecto dicuntur. sunt enim in subiecto quia sunt accidentia. omne autem accidens habet esse in subiecto. Dicuntur etiam de subiecto cuius sunt vniuersalia. et omne vniuersale habet inferiora sub se de quibus essentialiter predicatur. Accidentia vero particularia sunt in subiecto eo quod sunt accidentia. et non dicuntur de subiecto eo quod sunt particularia. Et hac distinctio potest inferri quod vna de predicamento subiecti sunt entia extra alias. sic

## Tractatus tertius.

¶ non sunt accidentia ut conceptus vel voces. patet. quia si vniversalia de predicamento substantie essent accidentia sequeretur quod essent in subiecto. cum omne accidens sit in subiecto. hoc autem est manifeste contra diuisionem igitur etc.

Secundo potest inferri quod non solum termini sunt dicibiles. sed etiam res extra animam. Patet quia illa que dicuntur non sunt in subiecto. sed omnis terminus est in subiecto suo. ergo alia qua dicuntur que non sunt termini.

### Sed contra predicta ar

guitur Primo sic. Omne ens est incompletum. si multiter et omnis vox cum omne ens sit vnum. et omnis vox sit vna. ergo omne quod dicitur sine completionem tunc et sic dicitur mala. Secundo arguitur sic. canis dicitur et tamen non dicitur cum completionem eo quod non includit plures. nec sine completionem quod includit plura significata. ergo dicitur mala. Tertio arguitur sic. forma et materia opponuntur sicut actus et potentia. sed vnum oppositum non est in alio. ergo forma non est in materia. Quarto arguitur sic. omne subiectum est prius eo cuius est subiectum. sed inferius non est prius superiori. ergo inferius non est subiectum superiori. Quinto arguitur sic. singularia puta prime substantie ut sortes et plato dicuntur de subiecto ut patet dicendo sortes est sortes. plato est plato. et tamen non habent inferiora sub se. ergo diuisio mala.

**Ad rationes. Ad primam** dicitur quod negatur maior et distinguitur minor ut veritate simpliciter et sic negatur. vel veritate aggregationis et sic conceditur. Ad secundam dicitur quod canis proprie non est vox complexa cuius non habeat plures voces significatas. et quis significet plura tamen illa non se habent per modum determinantis et determinabilis. ideo non est vox complexa nec est vox proprie incompleta quia non significat mediante vno conceptu sua significata complexa vel incompleta. Ad tertiam dicitur distinguendo maiorem vel quoad suas rationes formales et large capiendo oppositionem et sic conceditur. vel quoad esse essentie et sic negatur. Ad quartam dicitur distinguendo maiorem vel subiectum accidentis et sic conceditur. vel subiectum superioris et sic negatur. Ad quintam distinguitur maior vel subiecti propositionis et sic conceditur quod singularia puta prime substantie dicuntur de subiecto. vel capiendo subiecti pro inferiori alicuius superioris et sic negatur.

Quando alterum de altero predicatur ut de subiecto que cuius de eo quod predicatur di-

cuntur: omnia de subiecto dicuntur ut sortes est homo homo est animal. ergo sortes est animal

Diuersorum generum et non subalternatum positorum diuersa sunt species et differentie. ut animalis et scientie que sunt diuersa genera. differentie enim animalis sunt rationale irrationale. diuiditur enim per has differentias ut animalium aliud rationale aliud irrationale differentie autem scientie sunt naturale morale et fermocionale. diuiditur enim scientia per has differentias. ut scientiarum alia naturalis alia moralis alia fermocionalis.

Circa hunc textum notandum est primo quod ad cognoscendum ordinem eorum que ponuntur in predicamento ponit autor talem regulam primam antepredicamentalem que dicitur esse secunda antepredicamentum scilicet Quando alterum de altero predicatur ut de subiecto queruntur de eo quod predicatur dicuntur omnia etiam de subiecto dicuntur. Que regula sic intelligitur quando sunt duo quorum vnus predicatur de alio ut de per se inferiori quidam essentialiter predicatur de predicato predicatur etiam de subiecto. Non enim ad hoc quod arguatur per hanc regulam sufficit quod in prima predicatione sit ordinatio secundum ordinem quomodo predicabilium: et in secunda sit predicatione essentialis et directa. sicut communiter dicitur: sed requiritur quod in vtraque proponere sit predicatione essentialis. et quod sit directa quia nulla predicatione indirecta proprie est essentialis. Quia autem non sufficit in prima predicatione predicatione ordinata patet quia solum illa que essentialiter predicantur dicuntur de subiecto. ut hic accipitur dicitur de subiecto. Quibus autem accidens predicatur de subiecto. non tamen essentialiter et sic non dicitur de subiecto ut ibi capitur dicitur de subiecto. Secundo patet quia hec regula datur ad cognoscendum essentialem ordinem eorum que ponuntur in genere scilicet ad cognoscendum quod si aliquid sit super-

## De predicamentis.

ius superiori essentialiter sit etiam superius in personam. ut si corpus est superius ad animal et animal ad hominem ergo corpus est superius ad hominem. Si ergo sufficeret ad arguendum per hanc regulam quod in priore propositione esset predicatio ordinata et in secunda essentialis tunc argueretur per hanc regulam. homo est albus album est coloratum. ergo homo est coloratum. et sic sicut coloratum est superius essentialiter ad album sic esset superius essentialiter ad hominem quod nullum concedit. Ex quibus debet sic intelligi hec consequentia non est bona homo est animal. animal est asinus. ergo homo est asinus. sed committitur fallacia accidentis. Sequitur secundo quod consequentia per dictam regulam illata est solus consequentia materialis eo quod non tenet in omnibus terminis simili forma arguendi retenta. Tamen per similem regulam potest fieri consequentia formalis tenens in omnibus propositionibus tam affirmatiuis quam negatiuis quorum vnus terminus minorum obseruato quod prima propositio sit affirmatiua et secunda vniuersalis formaliter vel equiuociter ipsa tamen non mutata secundum veritates et falsitates. sequitur enim formaliter homo est animal. omne animal est album ergo homo est albus. Similiter sequitur sortes est homo et nullus homo est asinus. ergo sortes non est asinus. Quia autem hec consequentie sint formales patet quia omnes tales reducuntur ad primam figuram sciendo de secunda propositione primam et conuerso. Sic arguendo. omne animal est albus homo est animal ergo homo est albus. Et secundum hunc modum arguendi huius regule dicunt alii qui quartam figuram silogisticam esse in qua medium in prima propositione predicatur et in secunda subicitur.

### Sciendum est secundo quod

hic consequenter autor ponit secundam regulam antepredicamentalem que dicitur vltimum antepredicamentum. et est talis. Diuersorum generum et non subalternatum positorum diuersa sunt species et differentie. Enimvero non est quia differentie excedit a potestate generis. ergo ad diuersitatem generum sequitur diuersitas differentiarum et specierum. Et debet intelligi de differentiis constitutiuis non diuisiuis. Genera enim subalternatum posita aliquando habent eandem differentiam ut corpus et animal habent corporeum. sed non habent eandem differentias diuisiuis sic quod ille differentie sint diuisiue generum subalternatum positorum. Unde aliqua dicuntur subalternatum posita dupliciter. Vno modo quia vnum continetur sub alio sicut animal sub corpore. Alio modo quia ambo continentur sub eodem tertio ut planta et animal sub corpore. Nec enim regula intelligitur de generibus non subalternatum

positis vtroque modo ita quod nec ambo continentur sub tertio nec vnum sub altero. Genera enim subalternatum posita secundo modo bene habent eandem differentias sicut corporeum et animatum continentur animali et plante. Et hoc inferitur quod hec regula valet ad cognoscendum differentias que ponuntur in diuersis predicamentis scilicet ad sciendum quod sub diuersis generibus debent ordinari diuersa species et differentie.

Unde secundum aliquos debet sic intelligi hec regula. impossibile est quod diuersorum generum generalissimorum sint eadem species et differentie vniuoce et diuisim siue secundum eandem rationem. Quis dicant quod diuersorum generum generalissimorum sint eadem species vniuoce et coniunctim accepte. Et dant exemplum sicut cenare secundum eundem conceptum simul habet reponi in diuersis predicamentis quia significat in sicut de sero comedere. ergo ratione vnius partis sui conceptus habet reponi in predicamento actionis. et ratione alterius partis habet reponi in predicamento to quando. et sic secundum eundem conceptum vniuoce et coniunctim diuersorum generum essent eadem species. Sed hoc est falsum. quia sola incompleta reponuntur in predicamento ideo solum primo et per se habet reponi in predicamento actionis et in quantum connotat illam actionem fieri in aliquo tempore habet reponi in predicamento quando. Et sic non valet eorum dictum scilicet quod diuersorum generum generalissimorum secundum eundem conceptum vniuoce et coniunctim acceptorum possunt esse eadem species et differentie. quod patet per simile quia album ponitur in predicamento qualitatibus per se. et tamen significat subiecti sed propter hoc non valet arguere quod habeat reponi in predicamento substantie. quia dicibilia sunt in genere ordinanda secundum sua significata et non con significata.

### Sciendum est tertio quod

circa predicta incidunt aliquae difficultates. Prima est vtrum iste conditiones sint sufficientes que communiter assignantur ad hoc quod aliquid reponatur in predicamento. scilicet quod sit vniuersale vel particulare et quod sit incompletum et ens extra animam. Et arguitur quod non. quia enti conueniunt iste tres conditiones. et tamen non reponitur in predicamento. ergo ille non sunt sufficienter assignate. Secundo sic arguitur probando quod sunt pauiores. quod diffinitio reponitur in predicamento et tamen est quid complexum. ergo ad hoc quod aliquid reponatur in predicamento non requiritur quod sit incompletum. Maior probatur quia diffinitio et diffinitus idem sunt. sed diffinitum reponitur in predicamento. ergo et diffinitio. Pro solutione est aduertendum quod solum vniuersale finitum et limitatum habet reponi in predicamento

Capitulum 3<sup>m</sup>

## Tractatus tertius

to, quia ens reale finitum dividitur in decem predicamenta. Et etiam quia distinctio et distinctus significant unam et eandem rem essentialiter tamē hoc est diversimode, quia distinctio significat explicitate illud quod distinctum significat implicite.

Dis visis dicitur ad dubium quod ille tres conditiones sunt sufficienter assignate capiēdo univiale ut dictum est, et particulare ut se extendit ad singulare. Et ad primam rationem dicitur negando maiorem, quia ens non est univiale finitum sed est indifferens ad finitum et infinitum ideo non reponitur in predicamento. Ad aliam dicitur negando maiorem, et ad probationem conceditur quod distinctum reponitur in predicamento et non distinctio. Et quia distinctio significat idem cum distinctio essentialiter non tamen sub eodem modo significandi quare non reponitur in predicamento nisi ratione suarum partium. Secunda difficultas est utrum aliquid idem possit esse in diversis generibus. Et videtur quod sic, quia scientia est in genere qualitatis et in genere relationis, quia secundum Aristotelem quinto metaphysice et septimo philosophorum, scientia est ad aliquid, ergo idem potest esse in diversis generibus. Preterea figura est in genere quantitatis quia geometria per se considerat quantitatem et considerat de figura, et etiam est in genere qualitatis ut postea videbitur, ergo aliquid idem est in diversis generibus. In oppositum est autem et omnes reales philosophi. Pro solutione ponuntur aliquae distinctiones. Prima distinctio est quod idem dicitur multipliciter, scilicet idem genere, idem specie, et idem numero. Et idem numero dicitur tripliciter, scilicet idem accidente, idem proprio, et idem distinctio. Secunda distinctio siue suppositio quod tot modis dicitur idem secundum se quot modis dicitur unum secundum se scilicet unum numero, unum specie, unum genere, unum proportionem. Dis visis respondetur ponendo duas propositiones. Prima est quod idem proportionem idem accidente et idem proprio possunt esse in diversis predicamentis. Probatur quia animal et color sunt idem proportionem quia huiusmodi ydemitas est in simili se habere, sicut enim color se habet ad albedinem ita animal ad hominem, et tamen animal et color sunt in diversis generibus non subalternatim positum. Similiter fontes et albedo sunt idem accidente, et fontes et risibile sunt idem proprio, et tamen manifestum est ea esse in diversis generibus igitur. Secunda propositio idem specie idem distinctio et similiter idem genere nullo modo sunt in diversis generibus generalissimis. Probatur quia ad essentialia speciei pertinet genus, ergo si idem specie vel genere esset in diversis generibus generalissimis ista ambo genera essent de eius essentialia, quod illud non esset idem essentialiter quod cum diversis generibus non subalternatim nihil est idem essentialiter

igitur. Quantus vero ad idem distinctio est per se notum, ergo propositio vera. Ad rationes in contrarium. Ad primam dicitur quod scientia equivoce habet reponi in predicamento qualitatis et relationis, quia secundum quod significat habitum in distinctio, scilicet habitum contentum sub ente causatus ab obiecto et potentia ex frequenti consideratione habet reponi in predicamento qualitatis, et secundum quod significat ymaginem ipsius scibilis siue similitudinem habet reponi in predicamento relationis, ideo idem univoce tantum non reponitur in diversis predicamentis. Ad secundam distinguatur maior quia figura potest capi dupliciter. Uno modo ut significat superficiem numeratam lineis, et tunc est in predicamento quantitatis. Alio modo capitur ut significat terminationem superficiem et linearum et sic est in predicamento qualitatis. Et sic patet quod non univoce habet reponi in diversis generibus.

### Sed contra predicta arguitur

Primo sic, non sequitur animal est corpus corpus est quantitas, ergo animal est quantitas et tamen arguitur per primam regulam conditi omnibus observatis, quia utrobique est predicatum essentialis, ergo prima regula est falsa. Secundo arguitur sic, si illa regula esset bona sequeretur quod quarta figura esset ponenda quia secundum illam regulam arguitur per dispositionem quartae figure, sed non est ponenda quarta figura, ergo etiam talis regula non est ponenda. Tertio arguitur sic, corpus est in genere substantie et tamen est in genere quantitatis ut inferius videbitur, ergo idem est in diversis predicamentis siue in diversis generibus non subalternatim positum, et per consequens secunda regula est falsa. Quarto arguitur sic, rationale est differentia animalis quia animal dividitur per rationale et irrationale, et etiam est differentia scientie, quia scientia dividitur in scientiam realem et rationalem, et tamen animal et scientia sunt diversa genera non subalternatim posita, ergo secunda regula est falsa.

### Ad rationes. Ad primam

dicitur et negatur quod arguatur per illam regulam, sed committitur fallacia equivocationis, quia diversimode accipitur corpus in prima propositione et in secunda. Ad secundam dicitur distinguendo consequentiam quia dupliciter potest intelligi quarta figura non esse ponenda. Uno modo quod non sit modus arguendi distinctus a prima figura capiēdo primam figuram stricte scilicet pro illa dispositione in qua medium subicitur in prima et predicatur in alia, et isto modo negatur quod quarta figura non sit ponenda. Alio modo intelligitur quod quarta figura non sit modus arguendi

## De predicamentis:

### tia cum sit prior alijs predicamentis.

Circa hanc tertium notandum est primo quod postquam autor determinavit de antepredicamentis hic consequenter in ista parte incipit determinare de ipsis predicamentis. Et dividitur hec pars in duas partes, in prima parte determinat de ipsis predicamentis in generali, in secunda vero de ipsis in speciali, secunda ibi. Substantia quod dividitur in duas, quia primo ponit unam definitionem, secundo ponit eorum exempla. Et ratio ordinis est quod antepredicamenta valent ad cognitionem predicamentorum immediate et a priori et sine ipsis non potest haberi completa et perfecta noticia predicamentorum, igitur autor immediate determinat de ipsis predicamentis in generali ponendo numerum ipsorum quia in hoc reddit auditores attentos ad audiendum.

Unde circa hanc divisionem conveniunt a se signatur sufficientia ipsorum predicamentorum et communiter a logicis sic assignatur. Quia omne dicibile in complexum ordinabile in genere vel est ens per se, vel ens in alio. Si ens in se sic est substantia. Si ens in alio hoc est dupliciter, quia vel est ens absolutum vel respectuum. Si absolutum hoc est dupliciter, vel consequitur substantiam ratione materie et sic est quantitas, vel ratione forme et sic est qualitas. Si sit ens respectuum hoc est dupliciter, quia vel dicit respectum substantie ad aliquid extrinsecum, vel respectum alicuius extrinseci ad substantiam. Si primum hoc est dupliciter, quia vel dicit respectum partium et sic est situs, situs enim dicit respectum partium substantie ad totum et ad locum, vel dicit respectum totum et hoc tripliciter, quia vel causatur a forma, et sic est actio, vel a materia et sic est passio, vel a toto composito et sic est relatio. Si dicat respectum alicuius extrinseci ad substantiam hoc est dupliciter, quia vel illud extrinsecum est adiacens intrinsecum, vel adiacens et applicatum simul. Si primum hoc est dupliciter, quia vel adiacet in motu et sic est quando, vel in quiete et sic est ubi, si sit adiacens et applicatum simul et sic est habitus. Et quod patet quod sunt decem predicamenta necesse plura neque pauciora.

### Sciendum est secundo quod

dicibile in complexum dupliciter accipitur. Uno modo generaliter pro omni illo quod per voces incompleta significatur eo modo scilicet quo capitur in prima divisione antepredicamentali, et hoc modo non dividitur dicibile in complexum in predicta divisione, eo quod chimera et multa alia sunt dicibilia in complexa que in nullo predicamento reponuntur. Alio modo capitur specialiter pro dicibili in complexum ordinabili in genere,

Quum que sunt nullas complexionem dicuntur singulum aut significat substantiam, aut qualitatem, aut quantitatem, aut ad aliquid, aut agere, aut pati, aut ubi, aut quando, aut situm esse, aut habere. Est enim substantia ut exemplariter dicatur ut homo et equus, quantitas ut bicubitum tricubitum, ad aliquid ut duplum triplum, qualitas ut albedo nigredo, ubi ut in loco est, quando ut heri fuisse, cras fore situm ut iacere sedere, habere ut armatum esse, calciatum esse, agere ut secare vrere, pati ut se cari vri. His habitis dicendum est de unoquoque predicamentorum et primo de substan-



## Tractatus tertius

et hoc modo dividitur in decem predicamenta:  
Similiter predicamentum accipitur duplici-  
ter. Uno modo pro tota coordinatione generis  
specierum et differentiarum. Alio modo pro pun-  
ctio illius coordinationis scilicet pro genere gene-  
ralissimo. et utroque modo sumendo predicamen-  
tum tantus sunt decem predicamenta que enume-  
rantur in textu. Unde illud est in predicamen-  
to substantie quod convenienter respondetur ad  
questionem factam per quid de prima substantia  
ut si queratur quid est fortis convenienter respō-  
detur est animal homo et corpus. Unde predi-  
camentum sic dicitur. Est genus generalissimum  
alicuius coordinationis. vel est ipsa tota coordi-  
natio. Unde omnia predicamenta et diabilia in  
ipsis reponibilia sunt incompleta quod patet  
diabulis rationibus. Prima est. illa sunt incom-  
pleta ex quorum completionem fit affirmatio et ne-  
gatio. sed ex completionem eorum fit affirmatio et ne-  
gatio. igitur ista sunt incompleta. Secunda ratio  
est omnis affirmatio est vera vel falsa et similiter  
negatio. sed nullum istorum est affirmatio vel ne-  
gatio. et per consequens quodlibet eorum est in-  
completum.

### Sciendum est tertio quod

circa predicta incidit aliquae difficultates. Pri-  
ma est verum divisio predicta scilicet illa. eorum que  
secundum nullam completionem dicuntur sit bene po-  
sita. Et videtur quod non. Tum primo quia multa  
sunt que secundum nullam completionem dicuntur  
ut materia et forma et tamen non significant sub-  
stantiam. Tum etiam quia ista divisio videtur  
dari de vocibus et non de rebus. cuius sole voces  
significant substantiam qualitatem aut substantiam  
tatem. Pro solutione huius ponuntur aliqua  
dicta. Primum est quod aliqua sunt que per se  
et directe reponuntur in genere sicut genera spe-  
cies et individua. Alia vero reductivae. et hoc mul-  
tipliciter. quia quedam reductuntur ut principia  
illius predicamenti sicut forma et materia et punc-  
tus sive unitas in predicamento quantitatis.  
Quaedam vero reductuntur ut partes integrales  
Quaedam vero ut privationes quia privatio ha-  
bet cognosci per habitum secundum quod dictum est.  
Unde nota quod hec divisio sic debet intelligi. eorum  
conceptuum sive obiectorum que obiecta secundum  
nullam completionem dicuntur id est secundum nul-  
lam completionem significantur. quedam signi-  
ficant substantiam. id est sunt substantia ut homo et  
substantia animal est substantia. Unde auctor no-  
stet et Aristoteles accipiunt ibi actum signatum  
pro actu exercito. et actuum pro passivo. et signum  
pro signato. Aliud dictum est quod in predicta  
divisione non capitur conceptus vel diabile in  
sua tota communitate. sed tantus capitur diabile  
pro diabili univoco incompleto et ente reali si-

mo et limitato. Dis suppositis dicitur quod pre-  
dicta divisio est bene posita sic intelligendo quod  
omne quod reponitur per se et directe in predica-  
mento significat substantiam quantitatem aut  
qualitatem et sic de alijs. id est substantia qualitas  
aut quantitas et sic de alijs. Sed de illo quod ponit-  
tur reductivae non oportet quod significet substantiam  
aut qualitatem aut quantitatem etc. sed sufficit  
quod significet partem vel principium aliorum. Et  
per hoc patet solutio ad primam rationem. Ad  
secundam dicitur quod hec divisio datur de rebus  
Et ad probationem cum dicitur quod soli voci con-  
venit significare conceditur quod soli voci vel con-  
ceptui convenit. sed ibi capitur actus signatus  
pro actu exercito et actuum pro passivo. Se-  
cunda difficultas est utrum deus sit in predica-  
mento. Ad hoc respondetur quod non est in predica-  
mento. et probatur primo sic. quia non est ens rea-  
le finitum et limitatum ergo etc. Tum etiam quia  
si esset in predicamento maxime esset in predica-  
mento substantie. sed hoc non quia secundum Augu-  
stinum secundo de trinitate capitulo quinto. de-  
us non nisi abusive substantia dici potest. ergo  
non est in predicamento substantie. Tum etiam quod  
vel esset prima substantia vel secunda. non pri-  
ma quia tunc primo substaret accidentibus. nec  
secunda quia tunc secundo substaret sed in  
deo nullum est accidens ergo etc. Tum etiam quod  
maxime proprium est substantie secundum sui muta-  
tionem esse susceptibilem contrariorum ergo con-  
venit omni substantie. sed illud deo non convenit  
ergo non est in predicamento substantie. Item  
si esset in predicamento vel hoc esset ut genus vel  
ut species vel ut individuum. Non primum quod non  
predicatur de pluribus differentibus specie. Non  
secundum quia tunc componeretur ex genere et  
differentia. sed nullum compositum ex genere et  
differentia est summe simplex et deus est summe  
simplex. ergo non componitur ex genere et diffe-  
rentia. et per consequens non reponitur in predi-  
camento ut species. Nec ut individuum quia ad  
hoc esset magis compositum cum individuum  
addit supra speciem differentiam individualementem

### Sed contra predicta ar-

guitur primo sic. ens unum bonum et reliqua  
transcendentia sunt diabilia incompleta et tamen  
non sunt in aliquo istorum predicamentorum et  
ergo divisio est insufficientis. Secundo argui-  
tur sic. deus est diabile incompletum particula-  
re. ergo est in predicamento. Tertio argui-  
tur sic. materia non est in predicamento et tamen sibi  
conveniunt omnes predictae conditiones assigna-  
tate. ergo ille non sufficit. Quarto argui-  
tur sic. genus et species sunt diabilia incompleta  
et tamen non sunt in aliquo istorum predicame-  
torum. ergo divisio est male assignata.

## De Substantia.

### Ad rationes. Ad primam

videtur quod non sunt in predicamento quia ut per  
victum est. omne quod reponitur in predicamento  
est finitum et limitatum. sed transcendens non  
sunt finitum nec limitatum sed abstrahunt a finito et  
limitato. ideo etc. Et per idem respondetur ad se-  
cundam negando consequentiam propter con-  
dem causam. Ad tertiam dicitur distin-  
guendo materiam vel per se primo et sic concedit  
vel reductivae et sic negatur. Ad quartam  
dicitur quod genus et species possunt capi dupliciter  
Uno modo fundamentaliter et pro per se denomi-  
natis. et sic per se reponuntur in predicamento.  
Alio modo formaliter et pro per se significatis  
et tunc non reponuntur in predicamento nisi for-  
te reductivae ut postea videbitur.

**S**ubstantia autem di-  
viditur per primam et  
secundam. Prima  
substantia est que proprie prin-  
cipaliter et maxime substare di-  
citur. vel prima substantia est  
que neque in subiecto est neque de  
subiecto dicitur. ut aliquis homo  
aliquis equus. Secunde sub-  
stantie sunt species in quibus  
sunt prime substantie. et harum  
specierum genera ut homo et  
animal. Est enim aliquis homo  
in homine qui est species. et ho-  
mo in animali quod est genus.

Individa substantie dicun-  
tur prime substantie quia pri-  
mo substant alijs. genera vero  
et species eorum dicuntur secun-  
de substantie. quia secundo sub-  
stant alijs. ut aliquis homo di-  
citur grammaticus et currens et  
animal et substantia. ergo homo  
dicitur grammaticus. currens

animal et substantia. Item  
ea que dicuntur de subiecto om-  
nia predicantur nomine et rati-  
one ut homo predicatur de sor-  
te et de platone. eorum vero que  
sunt in subiecto in pluribus qui-  
dem neque nomen neque ratio pre-  
dicatur de subiecto. ut hec albe-  
do vel hoc album. In aliquibus  
autem nomen nihil prohibet pre-  
dicari de subiecto. rationem ve-  
ro predicari de subiecto est im-  
possibile. ut album predicatur  
de subiecto. ratio vero albi nu-  
quam de subiecto predicatur.

Item secundarum substan-  
tiarum species est magis sub-  
stantia quam genus. quia species est  
propinquior prime substantie  
quam genus. et etiam quia pluribus  
substare. quibuscumque enim sub-  
stat genus et eis deus substare spe-  
cies. et cum hoc species substare  
ipsi generi. Sed species specia-  
lissime equaliter substare. et equi-  
liter sunt substantie ut homo  
equus et similia.

Circa hunc textum notandum est primo quod de-  
terminato de predicamentis in generali. consequen-  
ter auctor determinat de ipsis in speciali. Et pri-  
mo de substantia eo quod substantia tripliciter pre-  
cedit accidens. scilicet natura. diffinitione et tempore.  
Et primo determinat de ipsa diffinitione ponendo  
talem diffinitionem. Substantiarum alia prima  
alia secunda. Cuius ratio est quia omnis substā-  
tia aut est universalis aut particularis. Si parti-  
cularis sic est prima substantia. si universalis sic  
est secunda substantia. Et quo inferitur quod non sibi  
ponende tertie et quartae substantie. quia omnis

Tractatus tertius

Substantia secunda dicitur secunda propter hoc qd secundario substat accidentibus. Et ante hoc dicitur...

Inte prima substat...

inferior. Et in hac definitione subintelligit sub...

Sciendum est secundo qd

hic consequenter autor dicitur secundam sub...

Consequenter autor comparat secundas sub...

videt qd substat et magis substat...

De Substantia

substantie sed sic est de specie. nam si queratur...

Sciendum est tercio qd

hic consequenter autor comparat species adun...

Sed contra predicta ar

guitur primo sic genera generalissima dicitur...

Tertio arguitur sic secunde substantie non...

Ad rationes. Ad primas

conceditur maior et distinguitur minor vel qd...

Ad quartam conceditur ams et negatur con...

His visis dicendum est de co

munitatibus et proprietatibus

Substantie. Commune est omni substantie in subiecto non esse. quia esse in subiecto competit solum accidenti. Hoc patet in primis substantijs per definitionem prime substantie. In secundis autem patet inductione et silogismo. Inductione sic homo non est in subiecto. equus non est in subiecto. neque animal. et sic de singulis. ergo nulla secunda substantia est in subiecto. Silogismo sic nihil eorum que sunt in subiecto predicatur nomine et ratione de subiecto. sed omnis secunda substantia predicatur nomine et ratione de subiecto. ergo nulla secunda substantia est in subiecto. Hoc autem non est proprius substantie sed etiam differentie competit. et hoc intelligitur de differentijs substantie. Nec est instantia de partibus substantie que sunt in suo toto. et ideo videntur esse in subiecto. quia alius est modus essendi in ut accidentis est in subiecto. et alius sicut pars est in suo toto ut prius patuit.

Item omnibus secundis substantijs et differentijs earum convenit univoce predicari de primis. hec enim omnia predicantur de primis substantijs nomi-

ne et ratione quare univoce predicantur. Item omnis prima substantia significat hoc aliquid. id est individuum et unum numero. sed secunda substantia videtur significare hoc aliquid sub appellationis figura eo quod est in prima substantia. vel etiam de essentia eius. non tamen significat hoc aliquid. sed potius quale quid. siue quid commune non enim illud quod significatur per secundam substantiam est unius numero. sicut illud quod significatur per primam substantiam. Item substantie nihil est contrarium. sed hoc non est proprius substantie. quia non convenit soli substantie sed etiam quantitati et quibusdam alijs.

Circa hunc textum notandum est primo quod de terminato de substantia secundum se et quantum ad eius esse substantiale: consequenter determinat de ipsa secundum esse accidentale. Et ratio ordinis est quia substantia uniuscuiusque precedit accidenti ipsius substantie. quare determinatio de ipsa quantum ad esse essentiale convenienter determinatur de proprietatibus eius que sunt secundum quantum. Prima est commune est omni substantie in subiecto non esse. quare partem probat autor de primis substantijs per definitionem earum. de secundis vero probat inductione et silogismo ut clare patet intuenti. Deinde autem proprietates sic intelligenda. Commune est omni substantie esse per se et non esse in alio sicut accidentis in suo subiecto. Per hoc quod dicitur esse excluduntur non entia que quando non sunt in subiecto: tamen eis non convenit hec proprietates. Per hoc vero quod dicitur non esse in alio sicut accidentis in subiecto excluduntur accidentia. Et factis hec proprietates videtur esse negatua tamen per ipsas intelligatur.

una affirmativa que est. Commune est omni substantie esse per se nam esse per se est proprius modus ipsius substantie sicut esse in alio est proprius modus accidentis. Et quo patet quod nulla substantia predicatur denominative denominatio ne proprie dicta. Probatur quia quicquid predicatur denominative est in subiecto. sed nulla substantia est in subiecto. ergo nulla substantia predicatur denominative. Circa tamen hanc proprietatem advertendum est quod substantia accipitur dupliciter. Uno modo generaliter pro omni illo quod est reponibile in predicamento substantie siue directe siue indirecte siue per modum principij et differentie substantialis. et hoc modo materia et forma sunt substantie. Alio modo accipitur specialiter pro omni illo quod est reponibile in recta linea predicamentali solum et tunc differentie substantiales non sunt substantie. Hoc notato dicatur si capiatur primo modo tunc hec proprietates est proprius substantie quarto modo. patet quia convenit omni substantie soli et semper ergo est proprius quarto modo consequentia patet per locum a definitione. Dicitur secundo quod si capiatur substantia specialiter tunc hec proprietates est propria secundo modo eo quod convenit omni substantie et non soli etiam conveniat differentijs substantialibus ergo etc. Sed contra hoc instatur quia partes integrales substantie sunt substantia. et tamen sunt in subiecto ergo male dicitur. Commune est omni substantie in subiecto non esse. Ad hoc dicitur quod partes integrales licet sint in alio non tamen secundum illius modum essendi in quo aliquid est in subiecto sicut accidentis. sed bene sunt in subiecto secundum primum modum essendi in. Quibus autem hec proprietates sic proprie substantie secundum se accipitur: tamen non est communis omni substantie. id est substantie multiplicata per sua inferiora.

Sciendum est secundo quod

consequenter autor ponit secundam proprietatem substantie dicens. Commune est omnibus secundis substantijs et earum differentijs univoce predicari de primis. Cuius ratio est quia secunde substantie et differentie earum predicantur uno nomine et una ratione de primis ergo predicantur univoce. tenet consequentia per definitionem univoce. antecedens patet quia omnes secunde substantie et differentie earum sunt de ratione essentiali et quidditativa primarum. sed si dicantur ratione est predicari secundum esse essentiale et quidditativum. ergo secunde substantie et differentie earum predicantur ratione de primis.

Unde predicari univoce accipitur dupliciter. Uno modo generaliter ut est predicari uno nomine et una ratione siue predicatum sit explicativum subiecti siue non. et sic accidentia bene predicantur univoce de prima substantia. Secundo

modo accipitur ut est predicari uno nomine et ratione explicativa nature eius de quo predicatur. et sic nihil predicatur de primis substantijs univoce siue ratione nisi secunde substantie et differentie earum. Est autem hec proprietates substantijs universalibus propria quarto modo et propria primo modo substantie in communi. quia convenit soli et non omni cum non conveniat substantijs singularibus. sed est propria secundo modo secunde substantie universalis accipite specialiter per substantia universalis reponibili in recta linea predicamentali. Consequenter autor ponit tertiam proprietatem dicens omnis prima substantia significat hoc aliquid. id est unum numero siue individuum de genere substantie. Et ubi accipitur actus signat pro actu exercito quod nulla prima substantia significat hoc aliquid nisi nullus sit signus ad placitum inventus sed significatur per signa ad placitum inventa. Consequenter addit autor quod secunda substantia videtur hoc aliquid significare sub appellationis figura. tamen non significat hoc aliquid sed quale quid. id est non est individuum et singulare sed est quale quid. id est quidditativum et essentialiale dicitur de primis. Et ratio videtur hoc aliquid significare est ista. quia appellatur nomine substantie predicare sicut appellatur iocrate helen et ideo videtur secunda substantia hoc aliquid significare. non tamen videtur significare illud re qua appellatur. Et ratio est quod significare hoc aliquid est significare substantiam incommensurabilem. significare deo quale quid est significare substantiam commensurabilem que sequitur quod secunda substantia significat quod est quid et non hoc aliquid. Et semper in predicato debet capi actus signatus pro actu exercito.

Sciendum est tercio quod

consequenter in hac parte autor ponit quartam proprietatem substantie dicens quod substantie nihil est contrarium. id est una substantia non est alteri contraria. Probatur quia contraria possunt verificari de eodem successive. sed non sunt aliquae substantie que successive possunt verificari de eodem ita quod modo verificentur et postmodum non verificentur. ergo una substantia non est alteri contraria. Pro declaratione huius est advertendum quod substantia accipitur tripliciter. uno modo prout se extendit ad omne illud quod per se vel reductivum reponitur in predicamento substantie. Alio modo prout se extendit ad omne illud quod per se reponitur in predicamento substantie siue sit directe siue indirecte. Tertio accipitur magis proprie pro illo quod reponitur per se in recta linea predicamentali. Secundo est advertendum quod contrarietas rerum de qua est hic ad propositum accipitur tripliciter. Uno modo generaliter prout se extendit ad repugnantiam habitus et primariorum. et isto modo accipitur contrarietas cum dicitur quod panis

### Tractatus tertius

Ma rerum naturalium sunt contraria. Secundo modo ut se extendit ad repugnantiam duarum differentiarum ex opposito dividendum id est genus et sic accipitur contrarietas cum dicitur q in vno quodq genere est vna prima contrarietas id est est vna repugnantia duarum differentiarum ex opposito dividendum idem generis. Tertio modo capitur contrarietas pro repugnantia duarum formarum oppositarum mutuo se expellunt ab eodem subiecto. et hoc modo capitur hic. Dis notatis dicitur primo q si substantia et contrarietas accipiuntur primo modo substantia bene habet contrarium. Probatur q forma substantialis et primo illo modo contrariatur. Secundo dicitur q si substantia et contrarietas accipiuntur secundo modo substantia bene habet contrarium. patet quia due differentie dividentes idem genus isto modo sunt contrarie. Tertio dicitur q si substantia et contrarietas accipiuntur tertio modo tunc in substantia non est contrarietas. patet. quia in substantia non sunt forme actiue et passiuue mutuo se expellentes ab eodem subiecto. igitur.

#### Sed contra predicta arguitur

primo sic. proprium est substantie in subiecto non esse. ergo male dicitur q est commune. Secundo arguitur sic differentie substantie les non habent rationem cum earum non sit differentia. ergo male dicitur q predicantur nomine et ratione. Tertio arguitur sic. secunda substantia significat quicquid significat prima sed prima significat hoc aliquid. ergo secunda significat hoc aliquid. Quarto arguitur sic. ignis et aqua sunt substantie. et tamen ignis contrariatur aque. ergo substantie est aliquid contrarium.

#### Ad rationes. Ad primam

distinguitur antecedens vel substantie secundum se et secundum suam suppositionem simplicem. et sic conceditur. vel secundum suppositionem personalem et sic negatur. Ad secundam dicitur q ad hoc q aliquid predicatur vniuocis sine ratione non requiritur q habeat rationem siue definitionem. sed sufficit q sit essentiale illi de quo predicatur.

Ad tertiam dicitur distinguendo maiorem. vel de primario eius significato et sic negatur. Imo significat naturam communicabilem multis vel de secundario significato et ex consequenti. et sic conceditur. Ad quartam conceditur maior et distinguitur minor. vel secundum suas formas essentielles et sic negatur. vel secundum suas formas accidentales et sic conceditur. et ideo nihil est contrarium substantie per se proprie capienti do contrarietatem.

Item substantia non suscipit magis et minus. non enim dico q vna substantia non magis substatur q alia. sed dico q vnaqueq substantia secundum esse suum non intenditur neq remittitur. ut album quandoq est magis album quandoq minus album. sortes vero non est magis homo vno tempore q alio tempore. nec magis homo q plato

Item proprie proprium est substantie cum sit vna et eadem numero secundum sui mutationes esse susceptibilem contrariorum. ut idem homo aliquando est albus aliquando niger. aliquando calidus. aliquando frigidus. aliquando prauus. aliquando studiosus. Neq est instantia de oratione quando licet hec eadem oratio sortes sedet. aliquando est vera aliquando falsa. tamen hoc non est secundum sui mutationes secundum mutationem rei ut quia sortes sedet vel currit. Et ideo nota q verum et falsum sunt in rebus ut in subiecto et sunt in oratione ut in signo. Unde equiuocatur modus essendi in cum dicitur verum et falsum esse in rebus et in oratione. Similiter equiuocatur susceptibile cum dicitur res est susceptibilis veri et

### De Substantia.

falsi. et oratio est susceptibilis veri et falsi. sicut equiuocatur susceptibile cum dicitur vna est susceptibilis sanitatis. et animal est susceptibile sanitatis. Hec enim suscipit sanitatem quia significat eam. Illud vero quia est subiectum eius. Et ita hoc proprium non conuenit orationi sed soli substantie.

Circa hunc textum notandum est primo q de terminato de quatuor primis proprietatibus consequenter in hac parte auctor determinat de quinta dicens q substantia non suscipit magis nec minus. que sic exponitur de rebus. proprium est substantie. i. rei de predicamento substantie non suscipere magis et minus. i. non intendi et remitti seu in proprio suo esse perfecti vel imperfecti. Quicquid enim suscipit magis et minus oportet q sit diuisibile et q possit successive acquiri. cuius ergo omnis substantia secundum essentiam sit indiuisibilis et acquiratur in instanti sequitur q nulla substantia suscipit magis neq minus. Et si arguatur aliqua substantia est essentialiter perfectior alia et habet aliquos gradus perfectionales quos non habet alia. ergo suscipit magis et minus. Ad hoc respondetur concedendo q aliqua substantia est essentialiter perfectior alia. et negatur consequentia quia nulla talis substantia in suo proprio esse est intensa aut remissa. sed illam perfectionem quaz habet habuit dum primo incepit esse. ideo post suum esse non adueniunt illius gradus perfectionales et sic non suscipit magis neq minus. Unde suscipere magis est aliquid in suo proprio esse perfecti. Sed suscipere minus est aliquid in suo proprio esse imperfecti. Et causa suscipiendi magis et minus est latitudo graduum in forma. qui quidem gradus distinguitur ex natura rei ab ipsa forma. nec sic de essentia forme secundum se sed componunt ipsam formam. Potest autem hec proprietas logiciter exponi sic. Proprium est substantie id est dicibilibus de predicamento substantie non suscipere magis neq minus. Et debet hic accipi substantia ut dicitur a per se essendo. quia ut dicitur a per se substans bene suscipit magis et minus ut prius visum est.

#### Sciendum est secundo

q consequenter Petrus hispanus ponit sextam proprietatem substantie dicens. maxime proprium est substantie cum sit vna et eadem numero secundum sui mutationem esse susceptibilis contrariorum. Si hac autem proprietate quatuor tanguntur. Primum est q substantia est susceptibilis contrariorum. Et debet sic intelligi. Substantia est apta nata esse subiectum contrariorum et hoc successive. sicut homo est aptus natus esse subiectum albedinis et nigredinis virtutis et vitii que sunt forme contrarie. Secundum quod tangitur in hac proprietate est q substantia suscipiendo contraria manet vna et eadem numero. sicut idem homo successive potest esse bonus et malus albus et niger. Et ratio huius est quia omnia contraria sunt accidentia. ergo possunt adesse et abesse subiecto preter subiecti corruptionem. et per consequens idem subiectus numero est aptus natus suscipere contraria.

Tertium quod tangitur in illa proprietate est q substantia suscipiendo contraria mutatur. Et probatur sic. illud mutatur quod se habet aliter nunc q prius. sed quando substantia suscipit aliquid quod accidens contrarium illi q prius habuit aliter se habet q prius. sicut socrates aliter se habet quando est albus et quando est niger. ergo substantia suscipit contraria secundum sui mutationem. Quartum quod tangitur in illa proprietate est q esse susceptibile contrariorum est maxime proprium substantie. quod potest exponi dupliciter. Uno modo secundum illa dictio maxime potest teneri aduerbialiter. et tunc est sensus maxime proprium est substantie id est proprie proprium. Alio modo potest exponi secundum illa dictio maxime potest teneri nominaliter. et tunc est sensus proprium est maxime substantie id est proprie substantie. Unde hec proprietas conuenit tam primis substantiis q secundis. sed differenter eo q suscipere contraria primo et per se conuenit substantiis primis saltem actualiter. et ex consequenti secundis sicut homo non est albus nisi quia sortes vel plato est albus.

#### Sciendum est tercio q

circa predicta incident alique difficultates. Prima est vtrum orationi conueniat suscipere contraria. Et videtur q sic. quia verum et falsum sunt contraria. sed eadem oratio successive dicitur vera et falsa. ergo oratio suscipit contraria. Pro solutione huius est notandum q non est intentio auctoris negare mutationem ab oratione que nunc est vera et postea falsa. quia impossibile est q sit transitus a contradictione in contradictionem siue mutatione. nec etiam a



contrario in contrarium. si ergo oratio sit nunc vera et postea falsa oportet ea mutari. Sed vult qd ista mutatio non est primo in ipsa oratione sed in re. ita qd mutatio orationis presupponit mutationem rei. Et per hoc distinguitur a substantia. quia scdm sui mutationem et nulla alia mutatio ne presupposita ipsa substantia est susceptibilis eo contrario. Secundo advertendum est qd verum et falsum sunt in oratione vt in signo. et sic sunt formaliter relationem conformitatis et difformitatis ad rem. ita qd si oratio sit conformis rei tunc est vera. si vero difformis tunc est falsa. ideo non est intentio autors qd oratio non suscipiat contraria quia verum et falsum sunt contra-ria. et sunt in oratione sicut respectus contrarii in subiecto. sed vult vt pars dictam est qd oratio non suscipiat illa nisi aliquod aliud pars muta- tur. Dis notatis dicitur ad dubium qd oratio suscipit contraria sed non primo sed ad mutata- oem rei. cui ipsa res primo suscipiat contraria Et per hoc patet solutio ad objectionem. Sec- cunda difficultas est verum eadem oratio possit sine sui mutatione esse quandoq; vera et quan- doq; falsa. Et videtur qd non. quia transitus de contrario in contrarium non potest intelligi si- ne mutatione. et autors noster videtur hic negare orationem esse mutabilem sed dicit solam re mu- tari quando fit transitus de veritate in falsita- tem. sed transitus de veritate ad falsitatem est transitus de contrario in contrarium. ergo vide- tur qd oratio non suscipiat contraria sine sui mu- tatione. Secundo sic veritas et falsitas scdm se videntur esse contraria. ideo non videtur possi- bile qd eadem oratio transeat de veritate ad fal- sitatem sine sui mutatione. Ad ista simul dicitur qd non est possibile orationem transire de veritate in falsitatem vel e converso nisi fiat in ea mutatio respectiva scilicet conformitatis et dif- formitatis et per consequens veritatis et falsita- tis que consistunt in hac conformitate et diffor- mitate. tamen no est ibi aliqua contrarietas ab- soluta proprie. et istam solam intendit hic autors vult.

**Sed contra predicta ar- guntur** Primo sic. animal est animans planta scdm Boetium. ergo quedam substantia suscipit magis et minus ergo contra istam proprietatem Secundo arguitur sic. angeli sunt substantie et tamen non suscipiunt contraria. ergo hoc pro- pteritas non convenit omni substantie. Ter- tio arguitur sic. eadem superficies numero al- quando est nigra aliquando alba et tamen su- perficies no est substantia. ergo hoc proprietatis non convenit soli substantie. Quarto ar- guntur sic. corpus celeste non est susceptibile ad

variorum et tamen est vera substantia. ergo no convenit omni substantie suscipere contraria.

**Ad rationes. Ad prima** dicitur qd aliquid dicitur dupliciter animans aliter. Uno modo quia intentus est animatus et tunc animal non est animans planta. Alio modo quia in suis operationibus videtur pluribus potentijs anime et sic animal be- ne est animans planta. non tamen propterea sequitur qd suscipiat magis et minus quia non intenditur neq; remittitur. Ad secundam dicitur qd quidam angeli non suscipiunt contra- ria tamen susceptibiles sunt contrariorum quia sunt mutabiles de bono in malum. Ad ter- tiam dicitur qd superficies non suscipit albedine tanq; subiectum quod sed tanq; subiectum quo. debet enim intelligi qd esse susceptibile contrario rum tanq; subiectum qd fit proprium substantie Ad quartam dicitur qd corpora celestia sunt susceptiva differentiarum contrariorum vbi sunt scdm diversas differentias situs. et etiam susceptibilia sunt densitatis et raritatis.

**Quantitas aliud co-** **tinuum aliud discre-** **tum. Quantitas con-** **tinua est cuius partes copulan-** **tur ad eundem terminum com-** **muniem vt partes linee copula-** **tur ad punctum. Est autem dis-** **creta quantitas vt numerus et** **oratio. vnde due sunt species** **eius. non enim est in numero ali-** **quis terminus communis ad** **quem partes eius copulantur.** **vt in decem quinque et quinq;** **aut tria et septem ad nullum ter-** **minum copulantur sed semper** **discreta sunt. Est autem nume-** **rus multitudo ex unitatib; ag-** **gregata. similiter in oratione** **syllabe non copulantur ad ali-** **quem terminum comunem sed**

vnaqueq; separata est ab alia.

Et circa hanc tertium notandum est primo qd deter- minato de substantia consequenter. autors deter- minat de quantitate. Cuius ratio est quia quanti- tas immediatus inest substantie et alia acciden- tia. quia alia accidentia mediante quantitate in- herent substantie. ideo immediate post determi- nationem substantie autors determinat de quan- titate ponendo talem divisionem. Quantita- tis aliud est continuum aliud discretum. Et debet hoc divisio intelligi sic. Generis quantitates aliud est genus continuum aliud discretum. Et ponit- tur aliud in neutro genere propter duas causas. Prima est ad ostendendum qd hoc divisio non est in species specialissimas. Secunda est ad osten- dendum qd membra huius divisionis differunt essentialiter. aliud enim quod est neutri generis dicit diversitatem essentialem. Et huius di- visionis sic habetur sufficientia. quia omnis qua- titas denominat substantiam et est mensura ei. vel ergo denominat eam quantam et sic est quan- titas continua. vel quotam et sic est quantitas discreta. Unde quantitas in generali no dis- tinguitur in textu eo qd non habet unum denomina- tum sed duo scilicet quantum et quotum. Ac- cidentia autem non differunt nisi scdm qd de- nominant substantiam. Possit tamen sic diffini- ri quantitas est scdm quod quanti vel quoti di- cutur. Vel sic quantitas est eius mensuratio substantie. Et quantum diffinitur quinto metha- physice sic. Quantum est quod est divisibile in ea que sibi insunt quorum quodlibet natum est esse hoc aliquid. Consequenter autors noster diffi- nit quantitates discrete et dividit eam in numerum et orationes. Cuius divisionis ratio est. quia om- nis quantitas discreta est mensura alicuius rei. aut ergo illa res est permanentis et sic est nume- rus. aut successiva et sic est oratio. Unde nume- rus accipit unitatem et speciem ab ultima unita- te non tamen scdm se considerata. sed in ordine ad alias unitates. Quod autem numerus sit quan- titas patet quia scdm eum dicitur quoti et etia- convenienter respondetur ad interrogationem factam per quotum. nam si queratur quoti sunt homines intus convenienter respondetur decem vel viginti. numerus enim denarius mensurat decem homines et decem lapides. et sic de alijs.

Sciendum est secundo

q numerus potest capi tripliciter. Uno modo pro numero numerato. Alio modo pro numero numerante. Tertio modo pro numero formalis. Unde numerus numeratus sunt iste res que nu- merantur. et talis numerus non est in predicame- to quantitates nec forte in alio predicamento qd potest dici de obiectis predicamentis. et ille numerus vocat- transcendentis. Sed numerus numerans est ipsa anima que numerat effectiue ipsas res. Sed nu- merus formaliter sumptus est id quo formaliter numeramus aliquas res sicut vnus duo tres.

Et his inferuntur tres correlaria. Primum est numerus numeratus non est quantitas. proba- tur quia nullum transcendentis est species quan- titatis. sed numerus numeratus est transcendentis igitur et minor patet quia illud est transcendentis quod convenit enti anteq; descendat in decem pre- dicamenta. sed numerus numeratus est huius modi ergo est transcendentis. minor patet qd ipse- enti conveniunt sex passionibus anteq; descendat in decem predicamenta. et ille sunt numerus nu- meratus igitur correlarium verum. Secundo inferitur qd numerus numerans non est in predi- camento quantitates. probatur quia anima est numerus numerans sed anima non est quanti- tas. ergo numerus numerans no est in predicame- to quantitates. Tertio inferitur qd numerus formaliter acceptus scilicet pro illo quo forma- liter numeramus substantiam materialem est in predicamento quantitates. probatur quia omne illud est in predicamento quantitates quod de- nominat substantiam quotam. et per qd conveni- enter respondetur ad interrogationem factam per quotum. sed numerus formalis est huiusmo- di. ergo numerus formaliter acceptus est speci- es quantitates. minor patet quia per numerum formaliter acceptum nos dicimus quoti. et simi- liter cum queritur quoti sunt homines intus re- spondetur decem.

Sciendum est tercio qd

oratio capitur multipliciter. Uno modo pro se- cunda intentione fundata super aliquo signo complexo et sic oratio non est in predicamento quia non est ens reale. Alio modo pro oratione que est signum mentale vel scriptum et sic est in predicamento qualitatis. nam si sit conceptus est in prima specie. si sit vox est in secunda et hoc si accipiatur pro voce solum vel scriptura solum. quia si acciperetur pro aggregato ex voce et sig- nificatione simul sic esset ens per accidentia et no haberet reponi in aliquo predicamento. Et hoc inferitur qd termini non sunt in aliquo predi- camento vt sunt signa. probatur quia termini vt accipiuntur pro vocibus vel conceptibus vel q

Tractatus tertius

Scripturis dicitur et sic omnes termini mundi erunt in predicamento qualitatis. vel capitur p voce et conceptu seu ratione significandi et sic sunt entia per accidens quia illo modo est quid aggregatum ex voce que est ens reale et ratione significandi que data est ab intellectu. sed ens p accidens non habet reponi in aliquo predicamento. ergo sequitur q termini non habent reponi in predicamento. sed solum ipse res sunt in predicamento et non termini. Secundo accipitur oratio pro mensura sillabarum vocis. et illo modo oratio e species qualitatis. patet q e mensura sillabe longe vel brevis q est quantitas. Nam si qratat quata e hoc sillaba puenit ridentur breuis vel longa. Qe sic discreta patet q partes eius ad nullum terminum comunem copulantur sed manent separate et distince ab invicem. captant tamen unitatem et formam per aggregatio nem ipsarum inter se. conueniunt enim numerus et oratio in hoc q utriusq incipit ab indivisibili. scilicet numerus ab unitate. et oratio a littera. Unde oratio non est ipse littere sed est mensura intrinseca ipsarum litterarum. Unde non incedit autor noster dicere q sic sillabe sint partes orationis que est quantitas. sed ex hoc q sillabe non copulantur ad aliquem terminum comunem quia partes orationis que est quantitas habent esse subiectivum substantivum. et ideo si sillabe no copulantur ad terminum partes orationis que est quantitas non copulantur ad terminum comunem. Sed circa predicta mouentur alia qua dubia. Primum est que est ratio scdm quas quantitas dicitur de omnibus speciebus. et utq vniuoce dicitur de continua et discreta. Et videtur q non quia per prius dicitur de vno mēbro q de alio. ergo sequitur q non vniuoce. Et hoc confirmatur. quia omne vniuocum est prius diuisendum q diuisendum. Et per oppositum equiuocum est prius diuisendum q diuisendum. S; prius autor noster notificat quantitatem per diuisiōnem q per diuisiōnem. ergo videtur q nō sit vniuocum nec per consequens genus. Pro solutione huius notandum est q quantitas continua et discreta possunt comparari ad suum genus commune qd est quantitas. et sic neutra eorum est prior quantitate continua. nam ratio mensurandi non attribuitur quantitati continue nisi ratione quantitatis discrete. sicut vna non mensurat pannum nisi ex hoc q tocens replicatur supra pannum ideo vine non competit ratio mensure nisi ratione quantitatis discrete. Dis dicitur inferuntur duo correlata. Primum est q quantitas vniuoce dicitur de quantitate continua et discreta. patet quia est genus respectu ipsarum ergo vniuoce predicatur de ipsis Secundum correlatum est q ratio mensure nō est ratio quantitatis ut est genus. patet quia illa

ratio per prius conuenit quantitati discrete q continue et per discretam continue. sed ratio generi non conuenit per prius vni suarum specierum q alteri. nec vni per alteram. ergo sequitur q ratio mensure non est ratio quantitatis scdm quas et tribuitur ratio generis. Ad primam partem ergo dubij dicitur q ratio diuisibilitatis que est rationis eiusdem in partes est propria ratio quantitatis sibi conueniens inquantis et attribuitur ratio generis. et vniuoce conueniens omnibus suis speciebus. qd patet ex quinto metaphisice vbi dicitur eo modo quo genera diuisiuntur et hoc quantum est qd est diuisibile in ea que in sunt quorum singulum nati est esse hoc aliquid id est potest diuidi in partes eiusdem rationis. Et quibus dicitur potest haberi q prima ratio quantitatis est de se habere partes integrales. Alio modo patet quia quantitas continua et discreta non diuisiuntur per mensuram sed partes scdm q copulantur ad inuicem et non copulantur ergo per se conuenit eis esse partibile seu diuisibile. Item quinto metaphisice peues rationes diuisibilitatis sumuntur species quantitatis quia diuisibile in non continua est oratio. et in continua sunt alie species quantitatis. ergo ratio diuisibilitatis est propria ratio quantitatis. Secunda difficultas est vtrum oratio sit species quantitatis discrete. Ad istas difficultates respondetur diuersimode. Quidam enim dicunt q oratio non est species quantitatis distincta distinctione formali a numero. sicut similitas a curuitate. ita q numerus dicit multitudinem discretorum. et oratio dicit talem multitudinem in determinata materia scilicet in voce prolata. sicut similitas dicit curuitate in determinata materia scilicet in naso. Et ad Aristotelem dicunt q ipse loquebatur scdm opinionem tunc famosam et non scdm suam propriam opinionem quia ut dicit comentator Aristoteles in logicis non reprehendit opinionem falsam antiquorum propter eius inuentures. sed in philosophia et metaphisica dum deuentus est in experientiam reprehendit falsas opiniones. Et hoc confirmant per Aristotelem quinto metaphisice diuisiōnem quantitate in multitudinem et magnitudinem. et subdiuidit magnitudinem et non multitudinem. quare ibi videtur q multitudinis non sit nisi vna species. Quibus etiam rationibus probant. quia omnis quantitas discreta denominat substantiam quotam. sed oratio non denominat orationem quotam. ergo oratio non est quantitas discreta distincta a numero. et probatur minor quia oratio est mensura sillabe breuis vel longe. sed sillaba non est substantia. ergo sequitur q oratio nō est mensura substantie. Preterea omne accidens predicatur denominante de prima substantia dum tamen in concreto

oratio oratio est species quantitatis discrete et distincta a numero

De quantitate.

significatur. sed hoc modo non potest predicari de prima substantia ergo oratio non est quantitas discreta. Et sic modus dicendi e q oratio e species quantitatis distincta a numero et tempore ut dicit autor et etiam Aristoteles. Et q distinguatur a tempore patet quia tempus est mensura continue. ratio vero discreta. Item tempus mensurat motum. oratio vero non sed mensurat voces proferitas. Sed q distinguatur a numero patet distinguendo quia duplex est multitudo sonorum distinctorum in oratione prolata. nam quosdam est quorundam distinctiōnem acceptorum in se et per modum permanentium. alia est distinctiōnis sonorum cum successione vnus ad alterum et talis vocatur oratio. Et licet successio sit differentia materialis circumloquitur tamen differentia formalis. Et ad argumenta alterius opinionis respondetur negando minorem quia licet oratio que est quantitas non habeat concretum visitatum propter penuriam terminorum. tamen non prohibet quin possit predicari si haberet concretum visitatum. Immo argumenta eorum deducunt ad oppositum. et hoc sic omnis quantitas discreta denominat substantiam quotam vel predicatur denominante de prima substantia. sed oratio est quantitas discreta quia scdm eam non distinguitur a numero. ergo oratio denotat substantiam quotam vel predicatur denominante de prima substantia qd ipsi negant. et sic argumenta ipsorum concludunt contra ipsos. Et ad Aristotelem dicitur q verum est q non subdiuidit multitudines. sed locus ab automata nō tenet negatur. et ibi expresse probat orationem esse speciem quantitatis distinctam a numero et sic patent rationes ab vtraq parte. Sed contra predicta arguitur primo sic. omne predicamentum habet vnum modum predicandi de prima substantia. sed quantitas non habet vnum modum predicandi de ipsa. ergo non est vnum predicamentum. Secundo arguitur sic. numerus non est ens absolutum ergo non est species quantitatis. antecedens probatur quia numerus est multitudo sed multitudo est relatio cum multum sit respectum. ergo numerus non est ens absolutum. Tertio arguitur sic. omne accidens habet vnum subiectum. sed numerus non habet vnum subiectum. ergo numerus non est accidens. Quarto arguitur sic. oratio ut hic accipitur e solum mensura vocis prolata. sed vox prolata non est substantia. ergo oratio ut hic sumitur nō est mensura substantie et per consequens est quantitas.

Ad rationes. Ad primam

dicitur concedendo maiorem et negando minorem quia habet vnum modum predicandi scdm rem scilicet predicari in quantum. et ille modus dicitur in duos modos predicandi speciales scilicet in quotam et in aliam modum predicandi di cui non est nomen impositum ideo loco illius accipimus modum predicandi generalem scilicet modum predicandi in quantum. Ad secundam dicitur negando antecedens. et ad probationem dicitur q multum accipitur dupliciter. Uno modo fundamentaliter scilicet pro illo qd est multum et sic multum non est relatum. alio modo accipitur pro respectu ad aliud et form aliter et sic multum est relatum et multitudo est relatio. Ad tertiam dicitur q non oportet omne accidens habere vnum subiectum numero sed sufficit q habeat vnum subiectum aggregatum ideo non est inconueniens q maior sit unitas in accidente q in subiecto. Ad quartam dicitur concedendo maiorem et minorem scdm qd distinguitur. vel primo et per se et sic conceditur. vel ex consequenti et sic negatur. et eam quia illud quod est mensura accidentis est mensura illius in quo est tale accidens. et etiam non est de ratione quantitatis q sit mensura substantie sed q sit diuisibilis in partes quarum quilibet apta non est esse hoc aliquid.

Quantitatis continue. alia linea. alia superficies. alia corpus. alia tempus. alia locus. vnde quinq sunt species eius. q autem linea sit quantitas continua patet. quia partes eius copulantur ad aliquem terminum comunem puta ad punctum. et partes superficiei ad lineas. partes corporis ad superficies. partes autem temporis ad nunc ut preteritum et futurum ad presens. partes autem loci ad eundem terminum copulantur ad quem corporis particule.

Circa hunc tractum notandum est primo q de terminato de quantitate discreta: consequenter autor determinat de quantitate continua ipsam b. iij.

quando oratio similis pronomena syllabam sine a syllabam

multitudo

ad ab antiquitate dicitur vniuoce de suis syllabam

ad que oportet ad se in magis de substantia est prior

quantitas de vniuoce sequitur continua de certa

Tractatus tertius

hic diffinitio. Quantitas continua est illa cuius partes copulantur ad aliquem terminum comm...

Unde linea diffinitur sic. est longitudo sine latitudine et profunditate cuius extremitates sunt duo puncta.

Sciendum est secundo q superficies est longitudo cum latitudine et sine profunditate cuius extremitates sunt due linee.

Sciendum est tertio q consequenter autem determinat de quantitate que dicitur mensura extrinseca eo q talis mensura non erit subiective in suis mensuratis.

in actu et in potentia. Consequenter autem ponit diffinitionem corporis que est. Corpus est longitudo cum latitudine et profunditate cuius...

Sciendum est tertio q consequenter autem determinat de quantitate que dicitur mensura extrinseca eo q talis mensura non erit subiective in suis mensuratis.

De quantitate.

Species quantitas. Quarto arguitur sic. tempus est quantum per motum. ergo si tempus esset quantitas a fortiori motus et per consequens essent sex species quantitates continue.

Ad rationes. Ad primam dicitur q perfectum et imperfectum in eadem specie non variant speciem. sed in tantum perfectum et imperfectum.

Sed contra predicta arguitur primo sic. perfectum et imperfectum non variant speciem. sed linea superficies et corpus non differunt nisi per perfectum et imperfectum.

Ad rationes. Ad primam dicitur q perfectum et imperfectum in eadem specie non variant speciem. sed in tantum perfectum et imperfectum.

Ad secundam negatur antecedens. et ad probationem negatur maior. quia non oportet q omne accidens habeat subiectum adequatum sic q in eodem subiecto non sint alia accidentia.

His visis dicendum est de communitatibus quantitates. Prima communitas est. quantitati nihil est contrarium. ut bicubito tricubito. vel superficie nihil est contrarium.

Handwritten marginal notes on the right side of the page, including 'Ad rationes' and other commentary.

Handwritten marginal note on the left side of the page.

Handwritten marginal note on the left side of the page.

Handwritten note at the bottom of the page: 'Sciendum est tertio q'.

le dici. ut vnus numerus e equalis vel inequalis alteri numero et vnus corpus est equalis vel inequalis alteri lineae.

Circa hunc textum notandum est primo qd de terminato de quantitate scdm se et absolute: hic consequenter auctor determinat de ea quantum ad eius proprietates que sunt tres. Quarum prima est quantitati nihil est contrarium qd contraria sunt forme actiue et passiue adinuicem sed quantitates non sunt contrarie. Potest tamen dupliciter intelligi qd quantitati nihil est contrarium. Vno modo qd nihil sit ei contrarium per accidens et sic in quantitate reperitur contrarietas qd superficies alba per accidens contrariatur superficiem nigre. Alio modo potest intelligi qd nihil contrariatur ei per se accipiendo contrarietates pro repugnantia duarum differentiarum idem genus diuisentium. vel pro repugnantia priuationis et habitus. vel etiam pro repugnantia perfecti et imperfecti et sic in quantitate reperitur contrarietas. Si vero capiatur contrarietas proprie pro repugnantia formarum actiuarum et passiuarum sic in quantitate non est contrarietas. et hoc modo accipitur contrarietas. ut predicta proprietate.

Consequenter auctor ponit secundam proprietatem que talis est. Quantitas non suscipit magis neq; minus. Patet. quia vna linea non e magis linea qd alia. nec vna superficies e magis superficies qd alia. neq; magis quantitas qd linea quia vnus sit maior et alia minor. Unde magis et minus et maius et minus differunt. quia suscipere maius et minus est suscipere maiorem extensionem vel minorem partium quantitatis ita qd illud est maius quod est plus extensum. Suscipere autem magis et minus est in suo proprio esse et substantiali perfecti et imperfecti. Et quibus quantitas suscipit maius et minus ut dictum est: tamen non suscipit magis et minus. Sunt autem iste due proprietates proprie quantitati secundo modo eo qd conueniunt omni quantitati sed non soli.

Sciendum est secundo qd tertia proprietate quantitates est. Proprium est quantitati scdm eam equalis et inequalis dici. ut patet ex communi vsu loquendi. cum enim aliqua duo eiusdem sunt quantitates dicimus qd sunt equalia. cum vero sunt diuersarum quantitates dicimus ea esse inequalia. Equalitas enim et inequalitas sunt relationes fundate in quantitate.

Unde in predicta proprietate hec prepositio scdm potest dici duplicem habitudinem. vno modo potest dici duplicem habitudinem cause formalis ita qd sit sensus. proprium est quantitati scdm esse formaliter equalis et inequalis. sed hoc est falsum quia scdm quantitates non dicuntur equalis formaliter cum equalitas sit relatio qua formaliter dicuntur equalis. Alio modo potest dici habitudinem cause efficientis et sic est verum qd dicuntur scdm quantitates equalis vel inequalis esse fecerunt.

Unde aduertendum est qd equalitas vel inequalitas non est passio quantitatis. quia omnis propria passio est idem realiter cum suo subiecto. sed equalitas vel inequalitas non est idem realiter cum suo subiecto sed eius quantitate ergo sequitur qd non est propria passio quantitatis. minor patet quia quecuq; per se ponitur in diuersis predicamentis distinguuntur realiter sed equalitas et inequalitas reponuntur in predicamento relationis et non quantitatis ergo distinguuntur realiter a quantitate. Sed quid dicendum ad auctorem et Aristotelem dicentes qd equalitas et inequalitas est passio quantitatis. Dicatur qd voluerunt solimodo per equalitates et inequalitates circumloqui propriam passionem quantitatis. et posuerunt actum pro aptitudine ideo conuenit quantitati quia scdm eam aptitudinaliter dicatur equalis vel inequalis. et talis relatio aptitudinalis non distinguitur realiter a suo fundamento quia implicat contradictionem qd sit quantitas et qd non sit talis aptitudo ad dici equalis vel inequalis.

Sciendum est tercio qd

preter has diuisiones habitas de quantitate est vna alia talis. Quantitatum alie sunt quantitates per se. et alie per accidens. Unde quantitates per se sunt iste de quibus iam determinatum est et habent directe ponit in predicamento quantitatis. Sed quantitates per accidens est illa que non habet per se reponi in predicamento quantitatis. sicut album est quantitas per accidens. qd quantitas fuerit superficies tantum album fore dices. ergo si superficies est longa et lata vel mensurat scdm longitudinem et latitudinem sic etiam album erit longum vel latum. Sed hoc qd est esse longum et latum non est de ratione albi. Quis repugnat sibi esse sine quantitate. et ideo album est quantitas per accidens quia est mensura substantie per superficiem. quia non dicimus album esse longum vel latum nisi quia superficies est longa vel lata. et similiter non dicimus actionem esse longam nisi quia tempus in quo fit talis actio est longum. Et si arguatur qd albedo non distinguitur realiter quantitati. quia illa non distinguitur realiter que non possunt separari et separatum conseruari. sed albedo et quantitas sunt

huiusmodi ergo non distinguuntur realiter. Ad hoc dicitur qd propter distinctionem realitatis aliquorum non valet inferri possibilitas separationis quia adhuc illo stante ipsa habent necessariam dependentiam adinuicem. et probatur qd distinguuntur realiter quia que sunt in diuersis predicamentis distinguuntur realiter. sed albedo et superficies sunt in diuersis predicamentis. ergo distinguuntur realiter. maior est nota ex primo posteriorum. et minor per se est manifesta ergo conclusio vera.

Sed contra predicta arguitur

Primo sic. locus sursum et locus deorsum contrariantur cum sub eodem genere maxime distant. ergo in quantitate est contrarietas. Secundo arguitur sic. inequale suscipit magis et minus. et tamen inequale est quantitas. ergo quantitas suscipit magis et minus. Tertio arguitur sic. equalis dicitur scdm virtutem et in equalis. ergo hec proprietate conuenit alijs a quantitate. antecedens patet quia homines potentes portare idem pondus dicuntur equalis virtutis. Quarto arguitur sic. in quantitate est motus ergo in quantitate est contrarietas. consequentia patet quia omnis motus fit de contrario in contrarium.

Ad rationes. Ad primam

negetur antecedens. et ad probationem distinguitur consequens. vel qd maxime distant distantia formalis et sic negetur. vel locali et sic conceditur. modo illa distantia non sufficit ad contrarietatem. Ad secundam dicitur qd equalis vel inequale accipitur dupliciter. Vno modo per fundamentum et sic equalitas suscipit magis et minus. Alio modo accipitur formaliter pro ipsa equalitate et hoc modo non suscipit magis et minus.

Ad tertiam negetur antecedens. et ad probationem distinguitur consequens. quia duplex est equalitas. Quedam est equalitas motus siue magnitudinis. Alia est equalitas virtutis. et a prima res dicuntur equalis scdm talem equalitatem motus vel magnitudinis. ab equalitate vero virtutis bene dicitur aliqui equalis equalitate. hic autem accipitur equalitas pro equalitate motus et non pro equalitate virtutis.

Ad quartam conceditur antecedens et distinguitur consequens vel capiendo contrarietates proprie et sic negatur. vel generaliter et sic conceditur. ut visum est in primo notabili.

De aliquid vero talia dicuntur quecuq; hoc ipsum quod

sunt aliorum dicuntur vel quomodolibet aliter ad aliud ut duplum dimidij duplum. et dimidium dupli dimidium. pater filij pater. filius patris filius. et maius minore maius. et minus maiore minus. vel sub habitudine alterius casus ut similis simili similis. vicinus vicino vicinus. Relatiuorum tres sunt species. quedam dicuntur scdm equiparantiam ut quecuq; eodem nomine dicuntur ut similis simili similis. et equalis equali equalis. et vicinus vicino vicinus. Alia scdm suprapositionem dicuntur ut duplum tripulum quia ista supraponuntur alijs sicut dominus seruo supraponitur. Alia vero scdm suppositionem ut seruus domino supponitur et filius patri et dimidium duplo: duplo dimidium.

Circa hunc textum notandum est primo qd de terminato de quantitate consequenter auctor determinat de relatione. Et quibus ordine perfecti onis qualitas precedit ad aliquid eo qd qualitas est ens absolutum ad aliquid vero respectu unum. et etiam multe relationes fundantur in qualitate. tamen auctor noster doctrinam Aristotelis insequens prius determinat de ad aliquid qd de qualitate. Cuius ratio est quia ut communiter dicitur plures relationes fundantur super quantitatem et qualitatem qd super quibusq; alijs predicamentis. relationes autem habent cognoscere per fundamenta et terminos ideo ordine doctrinæ ad aliquid sequitur quantitatem et precedit qualitatem. Unde hoc predicamentum conuenientius nominatur hoc nomine ad aliquid qd hoc nomine relatio vel hoc nomine relatiuus

Quo dicitur magis minus



Et ratio est quia natura eorum que sunt in hoc predicamento est esse dependens ad aliud tanquam ad terminum. sed talis dependentia magis explicita significatur per ad aliquid quam per relationem vel relatum eo quod hoc prepositio ad significat dependentiam. et hoc nomen aliquid significat casum significat terminum alius dependentie. Et quoniam in rei veritate ad aliquid non fit predicamentum est sit quoddam complexum vel ens per accidens: tamen circumloquimur nobis ali quod predicamentum gratia cuius diffinitur in textu sic. Ad aliquid vero talia dicuntur que cuiusque hoc ipsum quod sunt aliorum dicuntur. i. referuntur vel quomodolibet aliter ad aliud. Que diffinitio habet sic ex. ont. talia id est illa dicuntur ad aliquid id est referuntur ad aliud quecumque id est que hoc ipsum quod sunt aliorum dicuntur id est referuntur ad aliud sub habitudine obli qui casus ut genitivi datus accusativi vel ablativi. Conuenit autem relatiuis hec diffinitio tam secundum esse quam secundum dici. Unde relatum secundum dici est quod de suo principali significato non importat relationem. Relatum vero secundum esse est quod de suo principali significato et totali importat relationem. Et est duplex. nam quoddam est relatum secundum esse reale quod scilicet potest esse circumscripto omni opere intellectus. Aliud est rationis quod scilicet de principali significato importat relationem que dependet ab intellectu secundum esse et conseruari sicut sunt secunde intentiones. Relatum autem reale est duplex. quoddam est appetitum sine fundamentale et tale semper requirit terminum in appetitum et predicatur de suo fundamento necessario et per se non differt realiter ab eo. Aliud est relatum actuale quod scilicet importat relationem que requirit actu fundamentum et terminum et tale predicatur contingenter de suo termino. Et illud adhuc est duplex quia quoddam est extrinsecus adueniens. Aliud est intrinsecus adueniens. Unde relatio intrinsecus adueniens est que necessario ponitur positus fundamento et termino in quacumque distantia ponatur. ut positus duobus alibi in quacumque distantia immediate confurgit relatio que est similitudo. Et dicitur intrinsecus adueniens quia insequitur naturam fundamenti et termini. Relatio vero extrinsecus adueniens est que non necessario ponitur positus fundamento et termino sed aliquid aliud requiritur ut posita potentia actus ignis et in potentia passiva stuppe non immediate ponitur actio sed adhuc requiritur approximatio adiuuicem.

Sciendum est secundo quod ad hoc quod aliquid relatum sit in hoc predicamento reponibile requiritur primo quod sit relatum secundum esse. Secundo quod importet relationem

realem. Tertio quod illa relatio sit actualis. Quarto quod sit intrinsecus adueniens. Quinto quod a suo fundamento realiter distinguatur. Per primas autem excluduntur omnia relata secundum dici. Per secundam vero omnes secunde intentiones. Per tertiam omnes relationes fundamentales siue appetituales et tales sunt eiusdem predicamenti cum suis fundamentis. Per quartam autem excluduntur sex vitia predicamenta que important relationes extrinsecus aduenientes.

Relativa autem in textu diuiduntur sic. Relatiuum alia sunt equiparantie. alia suppositi onis. alia suprapositionis. Cuius diuisionis ratio est quia omnia relatiua important respectum vel ergo important respectum equalitatis et sic sunt relatiua equiparantie. alia inequalitatis et hoc est dupliciter. quia aut dicunt respectum superioritatis et sic sunt relatiua suprapositionis vel respectum inferioritatis et sic sunt relatiua suppositi onis. Unde relatiua equiparantie sunt que eodem nomine nominantur ut similes et simile. Relatiua vero suppositi onis illa que important superioritatem ad sua correlatiua sicut pater dominus et sic de alijs. Relatiua vero suppositi onis sunt que important inferioritatem respectu suorum correlatiuorum sicut filius et seruus. Omnia autem relatiua que non important superioritatem vel inferioritatem ad sua correlatiua dicuntur relatiua equiparantie.

Dis dicitur in textu quod relatio intrinsecus adueniens est genus generalissimum. Probatur quod sit genus quia predicatur de pluribus differentiis specie ergo est genus. Et quod sit generalissimum patet quia illud est genus generalissimum supra quod non est aliud genus superueniens. sed relatio intrinsecus adueniens est huiusmodi ergo est genus generalissimum. minor patet quia nihil predicatur de relatione quidditane nisi ens. sed ens non est genus ergo non est aliud quod genus superueniens. Secundo inferitur quod nulla relatio extrinsecus adueniens nec etiam rationis nec relatio realis transcendens est in predicamento relationis quia relatio extrinsecus adueniens nec est genus generalissimum nec predicatur essentialiter de istis relationibus igitur non sunt in predicamento relationis. Exemplum de relatione transcendenti sicut ydemitas et diuersitas que non sunt alicuius determinati generis quia idem et diuersum diuidit ens et quodlibet genus entis.

Sciendum est tertio quod

iuxta predicta inveniunt aliquae difficultates. Prima est utrum relatio sit ens extra animam. Et videtur quod non quia relatio non est nisi comparatio unius ad alterum. sed talis comparatio non est nisi in intellectu et ab intellectu compa

rate. ergo non est ens reale sed ens in anima. In oppositum est probatum quanto metaphysice quod dicitur ens scilicet in decem generibus quorum unus est relatio. Pro isto dubio est notandum quod de hoc inueniuntur duo modi dicendi. Primum modus est quod omnis relatio est ab anima fabricata. Et probatur sic quia non est ponenda pluralitas sine necessitate. sed omnia entia possunt esse bene saluari non ponendo tales respectus preter animam sicut ponendo. ergo tales non sunt ponendi preter animam et sic dicunt quod omnis relatio est ab anima causante.

Sed istud dicitur non potest stare in veritate. probatur quia sicut ens diuiditur in ens in anima et extra animam ita relationes diuiduntur in relationes reales et rationis. sed prima diuisio non potest stare si poneretur omnia entia omnino esse ab anima fabricante. ergo nec secunda. Item aliud quod cognoscitur per sensum est reale. sed relatio est huiusmodi. nam distantia solis a terra est relatio. constat autem quod potest cognosci per sensum ergo et. Item productio rei videtur esse realis alioquin intellectus omnia produceret. sed productio termini est relatio ergo relatio est ens reale et non rationis. Item quando cumque aliquod diuisum est extra animam diuisio est extra animam sed ens quod scilicet se est reale diuiditur in decem genera ergo et. Et istis rationibus ponitur alius modus dicendi scilicet quod relatio est ens extra animam quia decem predicamenta sunt decem rerum prima principia eorum relatio est unum ergo et. Et ad argumentum in contrarium dicitur quod duplex est comparatio. una est actualis quod facit intellectus comparando unum alteri et illa dependet ab intellectu comparante. alia est comparatio formalis que confurgit ex formalibus rationibus extremorum et illa est in re preter comparationem intellectus. Secunda difficultas est quid intelligit autor per hoc quod in definitione relatiuorum ponitur vel quomodolibet aliter ad aliud. Ad hoc respondetur quod intelligit relatum referri ad aliud sub habitudine generis casus vel cuiuscumque alterius. Unde quando aliquid predicatur de aliquo in recto illud non est nota relationis ut cum dicitur hoc est hoc. sed nota relationis semper habet fieri per obliquum ut pater filij. filius patris filij.

Sed forte videtur quod illa diffinitio conueniat relationibus rationis cum totum esse earum sit ad aliud se habere sub habitudine obliqui casus. Ad hoc respondetur quod predicta diffinitio non conuenit ipsis quia tales proprie non dicitur ad aliud cum aliud sit differentia entis et dicat diuersitatem essentialem. sed tales relationes non sunt entia cum habeant solum esse per operationem intellectus ergo sequitur quod proprie non dicitur ad aliud quia ens non est aliud a non

ente quare predicta diffinitio non ipsis conuenit. Tertia difficultas est utrum relatio realis sit eadem cum suo fundamento. Ad hoc respondetur quod relatio realis actualis non est eadem omnino cum suo fundamento. sed distinguitur realiter ab eo. Probatur nulla vniuoca res limitata potest continere opposita formaliter scilicet predictam ydemitatem. sed in eodem fundamento successive fundantur opposite relationes formaliter ergo qua ratione contineret unam istarum eadem ratione contineret aliam per ydemitatem realem et sic idem contineret opposita formaliter. Item fundamentum potest remanere sine relatione ergo relatio distinguitur realiter a fundamento. antecedens patet quia posito quod non sit nisi una qualitas in mundo tunc non est similitudo. et tunc generetur alia qualitas eiusdem speciei tunc erit similitudo. ergo fundamentum potest esse sine relatione et per consequens distinguuntur realiter ab invicem. Sed contra hoc instatur quia si hoc sit verum quod relatio sit alia res a fundamento tunc erit processus in infinitum in relationibus. quia si similitudo sit res alia a fundamento ipsa est alia similitudine erit eiusdem speciei due albedines sunt eiusdem speciei et sic files et ita due similitudines erunt similes. et iterum quereretur de tertia et quarta et quinta similitudine. Secundo sic omnem rem realiter ab alia distincta potest deus facere sine alia. cum ergo relatio sit res distincta realiter a fundamento videtur quod deus poterit eam a fundamento se parare et sic per seipsum facere. Ad primam dicitur quod in talibus ponendus est status in secundo processu licet enim duo alba sint similia non tamen due similitudines sunt similes. et si sint similes seipsis sunt similes. et quia causa formalis non proprie denominat seipsum et ideo est status in secundo. Ad aliud dicitur quod omnem rem distinctam ab alia et ipsa prioris deus potest se parare. sed posteriorem non. relatio autem posterior est essentialiter suo fundamento. ideo non potest relationem separare a fundamento quodque fundamentum possit esse sine relatione.

Sed contra predicta arguitur

Primo sic. partes substantie sunt substantie et tamen dicuntur ad aliquid. ergo diffinitio conuenit alijs a diffinitio. Secundo arguitur sic. Paternitas est ad aliquid. et tamen non refertur sub habitudine alicuius obliqui casus non enim dicimus paternitas filiationis paternitas. ergo diffinitio non est bona. Tertio arguitur sic. nullum equiuocum est genus. relatio est quoddam equiuocum ergo non est genus minor patet quia dicitur de relatione reali et rationis non vniuoce sed equiuoce. Quarto arguitur sic. alia que ponuntur supra se inueniuntur

utrum relatio distinguitur a fundamentis.

argumentum quo probatur posse remanere sine relatione.

5810

5810

Relatum secundum esse est appetitum sine fundamento et termino. Relatum secundum dici est appetitum sine fundamento et termino. Relatum actuale est appetitum sine fundamento et termino.

actualis. comparatio formalis.

### Tractatus tertius

predicantur de se inuicem. sed vnum relativum non predicatur de correlato. ergo nō ponitur supra aliud et per consequens nulla sunt relatiua suprapositionis.

#### Ad rationes. Ad primā

dicitur q̄ licet partes substantie non sint relatiua scdm esse sunt tamen relatiua scdm dici.

Ad secundam dicitur q̄ licet paternitas bene refertur in concreto quāuis non in abstracto etiam paternitas non est relativum sed est relatio et ratio referendi. Ad tertiam conceditur maior et distinguitur minor. quia relatio potest dupliciter considerari. vno modo in generali vt dicitur tam de relatione reali q̄ rationis tā extrinsecus adueniente q̄ intrinsecus. et sic relatio non est vniuocum neq̄ genus. alio modo capitur pro relatione reali intrinsecus adueniente et tunc est predicamentū et genus. Ad quartam dicit q̄ dupliciter possunt poni aliqua scdm sub et supra. vno modo scdm rationem substantialis et predicabilis et hoc modo relatiua non ponuntur sub et supra. Alio modo scdm rationem cause et effectus et hoc modo relatiua ponuntur sub et supra.

Post hec sequuntur communitates relationis. Prima est q̄ contrarietas est relatiua. vt virtus est contraria vicio cuius vtrūq̄ eorum sit ad aliquid. hoc autem non conuenit omni relationi. duplo enim nihil est contrarium neq̄ triplo. Item relatiua suscipiunt magis et minus vt simile dicitur magis et minus simile et similiter inaequale. Sed hoc non conuenit omnibus relatiuis duplum enim non dicitur magis et minus duplum. neq̄ tripulum neq̄ pater. Item relatiua dicuntur ad conuertentiam vt pater filij pater. filius patris filius. Item relatiua sunt simul natura. simul eni

sunt duplum et dimidium pater et filius. Item relatiua posita se ponunt et perempta se perimunt. vt si duplum est dimidium est et econtra. et si duplum non est dimidium non est et econtra.

Circa hunc textum notandum est primo q̄ hoc consequenter autō noster determinat de relatiuis ponendo communitates et proprietates eorum et ponit primo duas communitates quarum prima est. Conuenit relatiuis habere contrarium. patet quia virtus et viciū sunt contraria et sicut relatiua ergo habere contrarium conuenit relatiuis. Quia etiā conuenit qualitatibus et nō conuenit omnibus relatiuis ideo habere contrarium non est proprium ipsis quarto modo. dicit enim q̄ nullis relatiuis scdm esse conuenit habere contrarium. et patet quia illud cuius totum esse est ad aliud quodammodo se habere et est respectum et dependens non habet contrarium quia contraria sunt forme actiue et passiue ad inuicem sed totum esse relatiuum est respectuum et dependens. ideo nullum relativum scdm esse habet contrarium. Relatiua autem scdm dici possunt dupliciter considerari. vno modo quoad esse absolute quod est alterius generis et sic aliquid potest esse esse contrarium. Alio modo quoad respectum quos includit seu connotat et sic nihil est eis contrarium. Potest tamen aliter dici q̄ habere contrarium per accidens conuenit relatiuis et non per se quia vbiunq̄ potest esse motus ibi est contrarietas. ergo cum in relatiuis non sit per se motus sed solum per accidens sequitur q̄ ad aliquid non habet per se contrarium sed solum per accidens. Secunda communitas relatiuorum est talis. Conuenit relatiuis si sapere magis et minus patet quia relatiua per se intenduntur et remittuntur in suo proprio esse vt patet de inequali simili et dissimili. ergo suscipere magis et minus conueniunt relatiuis. hoc tamen non est eis aliquo modo proprium. non enim conuenit eis solis sed etiā qualitatibus. nec enim omnibus sed solum illis. quorum fundamenta suscipiunt magis et minus. sicut enim respectus causatur a fundamento sic ad intensiōnem fundamenti sequitur intensiō relatiuorum

Et quo patet q̄ sicut ad ad aliquid non est per se et primo motus sic ad aliquid non suscipit primo et per se magis et minus. tamen bene in ad aliquid potest esse per se motus est aliqua relatio per se intendatur et remittatur. Et hoc

### De ad aliquid vel relatione.

non vult philosophus negare quinto philosopho sed vult negare solum q̄ ibi nō est motus primo et per se. Et q̄ ibi sit motus per se patet quia ibi est alia forma a forma absoluta extensiuē acquisita et procedens de esse imperfecto ad esse perfectum. ergo sequitur q̄ ibi est per se motus.

#### Sciendum est secundo

q̄ sequitur ante ponit duas alias proprietates quarum prima est. Relatiua dicuntur ad conuertentiam. Et potest dupliciter exponi. vno modo sic ad esse vnius relatiui sequitur esse alterius vt patet in exemplo textus. si pater est filius est. et si filius est pater est. et sic exponitur et proprius relatiuis secundo modo. quia conuenit omni hōi non solum. nam homo et risibile hoc modo dicuntur ad conuertentiam quia ad esse vnius sequitur esse alterius. Alio potest sic exponi. relatiua dicuntur ad conuertentiam id est referuntur ad se inuicem scdm mutua dependētia scilicet q̄ sicut vnum predicatur de seipso cuius obuiquo sui correlatiui ita etiam econtra. vt sicut dicitur pater est filij pater sic etiam dicitur filius est patris filius. et sic exponendo est proprium quarto modo. conuenit enim omnibus relatiuis et solis.

Differunt enim conuersio conuertibilitas et conuertentia. quia conuersio est passio propositionum in quibus de subiecto vnius sit predicatum alterius et econtra. Sed conuertibilitas est passio eorum que de se inuicem vere et vniuersaliter predicantur vt homo et risibile. Sed conuertentia est referibilitas scdm mutua dependētia et hoc solum conuenit relatiuis.

Secunda proprietas est. Relatiua sunt simul natura id est conuertuntur scdm essendi consequentiam vt sicut bene sequitur pater est ergo filius est et econtra. Probatur q̄ sunt simul natura quia illa que posita se ponunt et perempta se perimunt sunt simul natura et hoc si vnum non sit causa alterius. sed relatiua posita se ponunt et perempta se perimunt et vnum non est causa alterius ergo sunt simul natura.

Relatiua tamen possunt dupliciter accipi. Vno modo pro denotatiōe vt pater et filius pro substantia que genuit vel que genita est et sic non oportet relatiuis esse simul natura imo vnus potest esse prius alio natura et tempore. Alio modo possunt accipi formaliter siue pro per se significatiōe scilicet pro ipsis respectibus et sic omnia relatiua sunt simul natura ideo hec proprietates conueniunt omnibus relatiuis quāuis forte non conueniat solis ideo est eis propria secundo modo.

#### Sciendum est tertio q̄

circa predicta mouentur aliqua dubia. Primum est vtrum relatiuum habeat diffiniri per suum correlatiuum. Et videtur q̄ sic. quia scdm philosophum necesse est in vtriusq̄ rationibus vtrius

q̄ vti ergo diffiniuntur per se inuicem. Item communiter dicimus pater est res habens filium et filius est res habens patrem. et in talibus vnus relatiuum diffinitur per reliquum ergo etc.

Ad hoc respondetur dimissa opinione nominalium q̄ vnum relativum non debet diffiniri per reliquum. sed vnum relativum debet diffiniri per suum fundamentum in recto et per fundamentum sui correlatiui in obliquo. vnde si aliquis velit diffinire patrem debet sic diffinire. pater est animal quod genuit aliud animal ex substantia sua vel ex suo semine. et filius est animal genitum ab alio animali existente ex semine eius existentis. Et q̄ relativum debeat diffiniri per fundamentum et terminum et non per suum correlatiuum. probatur quia diffinitio debet esse essentialiter notior diffinito. sed vnum relativum non est notius altero cum ipsa sint simul natura ergo vnus nō diffinitur per reliquum. Item si ita esset sequeretur q̄ idem diffiniretur per seipsum consequens est falsum quia pater est notius seipso. et consequentia probatur. quia aliquando idem refertur ad seipsum.

Ad rationes ante oppositum. et primo ad autoritatem porphyrii dicitur q̄ illa est obliuenda. vel in propria forma et sic non oportet diffiniri per reliquum. vel in suis fundamentis et sic conuenit. Ad aliam dicitur q̄ tales declarationes non sunt diffinitiones sed sunt quedam notificationes imperfecte. Secundus dubium est vtrum species ad aliquid et species qualitatis sint distincte. Et videtur q̄ non quia scientia virtus doctrina et disciplina sunt in predicamento ad aliquid et etiam in predicamento qualitatis ergo etc. Et confirmatur. nam Aristoteles dicit in predicamento q̄ nihil prohibet genus esse ad aliquid et species esse de alio predicamento vt scientia et disciplina que sunt genera sunt in predicamento ad aliquid. et grammatice et musica sunt in predicamento qualitatis.

In oppositum arguitur quia diuersorum generum et non subalternatum positiorum diuersae sunt species et differentie. q̄ species ad aliquid et qualitatis non sunt eadem. Ad argumentum respondetur negando q̄ sunt in predicamento ad aliquid imo sunt in predicamento qualitatis quia de suo significato formali significant qualitatem. Et negetur genus esse de vno predicamento et speciem eius de alio. vnde licet doctrina et disciplina sint in predicamento ad aliquid non tamen scientia et virtus et viciū. Et dicitur vtra q̄ doctrina et disciplina non sunt genus ad scientiam. Et ad aristotelm dicitur q̄ non dicebat scdm opinionem propriam sed obbitate.

Sed contra predicta arguitur primo sic. nulla forma simplex indiuisibilis habet contrarium ad suscipere magis et

quod in relativum debet diffiniri per alterum

Vnde quod dicitur ibi nō debet diffiniri per reliquum

videtur

argumentum omne est ad aliquid et species qualitatis sint distincte

scilicet

Tractatus tertius

minus sed relativa sunt forme simplices... respectus indivisibiles... ergo non suscipiunt magis et minus.

Ad rationes. Ad primam dicitur q non est inconueniens q aliqua forma manens eadem scdm species possit suscipere magis et minus et etiam habere contrarium.

Item alia diffinitio relatiuorum talis est. Ad aliquid sunt quibus hoc ipsius esse est ad aliud quodammodo se habere.

Circa hanc textum notandum est primo q con

sequenter Petrus hispanus ponit diffinitionem ad aliquid conuenientem solum relatiuis scdm esse et est hec. Ad aliquid vero talis sunt quibus hoc ipsum esse est ad aliud quodammodo se habere.

Consequenter ex hac diffinitione infert autor vnam proprietatem illorum relatiuorum dicens proprium est relatiuis q si quis nouerit diffinitum vnum relatiuorum diffinito noscet et reliquum cuius ratio est.

Sciendum est secundo q accidens absolutum et respectuum differunt ad inuicem eo q accidens absolutum tantus habet vnam dependentiam scilicet ad subiectum.

Quo dicitur ab aliis absolutum respectum

De predicamento qualitatis.

fundamentum positum in sua diffinitione loco generis sicut alia accidentia concreta. ut si dicitur retrahitur pater est res habens paternitatem.

Sciendum est tertio q circa predictam diffinitionem mouetur tale dubium. Uox ipsa conueniat solum relatiuis scdm esse in etiam relatiuis scdm dici.

Sed contra predicta arguitur primo sic. capit non est vere ad aliquid et tamen esse eius est quodammodo se habere ad aliud scilicet ad capitatum.

sunt entia realiter distincta. Ergo non habent si aut cognosca ergo male dicitur est q si quis dicitur

Ad rationes. Ad primam dicitur q conceditur maior et distinguitur minor vel scdm suum proprium esse et sic negatur.

Qualitas est fm quas quales esse dicimur. et fm albedinem dicimur albi. et fm colorem colorati. et fm iusticiam iusti.

Qualitatis quatuor sunt species. Prima est habitus et dispositio. differt autem habitus a dispositione quia habitus permanentior est et diuturnior.

Est autem habitus ad albedinem per se. Est separatus per se. Cuiuslibet ad albedinem.

## Tractatus tertius

enim vel castitas non cito de  
facili permutantur. dispositio-  
nes vero dicuntur que de faci-  
li permutantur vt calor frigiditas  
egritudo sanitas. vnde ha-  
bitus possunt dici dispositiones  
et non econuerso. illi enim qui  
habitum habent quodammodo  
sunt dispositi vel melius vel  
peius ad ea que habent. dispo-  
sitiones autem non sunt habi-  
tus. vnde habitus potest sic dif-  
finiri. habitus est qualitas diffi-  
cillime mobilis.

Circa hunc textum notandum est primo qd  
sequenter auctor determinat de qualitate que in  
ordine predicamentorum quartum locum opti-  
net ipsam primo sic diffiniens. Qualitas est  
scdm quas quales esse dicuntur. in qua diffinitio  
ne subintelligitur forma accidentalis loco supe-  
rioris. Et hec prepositio scdm debet dicere circū-  
stantiam cause formalis. non enim debet hic ac-  
cipi quale pro quali generis quod est materiale  
neqz pro quali speciei. neqz pro quali transcen-  
dente scilicet pro quali quod sequitur esse rei qz  
sic omne accipiens predicaretur in quale. nec isto  
modo distingueretur contra predicari in quan-  
tum vel in quatum vel scdm alios modos predi-  
candi. Sed accipitur hic quale propius scilicet  
cet pro quali accidentali dicto denominatue a  
qualitate. quod solum debet dici quale simpliciter.  
Et predicari in quali hoc modo distinguitur  
contra predicari in quantum et sic alios modos  
predicandi. Debet etiam in hac diffinitione sup-  
pleri nos substantie dicuntur id est denominamur  
Sic ergo declaratur hec diffinitio. Qualitas est  
forma accidentalis scdm quas formam nos sub-  
stantie denominamur quales simpliciter. quan-  
tus hoc sit postertus et minus notum scdm na-  
turam qz ipsa qualitas. tamen est prius et notus  
quoad nos. non enim potest qualitas diffiniri p-  
priora et notiora scdm naturam cum sit genus  
generalissimum ideo conuenienter describitur p-  
quale qd est eius effectus quia effectus qualita-  
tis est nobis notior ipsa qualitate. Unde  
ipsius qualitates quatuor sunt species scilicet  
habitus et dispositio naturalis potentia vel im-  
potentia. passio et passibilis qualitas. forma et

circa hoc aliquid constans figura. Quatuor suf-  
ficientia sic habetur. omnis qualitas qualificat  
substantiam ergo qualificat eam ratione mate-  
rie et sic est forma. et circa hoc aliquid constans  
figura. talis enim qualitas qualificat substantiam  
quantum ad materiam licet effectiue prouen-  
iat a forma substantiali. vel qualificat substantiam  
ratione forme. et hoc est dupliciter. quia vt  
qualificat medijs naturalibus potentis et  
sic est habitus et dispositio. vel qualificat eam  
immediate et hoc dupliciter. quia vel est principi-  
um determinati operandi et sic est passio et passi-  
bilis qualitas. vel indeterminatum et sic est na-  
turalis potentia vel impotentia. potentia enim  
est indeterminata quantum ad actum operandi  
Dicitur autem consequenter qd hec diuisio est  
generis in suas species immediatas. et quatuor  
diuisio generis in suas species immediatas no-  
possit esse nisi in duo: tamen diuisio generis in  
species mediatas potest esse in plures cursumos  
di sunt hec species predictae. ideo vt dicitur sunt  
aliquae species immediate nobis innominate in  
quas diuiditur hoc genus qualitas.

### Sciendum est secundo

q potest dici et melius qd hec diuisio non est pro-  
prie in species accipiendo proprie species. sed in  
quosdam modos ita qd illi quatuor modi qui as-  
signantur in textu sunt quatuor modi accidentis  
tales ipsius qualitates sumpti ex diuersis habi-  
tudinibus ad subiectum. Quae autem non sunt spe-  
cies patet quia impossibile est duas species eius-  
dem generis abstractiue predicari de eodem. sed  
de eadem qualitate in numero predicantur ha-  
bitus et dispositio et naturalis potentia vel im-  
potentia scilicet d colore sumpto scdm diuersas  
habitudines. ergo sequitur qd iste quatuor non  
sunt distincte species. maior pars quia omnis di-  
uisio generis in species fit per differentias for-  
males formaliter oppositas. ergo impossibile est  
duas species eiusdem generis de eodem in nu-  
mero abstractiue predicari. de hoc autem alias  
magis videbitur. Est ergo primus modus  
qualitatis habitus et dispositio qui differunt ab  
inuicem. quia habitus est qualitas de difficili mo-  
bilis a subiecto. dispositio vero est qualitas de  
facili mobilis a subiecto. conueniunt autem eo  
q tam habitus q dispositio disponunt subiecta  
ad operationem. sed habitus perfecte disponit.  
dispositio vero imperfecte.

### Sciendum est tercio qd

dispositio capitur dupliciter. Uno modo gene-  
raliter pro omni qualitate disponente subiectus  
sive illa qualitas sit faciliter mobilis a subiecto  
sive difficiliter et sic dispositio differt ab habitu  
sicut superius ab inferiori et continet habitum et

## De predicamento qualitatis.

dispositionem proprie dictam. Secundo modo  
accipitur specialiter pro qualitate de facili mo-  
bili a subiecto que disponit subiectum imperfec-  
te ad operationem et sic distinguitur contra ha-  
bitum. Et vt communiter dicitur quatuor dis-  
positio et habitus sunt duo nomina non tamen  
sunt due species sed vna tantus. quia res signi-  
ficata per habitum et dispositionem est eadem  
scdm essentiam. et differt solum scdm esse perfec-  
tum et imperfectum. et ideo habitus et disposi-  
tio conuenienter ponuntur vna species. perfec-  
tum enim et imperfectum non variant speciem.

Potest tamen melius dici qd habitus et dis-  
positio non sunt vna species sed sunt vnus mo-  
dus vt superius dictum est. Unde sub hoc mo-  
do reponuntur generaliter omnes qualitates  
disponentes subiectum ad operandum median-  
tibus naturalibus potentis. quarum quedam  
sunt corporales vt sanitas robur egritudo et sic  
de multis alijs. alie sunt intelligibiles quarum  
quedam sunt acquirete vt sapientia intellectus  
prudentia scientia ars. alie sunt infuse vt fides  
spes caritas. et alie sunt create vt species re-  
rum in mentibus angelorum. In hac etiam spe-  
cie similiter reponuntur omnes scientie et om-  
nes artes et omnes virtutes morales. et simili-  
ter vicia eis opposita.

### Sed contra predicta ar-

guitur primo sic. habitus est vnum predicame-  
tum ab alijs distinctum. ergo non est species ne-  
qz modus qualitatis. Secundo arguitur  
sic. risibilitas est habitus de difficili mobilis a  
subiecto et tamen non est qualitas. ergo habitus  
non est qualitas de difficili mobilis a subiecto.

Tertio arguitur sic. nullum ens in anima est  
in predicamento. sed scientia est in anima ergo  
non est in predicamento qualitatis. maior patet.  
quia ens extra animam diuiditur in decem pre-  
dicamenta. Quarto arguitur sic. rationabi-  
litas est qualitas et tamen scdm eam no dicuntur  
quales. ergo male dicitur qualitas est scdm qua  
quales esse dicuntur.

### Ad rationes. Ad primam

dicitur qd habitus capitur tripliciter. vno modo  
pro forma priuationi opposita sicut cas dicitur  
quis et cecitas opponuntur sicut priuatio et  
habitus. Secundo modo capitur habitus prout  
est corpus et eorum que circa corpus sunt ad  
iacentia. et hoc modo est predicamentum ab alijs  
distinctum. Tertio modo capitur pro qualitate  
disponente subiectum perfecte ad operationem  
et hoc modo capitur hic. Ad secundam di-  
citur qd licet risibilitas sit qualitas de difficili mo-  
bilis a subiecto non tamen disponit subiectum  
ad operationem mediantibus naturalibus po-

tentis. Adius tamen dicendum qd risibilitas  
non est qualitas sed est substantia. non enim est  
de difficili mobilis a subiecto cas non possit nec  
apta nata sit difficiliter vel faciliter a subiecto  
remoueri cas predicetur de eo in secundo modo  
dicendi per se. Ad tertiam dicitur qd ens ac-  
cipitur dupliciter. vno modo pro ente quod ha-  
bet esse in anima tanqz in subiecto et tale bene re-  
ponitur in predicamento. Alio modo pro ente  
quod non habet aliquod esse nisi esse cognitum  
in anima et tale non est in anima sicut in subiec-  
to sed sicut cognitum in cognoscente nec repo-  
nitur in predicamento. scientia autem est in ani-  
ma primo modo et non secundo modo. Ad  
quartam dicitur qd rationabilitas est qualitas ac-  
cipiendo quale pro quali generis aut speciei.  
non tamen accipiendo pro quali accidentale.

Secunda species qualita-  
tis est naturalis potentia vt im-  
potentia aliquid facile facien-  
di vel patiendi. vt sanitiuus di-  
citur qui habet naturalem po-  
tentiam vt nihil ab aliquibus  
accidentibus egritudinem in-  
ferentibus patiatur. Et egrota-  
tiuus dicitur qui habet natura-  
lem impotentiam aliquid pati-  
endi. durum autem dicitur ha-  
bere naturalem potentiam res-  
sistendi sectioni. et molle natu-  
ralem impotentiam quia cito  
secatur. curiores enim et pugil-  
latores dicuntur simul de ista  
specie non quia exerceant ac-  
tus suos sed quia habent natu-  
ralem potentiam hoc faciendi

Tertia species qualitatis  
est passio et passibilis qualitas  
vt ille qualitates que efficiunt  
in sensib<sup>9</sup> passiones. vt in gustu

dispositio generalis  
passibilis



dulcedo amaritudo et similia. et etiam ille qualitates sunt in hac specie que ab aliquibus passionibus generantur vel facile vel difficile mobilibus et permanentibus. siue enim nigredo ab aliqua passione naturali generetur siue ab egritudine vel ab estu qualitas passibilis dicitur

Quarta species qualitatis est forma et circa hoc aliquid constans figura ut dispositio corporis ut triangulatio quadrangulatio rotunditas curuitas rectitudo.

Circa hunc textum notandum est primo quod secunda species qualitatis est naturalis potentia vel impotentia. Naturalis enim potentia est qualitas inherens rei a natura qua ipsa est potens ad operandum faciliter suas operationes. et ad resistendum suis contrariis. Naturalis vero impotentia est qualitas inherens rei a sua natura qua ipsa est impotens ad exercendum suas operationes naturales et ad resistendum suis contrariis nocuis. ut sanitas est naturalis potentia. Et ut communiter dicitur naturalis potentia causatur a victoria forme supra materiam. Naturalis vero impotentia causatur ex victoria materie supra materiam et formam. forma autem dicitur habere victoriam supra materiam quando in materia non sunt aliquae dispositiones contrarie impediens operationes proprias ipsius forme scilicet quod materia secundum exigentiam ipsius forme totaliter est disposita. sed materia dicitur habere victoriam supra formam quando in materia sunt dispositiones contrarie impediens proprias operationes ipsius forme. Et secundum hanc operationem in hac specie reponuntur omnes aptitudines naturales quibus res disponitur ad faciliter operandum. Reponuntur etiam potentie anime vegetative que sunt nutrimentum generatum et augmentatum. Et etiam quinque sensus exteriores et quinque interiores. Et etiam omnes inclinationes naturales uocantur nominibus habituum ut sunt liberalitas iusticia curiositas et pugillator secundum quod nominantur naturales inclinationes ad actus. Decem autem duo nominantur

scilicet naturalis potentia vel impotentia circa loquuntur unum modum generalem inuocantur in hac specie. similiter pulchritudo et decor et rotundum et sic de alijs. Unde iste quatuor predicte species dicuntur ab aliquibus species qualitatis et probant per Aristotelem in predicamentis qui vocat eas genera et species. et similiter per autorem qui dicit qualitatis enim quatuor sunt species ergo omnes predicte sunt species. Alij vero dicunt quod non debent dici species neque genera sed modi generum aut specierum. quia omnibus speciebus debet esse nomen commune incomplectum et uniuocum. sed omnes tales predicte complecti significantur nec habent unum per se significatum vel unum per se modum significandi. sed habent diuersa significata ergo tales non sunt species sed sunt modi specierum qualitatis et circumloquuntur quasdam species inuocantur propter defectum impositionis nominum. Probatur etiam auctoritate Aristotelis in libro predicamentorum dicitur quod alij sunt modi qualitatis ab istis sed illi qui postea sunt dicuntur magis uisitati quare uidetur uelle philosophus quod non sunt species qualitatis sed modi eius.

Sciendum est secundo

quod tertia species qualitatis est passio vel passibilis qualitas. unde passio et passibilis qualitas conueniunt in hoc quod important eandem formam essentialem et specificam. Sed differunt dupliciter. primo quia passio important qualitates sub esse imperfecto et non permanente in subiecto sicut rubedo proueniens ex uerecundia. et diffinitur sic. Passio est qualitas cito transiens inferens passionem vel illata a passione sicut rubedo ex uerecundia inferitur ex aliqua passione. Sed passibilis qualitas nominat formam sub esse perfecto et permanente. Et diffinitur sic passibilis qualitas est qualitas inferens passionem vel illata a passione que scilicet qualitas permanens est in subiecto sicut albedo nigredo caliditas frigiditas. Secundo differunt quia passio non denominat suum subiectum simpliciter quale sed solum aliquod passum. sicut de homine pallido dicitur quod timuit. Passibilis uero qualitas denominat suum subiectum simpliciter quale.

Non dicuntur autem aliquae qualitates passiones aut passibiles qualitatis quia aliquid patiuntur aut pati possunt. sed dicuntur passibiles qualitates quia sunt passiones anime que nate sunt causare passionem corporalem aut passionem spirituales. Exemplum sunt ira gaudium timor. Exemplum sunt caliditas et frigiditas. Alique enim sunt qualitates que dicuntur passibiles aut passiones eo quod inferuntur ab aliqua passione sicut pallor causatur ex timore et rubedo ex uerecundia.

Sciendum est tertio quod

quarta species qualitatis est forma et circa hoc aliquid constans figura. forma autem accipitur tripliciter. Uno modo pro forma substantiali que reductiue est in predicamento substantie. Secundo modo accipitur ut diffinit eam autem per principiorum et sic est quoddam transcendens verificabile de omnibus predicamentis accidentium. et istis duobus modis non accipitur hic. Tertio modo pro debita commensuratione partium alicuius totius secundum exigentiam sue forme ex qua commensuratione consurgit quidam decor siue quedam rei pulchritudo et hoc modo hic accipitur. Similiter figura accipitur dupliciter. Uno modo pro quantitate terminata que sic diffinitur figura est que termino vel terminis clauditur. et sic est quantitas. Alio modo accipitur pro terminatione quantitatis secundum quam

dicitur quod triangulus et quadrangulus sunt figure et sic generaliter omnia artificialia reponuntur in hac specie. similiter pulchritudo et decor et rotundum et sic de alijs. Unde iste quatuor predicte species dicuntur ab aliquibus species qualitatis et probant per Aristotelem in predicamentis qui vocat eas genera et species. et similiter per autorem qui dicit qualitatis enim quatuor sunt species ergo omnes predicte sunt species. Alij uero dicunt quod non debent dici species neque genera sed modi generum aut specierum. quia omnibus speciebus debet esse nomen commune incomplectum et uniuocum. sed omnes tales predicte complecti significantur nec habent unum per se significatum vel unum per se modum significandi. sed habent diuersa significata ergo tales non sunt species sed sunt modi specierum qualitatis et circumloquuntur quasdam species inuocantur propter defectum impositionis nominum. Probatur etiam auctoritate Aristotelis in libro predicamentorum dicitur quod alij sunt modi qualitatis ab istis sed illi qui postea sunt dicuntur magis uisitati quare uidetur uelle philosophus quod non sunt species qualitatis sed modi eius.

Sed contra predicta arguitur

primo sic. potentia est ad aliquid scilicet ad actum. ergo naturalis potentia non est qualitas. Secundo arguitur sic. risibilitas est naturalis potentia et tamen non est qualitas. ergo naturalis potentia non est qualitas. Tertio arguitur sic. quod qualitates dicuntur quales. sed quod passiones non dicuntur quales. ergo passio non est qualitas. Quarto arguitur sic. nullum principium substantie est qualitas. sed forma est principium substantie. ergo forma non est qualitas.

Ad rationes. Ad primam

dicitur quod potentia pro se significato et capta formaliter est ad aliquid. tamen pro se denominatio est ens absolutum. Et ultra dicitur quod non est species huius predicamenti sed solum est quidam modus accidentalis ipsius qualitatis. Ad secundam dicitur quod distinguitur maior quia naturalis potentia capitur dupliciter. uno modo pro principio alicuius rei et sic risibilitas est naturalis potentia. Alio modo pro quadam facilitate ad operandum et sic non est naturalis potentia. Ad tertiam ubi dicitur quod quod passiones non dicuntur quales simpliciter sed qualitate sicut rubedo habens esse permanens in subiecto est apta nati denominare suum subiectum simpliciter quale. sic etiam quecumque alia rubedo cum omnes rubedines sunt eiusdem speciei: tamen scilicet nostrum modum loquendi non dicuntur quales sed passibiles. Ad quartam negatur consequentia quia committitur fallacia equiuocationis ut patet in tertio notabili.

Alia uero dicuntur que secundum hanc denominationem dicuntur vel

quomodo libet aliter ab his ut a grammatica grammaticus a iusticia iustus. vel quecumque dicitur ab aliqua qualitate non denominatiue eo quod nomen non est impositum ipsi qualitati ut cursor et pugillator. Et nota quod cursor et pugillator dicuntur dupliciter. Uno modo dicuntur cursor et pugillator ab arte currendi et pugillandi. et sic sunt in prima specie qualitatis quia iste artes sunt habitus. Alio modo dicitur cursor non quod habeat artem currere sed quia habet naturalem potentiam ad actum currendi. et pugillator non quod habeat artes pugillandi sed quia habet naturalem potentiam ad actum pugillandi. et isto modo dicuntur qualia ab istis naturalibus potentijs. sed non denominatiue eo quod nomina non

potentia pro se significato / pro denominatione

## Tractatus tertius

sunt imposita istis naturalibus potentis a quibus dicuntur qualia. et sic cursor et pugillator sunt in secunda specie qualitatis. alia autem dicuntur qualia non denominatiue quando nomen est impositum qualitati secundum quam dicitur quale sed eam non participat secundum illud nomen. ut studiosus a virtute. et sic sunt tres modi sumendi quale a qualitate.

Circa hunc tertium notandum est primo quod hic consequenter diffinit quale sic dicens. qualia vero dicuntur que sunt per denominationem dicuntur vel quomodolibet aliter ab his. Que notificatio sic habet exponi. Qualia scilicet dicuntur que dicuntur denominatiue sunt illa que dicuntur per qualitates iam dictas vel quomodolibet aliter id est non denominatiue. Ex qua diffinitione patet quod duplicia sunt qualia. quedam sunt que dicuntur denominatiue. alia vero que non dicuntur denominatiue. Illa enim qualia que dicuntur ab aliquibus qualitatibus. quibus est nomen impositum dicitur tamen conueniant in principio dictionis et differant in fine. dicuntur denominatiue et a grammatica grammaticus. a iusticia iustus. Qualia vero dicuntur non denominatiue dupliciter. Primo quia dicuntur ab aliqua qualitate cui non est nomen impositum ut cursor et pugillator. cursor enim est ille qui naturaliter est dispositus ad currendum. et pugillator qui naturaliter est dispositus ad pugilandum. et sic cursor dicitur a qualitate disponere naturaliter subiectum ad talem actum scilicet a naturali potentia cui non est nomen impositum. Secundo aliqua dicuntur qualia non denominatiue quia non conueniant in principio dictionis et differant in fine ut studiosus dicitur a virtute non denominatiue. Ex his patet quod tres sunt modi sumendi quale a qualitate. et secundum primum modum sumitur quale denominatiue. sed secundum alios duos modos non sumitur denominatiue.

**Sciendum est secundo**

quod cursor et pugillator accipiunt dupliciter. Uno modo ut dicuntur ab arte currendi et pugillandi et hoc modo dicuntur denominatiue eo quod qualitati est nomen impositum ut cursor dicitur ab arte cursoria et pugillator ab arte pugillatoria. et hoc modo sunt in prima specie qualitatis. Alio modo accipiuntur cursor et pugillator per quod dicuntur a quibusdam naturalibus potentis scilicet quod aliquis dicitur cursor non quia habeat artem currendi sed quia habet qualitatem per quam potest hoc facilius facere. et hoc modo cursor et pugillator sunt qualia dicta a qualitate non denominatiue et sunt in secunda specie qualitatis.

**Sciendum est tertio quod**

omnia qualia dicuntur denominatiue ab aliquo qualitate sed non a quacumque. Hoc patet sic. quia omnia qualia significant formas accidentales que quidem forme accidentales dicuntur esse forme denominantes subiectum quod conuenit concretis. ideo quantum multa concreta sine qualia non dicuntur denominatiue ab aliquo qualitate proprie sumendo denominationem. tamen bene dicuntur denominatiue ab alijs quantum ipsi forme denominantibus non sit nomen impositum per quod conueniant cum ipsis denominatiue in principio dictionis et differant in fine. quia hoc est impertinens ad denominationem que generaliter capta et forma denominans et denominatum conueniant in principio dictionis et differant in fine. sed sufficit quod denominationem et denominans significant unam et eandem formam realiter distinctam a natura denominata et quod differant in modo significandi quia propter vocis conuenientiam nihil accipitur aut deperditur in denominatione et denominatione. Vel dicitur quod quantum aliqua denominatiue puta studiosus et miles alia non dicuntur denominatiue a virtute. et cursor non dicitur denominatiue a quadam naturali potentia tamen studiosus dicitur denominatiue a studiofate. et similiter cursor dicitur denominatiue non a naturali potentia sed ab uno nomine significante illam naturalem potentiam quod conuenit cum eo in principio dictionis et differat in fine. sed forte tale non est impositum et potest fingi per vocem conuenientiam ut si dicitur cursoritas quod significat tantum sicut naturalis potentia ad currendum et cursor significat illam naturalem potentiam in concreto ideo dicitur denominatiue.

**Sed contra predicta ar**

## De predicamento qualitatis.

gatur primo sic a virtute dicitur aliquid virtutum. ergo aliquid dicitur denominatiue a virtute. Secundo arguitur sic. in predicamento quod dicitur non est determinatum de denominatione eius. ergo hoc non est determinatum de denominatione qualitatis. Tertio arguitur sic qualitas prius diffinita est per quale. ergo si debet hoc diffiniri quale per qualitatē. Quarto arguitur sic. cursor et pugillator sunt in secunda specie qualitatis. ergo non sunt in prima. et sequentia tenet quia si essent in prima aut essent uniuoce aut equiuoce. non uniuoce quia ille species non differuntur essentialiter ergo equiuoce et per consequens non reponuntur in predicamento.

**Ad rationes. Ad primam**

dicitur concedendo antecedens et etiam concedens quia non est dictum quod aliquid non dicitur denominatiue a virtute sed dictum est quod a virtute non dicitur studiosus. Ad secundam dicitur quod omnia denominatiua quantitatis dicuntur denominatiue a quantitate et ideo de illis non determinauit autor noster sed qualia non semper dicuntur denominatiue a qualitatibus et ideo ad ostendendam multipliciter ipsas auctor noster determinauit. Ad tertiam conceditur quod qualitas prius diffinita est per quale tamen per nos notus quia concreta notiones sunt abstractas sed hic diffinitur quale per qualitatē tamen notus naturaliter quia abstractum est causa concreti et causa est notus suo effectu.

Ad quartam negatur consequentia et cum inferatur non habet reponi in predicamento dicitur vel per omnia sua significata simul et sic conceditur. vel per unum in una specie et per alia ad in alia et sic negatur.

**Est autem contrarietas in qualitate ut albedo contrariatur nigredini. iusticia iniusticie. hoc autem non est proprium qualitati quia non conuenit omni qualitati. figura enim non habet aliquod contrarium neque aliquis medius color ut rubedo bluedo. Et sciendum quod si unum contrariorum fuerit quale reliquum erit quale. ut iusticia est qualitas ergo iniusticia.**

iustum est quale ergo iniustum. Item qualitas suscipit magis et minus. dicitur enim iustus magis et minus iustus et albus et grammaticus sed hoc non est proprium qualitati. quia quadratum non suscipit magis neque minus neque circulus neque quadrangulatio neque circulatio. Item proprium est qualitati secundum eam simile vel dissimile dici ut albus albo similis dicitur. et iustus iusto. albus autem nigro dissimilis dicitur.

Circa hunc tertium notandum est primo quod de terminato de qualitate diffinitione et diffinitione et etiam de quali quantum ad essentiam virtutis. consequenter autor determinat de ipsa qualitate quantum ad eius accidentia et proprietates. Et primo ponit primam proprietatem que talis est

Qualitati conuenit habere contrarium. ut iusticia contrariatur iniusticie. et albedo nigredini. Cuius ratio est quia aliquae qualitates sunt forme positive que non possunt simul se compati in eodem subiecto sed bene succedunt. ergo aliqua contrarietate contrariantur. Unde contrarietas in qualitatibus potest quadrupliciter accipi. Uno modo pro repugnantia aliquarum qualitatum non se permittentium simul et semel in eodem subiecto siue ille qualitates se expellant ab eodem subiecto siue non et sic reperitur talis contrarietas in qualitatibus prime speciei. Secundo modo accipitur pro repugnantia qualitatum aliquo modo se expellentium ab eodem subiecto siue ille qualitates maxime distant siue non. et sic medij colores contrariantur extremis ut rubedo albedini. Tertio modo accipitur contrarietas pro repugnantia qualitatum non se permittentium in eodem subiecto imo se expellentium ab eodem siue hoc sit actione propria aut actione suarum causarum. et hoc modo albedo et nigredo contrariantur. Quarto modo accipitur propriissime pro repugnantia qualitatum se expellentium ab eodem subiecto actione propria et talis contrarietas solum reperitur inter quatuor qualitates primas scilicet caliditatem frigiditatem humiditatem et siccitatem. Habere

## Tractatus tertius

autem contrarium non est aliquo modo proprium  
quodammodo enim conuenit soli neque omni cum ali-  
qua qualitate de secunda et quarta speciebus  
non habeant contrarium. Consequenter au-  
tem in tertio ponit vultus proprietatem contrario-  
rum docens quod si vnum contrarium fuerit qua-  
le reliquum erit quale. et si vnum contrarium  
fuerit in genere qualitatis reliquum erit in gene-  
re qualitatis. et hoc habetur ex decimo metha-  
physice ubi dicitur quod contraria maxime distant  
sub eodem genere ergo sequitur quod sunt in eo-  
dem genere. *iiii*

### Sciendum est secundo

quod secunda proprietas qualitatis est hec. Conue-  
nit qualitati suscipere magis et minus. Que qui-  
dem proprietas potest exponi dupliciter. Uno  
realiter alio modo logiciter. Realiter sic. quali-  
tates intenduntur et remittuntur in subproprio  
esse sicut album dicitur magis et minus album.  
similiter calidum frigidum et alia multa. Et si  
dicitur Aristoteles dicit in predicamentis quod vna  
virtus non est magis virtus et alia. et tamen alii  
quis dicitur magis et minus virtuosus ergo vi-  
detur quod qualitas non suscipit magis et minus.  
Ad hoc dicitur quod virtus et similiter quilibet alia  
qualitas potest dupliciter considerari. Uno modo  
secundum esse eius specificum et ut prescindit a sup-  
posito et sic virtus non suscipit magis et minus  
quia esse vniuersumque neque intensiorem neque re-  
missionem suscipiens est. Alio modo potest con-  
siderari secundum quod habet esse in suppositis suis siue  
inferioribus suis et sic virtus suscipit magis et  
minus in suo proprio esse individuali propter plu-  
ralitatem graduum individualium que non sunt  
in eadem specie sed in individuo. *Logice*

et exponitur. qualitas suscipit magis et mi-  
nus. i. predicatur cum istis adverbis magis et  
minus ut dicendo a minus et magis albus et equo-  
quocumque enim modo exponatur qualitas susci-  
pit magis et minus. Quamvis etiam hec proprie-  
tas non conueniat omnibus qualitatibus eo quod  
non conuenit illis de quarta specie: nulli tamen  
alteri conuenit a qualitate nisi per qualitatem.

### Sciendum est tertio quod

tertia proprietas qualitatis talis est. Proprium  
est qualitati secundum eam simile vel dissimile dici. si-  
cut secundum albedinem dicitur simile vel dissimi-  
le. et similiter secundum nigredinem. Unde similitudo  
est rerum differentium eadem aliter. sed dissimilitudo  
est rerum differentium diuersa qualitas. Hoc au-  
tem potest tripliciter intelligi. Primo quod illa qua-  
litas sit eadem in genere et sic non est intelligen-  
dus. quia sic contraria essent similia eo quod habent  
eandem qualitatem in genere. Secundo modo  
potest intelligi quod sit eadem qualitas in numero.

et sic terminum est intelligendum. quia eadem qua-  
litas in numero non potest esse in diuersis sub-  
iectis. Tertio modo potest intelligi quod sint eadem  
in specie specialissima et hoc modo intelligitur  
hic. illa enim dicitur similia que habent eandem  
qualitatem in specie. Non est tamen intelligen-  
dum quod similitudo et dissimilitudo sint propria-  
tes qualitatis cum sint relationes nec secundum qua-  
litatem aliquid dicitur simile vel dissimile forma-  
liter cum similitudo que non est qualitas et dissimilitudo  
sint forme quibus aliquid dicitur simili-  
le vel dissimile. sed debet sic intelligi conuenit quod  
similitudo et secundum eam aliquid dicitur simile vel  
dissimile. i. quod sit solum fundamentum simili-  
tudinis vel dissimilitudinis quia similitudo in  
nullo alio fundatur quam in qualitate et ideo conue-  
nit ut vni qualitati soli et semper.

### Sed contra predicta ar-

guitur Primo sic. contraria sunt sub eodem ge-  
nere posita. sed qualitas non ponitur sub alio ge-  
nere cum sit genus generalissimum. ergo qualitas  
nihil est contrarium. Secundo arguitur  
sic. que maxime distant non conueniunt in gene-  
re. sed contraria maxime distant. ergo non con-  
ueniunt in eodem genere. et per consequens ma-  
gis dicitur est quod si vnum contrarium fuerit qua-  
le reliquum erit quale. Tertio arguitur sic  
aliqua qualitas mouetur de perfecto ad imper-  
fectum. sed motus fit de contrario in contrarium  
et cum idem non contrarietur sibi ipsi. sequitur  
quod isti gradus individuales variant speciem. vel  
quod eadem qualitas non suscipit magis et minus.

Quarto arguitur sic. omnia individua eius-  
dem speciei dicuntur similia per suam formam  
specificam. ergo non conuenit soli qualitati secundum  
eam simile vel dissimile dici.

### Ad rationes. Ad primam

dicitur quod licet qualitas in communi non ponatur sub  
aliquo genere nec habeat contrarium tamen ali-  
qua qualitas sub illo genere contenta bene ha-  
bet contrarium et ipsa cuius suo contrario ponitur  
sub eodem genere. Ad secundam dicitur  
quod qualitates distant secundum suas proprias ratio-  
nes et specificas. tamen in ratione generis sui con-  
ueniunt ideo non maxime distant simpliciter sub  
eodem genere. Ad tertiam dicitur quod idem  
mouetur de imperfecta qualitate ad perfectam  
qualitatem et tamen perfecta et imperfecta quali-  
tates sunt eiusdem speciei et habent eandem essen-  
tiam et ideo non est inconueniens quod idem moue-  
tur ad aliquod magis perfectum in eadem spe-  
cie. Ad quartam dicitur quod omnia indivi-  
dua eiusdem speciei per suam formam specificam  
sunt similia similitudine essentiali que vocatur  
ydemitas specifica. non tamen sunt similia in

## De predicamento actionis.

similitudine accidentali que proprie similitudo di-  
citur.

Actio est secundum quam id quod  
subicitur agere dicitur  
ut secans aliquis dicitur agere  
in eo quod secat. unde sectio est ac-  
tio. et secundum sectionem agit secans  
in eo quod secat. et percussio est ac-  
tio. Proprius actionis est ex-  
se inferre passionem. Recipiunt  
autem agere et pati contrarieta-  
tem. calefacere enim est contra-  
rium ei quod est frigidum face-  
re. et delectari est contrarium ei  
quod est tristiari. Recipiunt age-  
re et pati magis et minus. cale-  
facere enim magis et minus di-  
citur. et calefieri dicitur magis  
et minus. et similiter delectari et  
tristiari.

Curia hunc textum notandus est primo quod post  
quod Petrus hic. determinauit de quatuor primis  
predicamentis que sunt alijs perfectione. conse-  
quenter determinat de sex alijs que causantur  
a quatuor primis saltem in genere cause efficien-  
tis et non formalis. quia ipsa sunt generalissima  
et sunt sex prima principia rerum et sic non habet  
genus supra se. nec dependet ab aliquo in ge-  
nere cause formalis. Et primo determinat de ac-  
tione ipsam primo sic definiens. Actio est secundum  
quam in id quod subicitur agere dicitur. Et debet  
distingui sic exponi. Actio est forma accidenta-  
lis respectiva extrinsecus adueniens secundum quas  
formaliter dicitur agere in id quod subicitur. in  
passum. sicut secundum calefactionem agens dicitur  
formaliter calefacere. Et hec prepositio secundum de-  
bet dicere circumstantiam cause formalis cum ac-  
tio sit forma denominans et agens sit denomina-  
tium formaliter distinctum ab actione. Un-  
de actio potest accipi dupliciter. Uno modo pro  
forma introducta in passum vel pro qualitate que  
est ratio formalis agendi et sic non est predica-  
mentus actionis nec in predicamento. Alio modo  
accipitur pro relatione reali que confertur ex de-  
bita applicatione et approximatione. agens et

patientis que formaliter agens dicitur agens et  
tunc actio dicitur predicamentum. Unde boni-  
plex est actio. quedam est ubi preter operationes  
non est aliqua res operata sicut equitatio et na-  
uigatio et ambulatio. et tales operationes appel-  
lantur nomine actionis. Alia est actio que notat  
operationem transcendentem ubi scilicet preter ope-  
rationem est aliqua res operata sicut est domifi-  
cacio et talis actio proprie appellatur nomine fa-  
ctionis. Non autem accipitur hic actio proprie  
sed communiter prout sub se continet actionem pro-  
prie dictam et factionem. Et quod actio sit relatio  
extrinsecus adueniens patet quia non ponitur  
posito fundamento nec confertur ex natura ex-  
tremorum ut posita potentia actus ignis et posi-  
ta potentia passiva aque que sunt naturales po-  
tentie non immediate ponitur actio sed requiritur  
aliquid scilicet approximatio.

### Sciendum est secundo

consequenter autem noster ponit tres proprie-  
tates actionis quarum prima est. proprium est  
actioni ex se inferre passionem. calefacere enim in-  
fert calefieri. Que proprietas probatur quia om-  
nis causa quantum est de se infert suum effectum  
sed passio est effectus actionis. ergo actio de se  
infert passionem. Et hoc videtur intelligendum  
de actione. i. de forma fluente introducta in pas-  
sum. Potest etiam hec proprietas logiciter  
exponi hoc modo. Proprium est actioni ex se in-  
ferre passionem. In propositione in qua predica-  
tur verum de genere actionis ad propositiones  
in qua predicatur verum de genere passionis est  
bona consequentia. ut bene sequitur ignis calefa-  
cit aquam. ergo aqua calefit ab igne. Est autem  
hec proprietas propria actioni. et quamvis alique  
potentie naturales et alique passibiles qualitates  
inferant passionem hoc tamen non est ex se et im-  
mediate sed mediante actione.

### Sciendum est tertio quod

secunda proprietas actionis est habere contrari-  
um. probatur quia alique actiones significant  
qualitates que sunt contrarie ut frige facere sig-  
nificat frigiditatem et contrariatur huic quod est ca-  
lefacere. ergo in actione est contrarietas et frige-  
factio et calefactio contrariantur ergo etc.

Tertia proprietas est quod actio suscipit magis  
et minus ut calefacere suscipit magis et minus.  
et similiter frige facere. ergo calefactio et frige-  
factio suscipiunt magis et minus. Alie autem ac-  
tiones suscipiunt magis et minus et eas habent  
contrarium que fundantur super qualitatibus  
susceptibus magis et minus et habentibus con-  
trarium. et ratio huius est quia ad intensiorem  
fundamenti et remissionem sequitur intensio et  
remissio in relationibus fundatis in salubus sup-  
i. .iiij.

dementis. sed actio est: relatio ergo ad mensio- nem s remotionem sui fundamenti sequitur mel- lio r remissio in ipse. sic suscipit magis e m- Sed hoc non est de per se sed de per accidens. non enim sunt illi proprietates proprie aliquo modo actioni ipsa non conveniunt omni necq tolli.

Sed contra predicta ar

guntur primo sic. nullum primum principium e causa alterius alterius primum principij. sed actio est primum principium. ergo non est causa passi- onis que est aliud primum principium. Se- cundo arguitur sic. omne inferens primum est illa- to. sed actio non est prior passione. ergo non in- fertur passio. Tertio arguitur sic. cetera- na non possunt simul in eodem contineri. sed ca- lesfacere r frigidificare sicut eodem continentur. ergo no- contrariantur inter se. minor patet quia aqua te- pida simul calefacit corpus frigidum et frigida- cit corpus calidum. Quarto arguitur sic. actio r passio conveniunt in genere. ergo no- sibi genera generalissima quia habent aliud genus supra se scilicet illud in quo conveniunt. Quin- to arguitur sic. actio r passio sunt contraria. sed contraria posita sunt sub eodem genere. et que posita sunt sub eodem genere. non sunt genera- lissima. ergo actio r passio non sunt genera gene- ralissima.

Ad rationes. Ad primam

dicatur qd vnum primum principium non est cau- sa alterius primum principij i genere cause forma- lis licet sit in genere cause efficientis. Ad secundam qd licet omne inferens sit prius illato naturaliter non tamen scdm tempus. modo licet actio scdm naturam precedat passionem non ta- men scdm tempus. Ad tertiam dicitur qd quibus contraria non possunt eodem convenire tanq subiecto quia idem non est subiectum con- trariorum. possunt tamen convenire eodem tanq cause. potest enim idem simul esse causa contras- riorum. Ad quartam conceditur qd actio r passio conveniunt in genere naturali scz in ma- teria sed non logiali. Ad quintam dicitur qd non oportet semper contraria poni sub eodem genere. imo sunt aliquando ipsamet genera con- traria vt patet per philosophum in postpredica- mentis.

Passio est effectus illatio- nis q actionis. vt calefieri inferitur ex calefacere et effici- tur. Proprium autem passio- nis est primo inferri ex actione

Item passio non est in agen- te sed in patiente. De reli- quis vero que prius dicta sunt modo sufficiant. Que sequun- tur de alijs quatuor predica- mentis non sunt data a petro hispano.

Circa hunc textum notandus est primo qd pas- sio scz modis accipitur. Vno modo pro acciden- te proprio alicuius rei. vt cum dicitur qd risibile est passio hominis. Secundo modo accipitur p conceptu anime vt cum dicitur in primo peryar- menias qd voces sunt note passionum. I. conceptu- tum qui sunt in anima. Tertio modo accipitur pro motu appetitus sensitivi vt sunt passiones ire timoris amoris r gaudij. Quarto modo acci- pitur pro dolore vel pena inflicta alicui violen- ter vt est passio xpi. Quinto modo accipitur pro qualitate que habet esse imperfectum r cito tra- hit sic est species vel modus qualitatis. Sexto modo accipitur pro immediato effectu actionis et sic accipitur hic. et sic diffinitur. Passio est ef- fectus illatioq actionis. Et dicitur effectus ad denotandum aliquid se habens per modum co- munionis seu generis diffinitur. Et dicitur illatio ad denotandum qd ille effectus necessario sequit- actionem. Et dicitur actionis ad differentiam ip- sius actionis quia quibus ipsa sit effectus r illa- tio non tamen actionis sed qualitatis a quibus causatur. Unde actio r passio differunt respec- tu huius qd est inferri ab alio. quia actio tantu- inferitur a qualitate. et passio a qualitate ex ip- sa actione. Unde duplex est effectus scilicet per- manens r transiens. Effectus permanens est qui habet esse in facto esse r no solus in fieri. Sed ef- fectus transiens est qui solum habet esse in fieri r non in facto esse vt sunt navigatio r equitatio Et pro utroq istorum modorum accipitur hic ef- fectus. Passio tamen accipitur dupliciter. vno modo pro forma acquisita in aliquo subiec- to r tunc non est in predicamento. Alio modo p relatione extrinsecus adueniente que confertur ex debita approximatione potentie active r pas- sive r tunc est predicamentum ab alijs distinctu

Sciendum est secundo

q due sunt passionis proprietates ab autore ab- signate. Prima est. convenit passioni inferri ex ac- tione. probatur quia omnis effectus inferitur a sua causa. sed passio est effectus actionis. ergo proprium est actioni inferri passionem. Et hoc et- dicitur intelligi de passione que est forma acquisi-

ta et non de passione formaliter sista. Secun- da proprietates est. passio non est in agente sed in paciete. probatur sic quia quod inferitur ab alio r causatur non est in illo. sed passio inferitur ab agente ergo passio non est in agente sed in pati- ente. siue capiatur passio pro forma acquisita si- ve pro respectu patientis ad agens. Unde passio formaliter sumpta fundatur in poten- tia passiva patientis et terminatur ad potenti- am activam agentis. si tamen accipiatur actio r passio materialiter scz pro forma successive ac- quisita in aliquo procedente de esse imperfecto ad esse perfectum sic sunt in patiente. et hoc pa- tet per philosophum secundo de anima dicentem actus actioq sunt in patiente predicto. r tertio philosopho. actio r passio sunt vnum motus ergo scz. Item agens intendit assimilare sibi pas- sionem cum producat in specie similem formam quas habet. sequitur ergo qd illa forma existens in agente est eadem essentialiter cum forma pro- ducta in patiente. ergo sequitur qd actio realiter capta scilicet pro forma producta est in patiente. li- cet actio formaliter accepta non possit esse in eo sed in agente quia per actionem formaliter cap- tas agens dicitur formaliter agere r est ratio for- malis quare agens est agens ergo si ipsa esset in patiente patiens formaliter diceretur agere quod est falsum.

Sciendum est tertio qd

passio est essentialiter forma respectiva. probatur quia illud est forma respectiva quod est essentia- liter ad aliud. s; passio e huiusmodi eo qd impos- sibile est concipere passionem sine aliquo termi- no. ergo scz. Secunda ratio quia cuiuscunq ab- stracti concretum est respectuum ipsum abstrac- tum est respectus. sed concretum passionis est re- spectuum vt patet quinto metaphisice vbi di- citur qd agens et patientis referuntur in secundo modo relationis ergo sequitur qd passio est rela- tio seu respectus. Et ob hoc dicunt aliqui qd in omni actione r passione sunt tres entitates ab- solute et scz respectus. Prima entitas absoluta est entitas agentis. Secunda entitas patientis. Tertia entitas forme producte in patiente. Sed quia agens producit illam formam ideo ipsius agentis ad formam est vnum respectus scilicet p- ducentis ad productum et contra forme produc- te ad agens. Est alius respectus qui est producti ad producentem. et quia talis forma recipitur in patiente ideo ipsius patientis ad formam e qui- dam respectus qui est recipientis ad receptum. et est alius sibi oppositus qui est recepti ad reci- piens. Et cum agens producat formam in patien- te est vnum respectus agentis ad patientem et est alius sibi oppositus qui est ipsius patientis ad agens.

Sed contra predicta ar

guntur primo sic. nullum genus generalissimum est effectus alterius generalissimum. sed passio est genus generalissimum ergo non est effectus actio- nis que est genus generalissimum. Secun- do arguitur sic. actio non est causa passionis qd passio non est effectus eius. antecedens patet qd omnis causa producit suum effectum mediante aliqua actione. ergo si actio sit causa passionis tunc actionis esset actio et per consequens pro- cederetur in infinitum in actionibus. Tertio arguitur sic. accidens non migrat de subiecto in subiectum. ergo passio non procedit ab agente in patientem et per consequens non est in patiente subiectum. Quarto arguitur sic. effectus r illatio idem sunt. ergo vnum superflue ponitur.

Ad rationes. Ad primam

dicatur qd passio potest considerari dupliciter. vno modo scdm qd est primum principium effici- ale omnium illorum que sunt de suo coordinati- one r sic non est effectus actionis. Alio modo co- sideratur in particulari. r sic non est principium sed est effectus actionis. Ad secundam ne- getur antecedens. r ad probationes distinguuntur antecedens. quia duplex est causa quedam e prin- cipalis scilicet illa que producit effectus r sic co- ceditur. alia est qua producit effectus que scz non est agens principale sed id quo principale agens dicitur agere formaliter r sic negatur an- tecedens. actio autem non est causa principalis passionis sed imus principalis. Ad tertiam conceditur qd accidens non potest migrare ab aliquo in quo prius fuit tanq in subiecto in aliud tanq in subiectum: tamen potest migrare ab vno tanq a causa in aliud tanq in subiectum cuiusmodi est passio. Ad quartam dicitur qd non sunt idem convertibiles. Vel dicitur ibi illa conuinctio et tenetur expositiue. ita qd sit sen- sus passio est effectus id est illatio actionis ita qd ibi sit expositio nominis minus noti per nomen magis notum.

Quando est quod ex ad- iacentia temporis in re temporali derelinquitur. vt ho- die esse. cras fore. Item du- plex est quando scilicet simplex r compositum. sicut duplex est tempus. Item tres sunt pro- prietates quando. Prima e qd

10. 2. 2. 0. 2. 2. 2



Tractatus tertius

quando non suscipit magis ne q minus. Secunda est q quando nihil est contrarium. Tertia est q quando est in omni illo qd incipit esse in tempore.

Curia hinc textum notandum est primo q quando accipitur tripliciter. Alio modo interrogatur ut vi cum dicitur quando venit fontes. Alio modo relative ut dicendo fontes venit quando plato curtebat. et his duobus modis est vnum sine categorica. Tertio modo accipitur ut tantum valet sicut in tempore vel aliquando. et sic est vnu predicamentum ab alijs distinctum qd sic diffinitur. Quando est qd ex adiacentia temporis in re temporalis derelinquitur. Que diffinitio habet sic exponi. Quando est ens respectu quod causatur in re temporalis ex adiacentia temporis sicut enim fontes non dicitur formaliter albus nisi ab albedine. sic ens res temporalis non dicitur esse vel fuisse formaliter in tempore nisi per vnu accidens existens in ea subiective quod dicitur quando. Unde illud quando non est ipsius tempus sed est ab eo causatus. nec est res temporalis sed in ea est subiective et formaliter et inheret et per respectum ad mensuram sue durationis que quidem mensura est tempus. Quare autem quando non sit tempus probatur sic qz omnis causa efficiens est extrinseca suo causato et realiter ab eo distinguitur. sed tempus est causa ipsius quando. ergo magis et minus. Et capitur ibi distinguitur. Unde tempus dicitur adiacere rei temporali et non inherere qz est mensura extrinseca rei temporali et habet esse subiective in primo modo. unde ex adiacentia ipsius rei temporalis co surgit quidam respectus rei qui vocatur quando. Unde quando est predicamentum ab alijs distinctum patet qz est genus generalissimum habens genera et species distinctas a generibus et speciebus aliorum predicamentorum. Dabet etiam modum predicandi distinctum ab alijs scilicet predicari in quando. qd probatur qz illud predicatur in quando qd conuenienter respondet ad interrogationem factam per quando. sed cui queritur de prima substantia per hoc questionem quado conuenienter respondet quando. ut puta cui queritur quado fuit fontes. conuenienter respondetur hui. ergo quando predicatur conuenienter in quando. Accipitur tamen equivoce qm scdm q est genus generalissimum huius predicamenti. et scdm q est questionum eius. Genera autem subalterna eius snt fuisse esse et fore. Species vero eius sunt esse in die. esse in anno. fuisse in anno. fuisse in die et sic de alijs. Et individua eius sunt fuisse in hac die. in hac hora. in hoc anno. Et

si queratur vtrius quando equivolet hinc qd est esse in tempore. Respondetur q equivolet hinc qd est in tempore. qz esse hodie est species quando sed esse hodie valet tantum sicut esse in tempore. Diuiditur etiam quando in quando simplex et in quando compositum. Unde quando simplex est qd causatur a tempore simplici ut ab ipso nunc. ut esse in presenti vel esse nunc dicitur esse quando simplex. Sed quando compositum est qd causatur a tempore composito scz preterito et futuro. Et in hoc predicamento reponuntur omnia que conuenienter respondentur ad interrogationes factam per quando ut sunt in anno in die in hora et sic de alijs.

Sciendum est secundo

q ipsius quando sunt due proprietates. Prima est non habere contrarium. uenit ipsi quando. q aut non habere contrarium ueniat ipsi quando patet quia si ipsum haberet contrarium maxime dicit fuisse in tempore et fore. sed hoc est falsum. eo q ipsa verificentur de eodem. et enim tunc vere simul fontes sunt hui fontes erit cras. ergo sequitur q non contrariatur. Alter probatur qz contraria sunt forme passive et active adiuuicem. sed forme non sunt forme active et passive adiuuicem ergo uo contrariantur. Secunda proprietatis est quando non suscipit magis neq minus. probatur qz aliquid non dicitur fuisse et esse et fore in tempore magis q aliud qd est. Baru autem proprietatis ratio cois potest esse quia quando causatur immediate a tempore qd nec habet contrarium nec suscipit magis vel minus. Et capitur ibi contrarietas pro repugnantia duarum formarum actiuarum et passiuarum que no possunt simul esse in eodem sed bene successive. qz si acciperet contrarietas coiter. in hoc predicamento posset repin contrarietas

Sciendum est tercio q

quando et tempus differunt et conueniunt. Conueniunt enim in hoc q sicut tempus est ens successiuum ita similiter et quando. Sed differunt quia tempus est in primo mobili subiective. quado vero in re temporalis. et quia tempus adiacet rei temporalis con surgit quidam respectus ad tempus et alius sibi oppositus scilicet tempus ad rem temporalem. Et si queratur quis est talis respectus respondetur q est respectus extrinsecus adueniens quia non ponitur necessario posito fundamento et termino ergo etc. Et si arguatur in oppositum q ille respectus est intrinsecus quia ponitur positis fundamento et termino. quod patet quia positis motu et tempore necessarium est motum esse in tempore. ergo est respectus intrinsecus adueniens. Ad hoc respondetur ponendo primo cui philosopho quarto ppu sicotum si esset mobile extra celum et moueretur

De predicamento vbi.

non moueretur in tempore eo q non esset sub esse. et tamen res temporalis esset. et tempus esset et non esset ille respectus qui est esse in tempore ergo necessario et clare patet q quando non necessario ponitur positis fundamento et termino

Sed contra predicta arguitur

primo sic. in tempore non predicatur de prima substantia. ergo non est predicamentum et per consequens neq quando. cum in tempore et quando equivolet. antecedens patet qz solus obliquus non potest predicari de aliquo. Secundo arguitur sic. si queratur quando. factum fuit hoc conuenienter respondetur anno domini millefimoquadragesimo. et sic de alijs. et tamen hoc totum non est in predicamento ubi sic quoddam completum. ergo non omnia per que conuenienter respondetur ad questionem factam per quando in hoc predicamento reponuntur. Tertio arguitur sic. nullum sine categorica est predicamentum. sed quando est sine categorica. ergo quando non est predicamentum. minor patet quia non est nomen neq verbum. ergo est pars sine categorica. probatur per auctores qui vocat omnes alias partes orationis a nomine et verbo sine categoricamati cas. Quarto arguitur sic. homo viginti annorum magis fuit in tempore q homo viginti annorum. ergo quando suscipit magis et minus.

Ad rationes. Ad primam

dicitur q quando in tempore non possit predicari de aliquo per se tamen bene potest cum recto scz esse in tempore. ideo hoc totum esse in tempore circuloquitur nobis illud respectum qui est predicamentum quando. Ad secundam dicitur q quans hoc totum ano dni millefimo etc sic co plexum scdm vocem et scdm pprium significatum tamen scdm significatum circuloquitur est incompletum. et inquantum huiusmodi ponitur in predicamento. Ad tertiam dicitur q quando capium interrogatur vel relative est sine categorica non tamen ut significat idem sicut esse in tempore vel mensurari tempore. Ad quartam dicitur q vnus ho non dicitur magis fuisse q alter quous vnus dicitur in maiori tempore fuisse q alter.

Si est circumscriptio corporis locati a loci circumscriptione procedens. ut in ecclesia esse. in foro esse. Et diuiditur vbi. qz quoddam est vbi simplex. et est

illud quod a simplici loco procedit ut est locus punctorum. et quoddam est vbi compositum. et est illud quod a loco composito procedit. Proprietates vbi sunt due. Prima est q vbi nihil est contrarium. Secunda est q vbi non suscipit magis neq minus huius est q vbi no suscipit intensionem et remissionem

Curia hunc textum notandus est primo q vbi sic diffinitur in textu. Vbi est circumscriptio corporis locati a loci circumscriptione procedens. Quia qua diffinitione ponitur circumscriptio loco generis vel communioris. Et ponitur locati ad denotandum subiectum ipsius vbi. Et ponitur a circumscriptione loci procedens ad denotandum eius causam efficientem. Vbi enim est quoddam accidens respectu eius existens in corpore locato causatus ex circumscriptione actus loci. Unde circumscriptio accipitur dupliciter. vno modo ut est circumscribens actio et sic est in predicamento actionis. Secundo modo ut est circumscripti passio et sic est in predicamento passionis. Tertio modo idem est q esse circumscriptum. et hoc modo accipitur hic. Pro declaratione huius diffinitionis ponuntur alij distinctiones. prima est locus capitur dupliciter vno modo pro se significato et sic locus nihil aliud est q quedam relatio locantis ad locatum seu superficiem circumscribens ad circumscriptum et sic vocatur locatio actina. Alio modo capitur pro denominato et tunc est ipsa superficies circumscribens locatum. Secunda distinctio vbi capitur dupliciter. vno modo ut est quedam quid dicitur ad vbi actuum et vbi passiuum. et vbi actuum est relatio locantis ad locatum. et vbi passiuum est relatio locati ad locatum. prima locatio dicitur et vbi actuum seu vbi actuum. secunda dicitur passiuum seu vbi passiuum. Alio modo vbi capitur scdm restrictionem visalem ad standum sic dicitur pro vbi passiuo. qz quando dicitur aliquid dicitur commune duobus et vni est nomen impositum alteri vero non. tunc illud coe restringitur ad standum pro illo cui non est nomen impositum. sed vbi actuum est nomen impositum scz locus formaliter sumptus. et vbi passiuo no est nomen impositum ideo vbi coe ad vbi actuum et vbi passiuum restringitur ad standum visaliter pro vbi passiuo. Dis vbi dicitur q vbi no diffinitur in textu ut est generalissimum. s; uenit sola diffinitio vbi passio. Et quia vbi actuum et passiuum

Ad alij... vbi actuum est nomen impositum alteri vero non. tunc illud coe restringitur ad standum pro illo cui non est nomen impositum. sed vbi actuum est nomen impositum scz locus formaliter sumptus. et vbi passiuo no est nomen impositum ideo vbi coe ad vbi actuum et vbi passiuum restringitur ad standum visaliter pro vbi passiuo.

## Tractatus tertius

sunt relativa et cognitio vno relationum facili-  
ter cognoscitur reliquis. ideo facilius potest cog-  
nosci vbi actuum. **Et** his inferatur qd vbi  
non conuincitur a loco formaliter sumpto cum lo-  
cus isto modo sit eius species. quoniam bene cau-  
setur ab ipso materialiter capto. et eodem modo  
dicendum est de alijs predicamentis.

### Sciendum est secundo

q locus materialiter captus et vbi differunt. **Primo**  
quia locus est causa extrinseca et efficiens ip-  
sius vbi. et vbi est ab eo causatum. **Secundo** dif-  
ferunt quia locus non est in locato subiective sy-  
stet in locante. vbi vero est subiective in locato.

**Et** vbi dividitur in vbi simplex et in vbi com-  
positum. **Vbi simplex** est quod causatur a loco  
simplici. vnde sicut visum est capitulo de quan-  
titate particule loci copulatur ad eundem termi-  
num communem ad que copulantur partes con-  
positis scilicet ad aliquod indivisibile ideo talis  
terminus apud mathematicos vocatur locus  
simplex et correspondet alicui indivisibili. **Vbi vero**  
compositum est quod causatur a loco compositi-  
to. est autem locus compositus correspondens  
locato dimisibili. **Unde** vbi ut est quedam  
quidditas communis ad vbi actuum et ad vbi  
passivum est vnum predicamentum ab alijs di-  
stinctum. **Probat**ur quia est vnum genus gene-  
ralissimum habens vnum modum predicandi et  
parua substantia distinctum a modo predicandi  
omnium aliorum predicamentorum. **modus au-**  
**tem** predicandi eius est predicari in vbi. **Et** pro-  
prium eius questivum est vbi. **probat**ur quia om-  
nia illa ponuntur in predicamento vbi que con-  
uenienter videntur responderi ad interrogatio-  
nem factam per vbi. sed cum queritur de prima  
substantia per hoc questivum vbi conuenienter  
respondetur vbi. ergo vbi interrogative captus  
est proprium questivum huius predicamenti. et  
similiter patet quia cum queritur vbi est fontes co-  
uenienter respondetur est in campo est in terra et  
sic de alijs. **Genera** etiam eius subalterna assignan-  
tur esse **geosum** sursum ante retro dextrum  
et sinistrum. **Species** eius specialissime assignan-  
tur esse in aere in terra in domo et sic de alijs. **Et**  
eius individua sunt esse in hac domo. in hac ec-  
clesia et sic de alijs.

### Sciendum est tertio qd

ipsum vbi assignantur due proprietates. **Prima**  
est non habere contrarium. **probat**ur per locum  
cum a maiori quia si habere contrarium conue-  
niret vbi maxime esset sursum et deorsum. et ta-  
men ista non contrariantur cum possint simul et  
semel de eodem verificari. idem enim corpus est  
sursum et deorsum respectu diversorum. sed con-  
traria sunt qd possunt simul et semel verificari de

eodem. ergo sursum et deorsum non contrariantur.  
**Et** quibus sursum et deorsum maxime a se in-  
uicem distant hoc tamen non est distantia forma-  
li siue specifica sed solum distantia locali quia  
sunt eiusdem speciei. **Secunda** proprietates  
vbi non suscipit magis neq minus. **Probat**ur  
quia aliquid non dicitur magis et minus in lo-  
co qd aliud cum vtriusq conueniat equaliter circa  
scribi a loco. licet hoc sit in maiori loco qd aliud.

**Et** ratio istarum proprietatum communis talis  
est. quia vbi immediate causatur a quantitate qd  
nec habet contrarium nec suscipit magis neq mi-  
nus ergo et c.

### Sed contra predicta ar-

guitur **Primo** sic. substantie incorporee puta an-  
geli sunt in loco et tamen non circumscriptur  
a loco. ergo vbi non est circumscriptio corporis  
cum tales non habeant corpus. **Secundo**  
arguitur sic. vbi est lineare geometria. ergo non  
est predicamentum. **Tertio** arguitur sic. in  
vbi est contrarietas quia in ipso reperitur mo-  
tus quinto philosophi. **Quarto** ar-  
guitur sic. vbi est circumscriptio actus locati. sed  
terminare est actio. ergo reponitur in predicame-  
to actionis.

### Ad rationes. Ad primam

dicunt q substantie incorporee non sunt in loco  
dimensionarie et circumscriptive. sed tantum  
dimensionarie. et de illo non intenditur hic. **Ad**  
**secundam** dicitur q vbi capitur tripliciter. **Uno**  
**modo** interrogative ut cum queritur vbi est so-  
tes et sic est questivum huius predicamenti.  
**Alio modo** capitur relative ut cum dicitur lon-  
tes currit vbi plato disputat. et his duobus mo-  
dis non est predicamentum. **Tertio modo** acci-  
pitur pro quadam quidditate communi ad vbi ac-  
tivum. et ad vbi passivum et sic est vnum de ve-  
cem predicamentis. **Ad** tertiam negatur  
consequentia q ad motum non requiritur con-  
trarietas proprie dicta. sed sufficit contrarietas  
generaliter dicta de qua non est hic ad propo-  
situm. **Ad** quartam dicitur q talis circum-  
scriptio actus non est actio saltem accipiendo  
eam pro relatione fundata in circumscriptivitate et  
terminata ad circumscriptum. sed est quedam re-  
latio causata a superficie et terminata ad corp<sup>o</sup>  
locatum.

**Positio** est quedam par-  
tum situs et generati-  
onis ordinatio. ut ses-  
sio statio et sic de alijs. **Itz**  
tres sunt proprietates positio-

## De predicamento positionis:

nis. **Prima** est q positio non habet  
contrarium. **Secunda** est q po-  
sitionis non suscipit magis neq mi-  
nus. **Tertia** est q proprium est  
positioni substantie proxime as-  
sistere.

**A**ntea hanc tertiam notandum est primo q po-  
sitionis sic dicitur in textu. **positio** est quedam  
situs partium et generationis ordinatio. **Unde**  
de in positione est duplex ordo. **Unus** est partium  
in loco et iste tangitur cum dicitur est quedam  
situs partium. **Alius** est partium in toto qui in  
est per generationem et talis ordo tangitur cum  
dicitur generationis ordinatio. **Per** positionem  
autem triplex denominatur ordo partium. **primus**  
partium in loco. **secundus** est partium inter se.  
et **tertius** est partium in toto. **primus** autem or-  
do proprie significatur per hoc nomen situs. **vi-**  
**denus** enim q quando aliquis surgit q partes  
eius aliter et aliter situantur in loco q quando se-  
des. **secundus** vero et **tertius** ordo significantur  
nomine positionis. **Unde** positio est predi-  
camentum ab alijs distinctum habens genera et  
species et individua et modus predicandi ostin-  
tam ab alijs. **Genera** enim subalterna eius sunt  
positio unata. et positio acquisita. **situs** sursum  
et deorsum. **Species** eius specialissime sunt sede  
re stare et sessio et statio. **Individua** vero est  
sessio socratis. statio platons. **Modus** autem  
predicandi eius est predicari in quomodo est si-  
tuatum. **Reponuntur** autem in hoc predica-  
mento omnia per que conuenienter respondetur ad  
interrogationem factam per quomodo est hoc  
situatum et eorum abstracta. **Si** enim queratur  
quomodo situatur socrates. conuenienter respō-  
detur iacet vel stat et sic de alijs. **similiter** hoc est  
essentialis predicatio sessio est positio acquisita

### Sciendum est secundo

q tres sunt positionis proprietates sicut situs.  
**Prima** non habere contrarium. quia si aliqua  
positio haberet contrarium tunc maxime istane  
re et iacere contradicerent sine contrariarentur.  
et tamen non contrariarentur quia ea ratione qua  
iacere et manere contrariarentur. eadem ratione  
stare et manere contrariarentur. sed hoc est fal-  
sum quia non possunt esse plura contraria  
ergo positioni non inest contrarietas. **Secundo**  
**probat**ur quia contraria maxime a se inuicem  
distant et mutuo se expellunt ab eodem subiecto  
sed positiones non sunt huiusmodi ergo positio-  
nis nihil est contrarium. **Secunda** proprie-  
tas est. positio non suscipit magis et minus quia

socrates non dicitur magis neq minus stare vel  
iacere q plato. ergo iacere et stare non suscipit  
magis et minus. nec etiam alia similia quia  
non possunt intendi et remitti in suo proprio esse  
ergo et c.

### Sciendum est tertio qd

proprie proprium est positioni proxime assistere  
substantie. **Et** q sit proprie proprium probatur.  
quia positio importat quendam ordinem parti-  
um ad totum et ad locum. sed ordo partium in to-  
to inest toti per generationem scdm q vna pars  
precedit aliam. ergo immediatus inest substantie  
siue assistit q aliud accidens. **Unde** positio pro-  
prie dicit respectum extrinsecum adiuventem cau-  
satam ex ordine partium inter se et ad locum.

**Aliqui** tamen dicunt q hoc proprietates habet  
veritatem in sex ultimis predicamentis ita q sit  
sensus inter sex ultima predicamenta positio assistit  
substantie et aliquid aliud sy-  
dicamentum. **Et** dicunt illi q relatio immediaci-  
us assistit substantie. et similiter quantitas q po-  
sitionis. **eo** q relatio causatur a toto. positio vero  
a partibus ordinatis inter se et ad totum et ad lo-  
cum. sed totum prius est suis partibus saltem  
via perfectionis. ergo relatio causata a toto est  
mediatus substantie assistit q positio.

### Sed contra predicta ar-

guitur **Primo** sic. situs denominat totum et non  
partes dicitur enim q homo sedet et non partes  
eius. ergo male dicitur in diffinitione q est quedam  
partium situs. **Secundo** arguitur sic. iacere  
et stare maxime distant nec possunt eidem simul  
inest sed bene succedunt. ergo iacere et stare con-  
trariantur. **Tertio** arguitur sic. **Relatio** et  
quantitas primo inest substantie q positio. q  
non est proprium positionis proxime assistere  
substantie. **Quarto** arguitur. situs et posi-  
tio idem sunt. ergo vnum non debet differre per  
reliquum.

### Ad rationes. Ad primam

dicunt q quantitas positio primo conueniat toti  
tanq subiecto. prius tamen conuenit partibus  
sic q partes se habent tanq illud mediante quo  
conuenit toti. **Ad** secundam dicitur q quod  
ius iacere et stare non possunt simul et semel inest  
eidem subiecto. non tamen expellunt se ab eodem  
subiecto per se. sed solum per accidens. per hoc  
enim q aliquid mouetur localiter et accipit alium  
et alium ordinem diuersimode situatur. **Ad**  
**tertiam** dicitur q petrus hispanus non intendit  
simpliciter dicere q positio immediatus sub-  
stantie quolibet alio accidente. sed vult dicere  
q inter sex ultima predicamenta bene positio un-  
mediatus est substantie q alia. cum situs inme-

## Tractatus tertius

diacis esset substantie non enim est idem asserere et operere. nam ad asserere sufficit pater esse. Ad operem dicitur quod positio et situs possunt capi dupliciter. vno modo generaliter et sic sunt conuertibilia. alio modo potest capi positio specialiter et sic non sunt conuertibilia nec vnum potest diffiniri per reliquum.

**H**abitus est corporum et eorum que circa corpus sunt adiacentia. vt tunicatum esse. loriatum esse. Et tres sunt proprietates eius. Prima est quod habitus suscipit magis et minus. vt eques est armator pedite. Secunda est quod habitus non habet contrarium. Tertia est quod habitus semper est in pluribus. scilicet in habente et in habito.

Circa hunc textum notandum est primo quod habitus sic diffinitur in textu. Dicitur est corpus et eorum que circa corpus sunt adiacentia. Et debet hic esse predicatio causalis et non formalis. debet enim sic exponi habitus causa tur ex corporibus et eorum que circa corpus sunt adiacentia. Et debet ibi intelligi accidens loco generis ita quod sit sensus habitus causatur. id est habitus est accidens causatum. Unde habitus non est corpus neque ea que sunt circa corpus eo quod illa possunt existere habitum non existentem. sed est quoddam accidens respectuum extrinsecus adueniens causatum ex adiacentia et applicatione eorum que circa corpus sunt et ipsorum corporum. quo accidente aliquid dicitur formaliter habere vel haberi sine habitatum esse.

Unde habere fundatur super corpore vel in corporebus et terminatur ad illud quod est circa corpus. Relatio autem sibi opposita fundatur in eo quod est circa corpus. et terminatur ad ipsum corpus quod habitatur. Quod autem sit relatio extrinsecus adueniens patet. quia non ponitur positio extrinsecus vt positio corpore et similiter positio eo quod est circa corpus non ponitur habere. sed requiritur applicatio eorum adueniens.

**Sciendum est secundo quod**

habitum est genus generalissimum habens sub se plures species subalternas. quod sit genus probatur quia predicatur de pluribus differentiis

specie. Et quod sit generalissimum patet quia est genus et non habet aliquid superueniens generi. quod est genus generalissimum patet consequentia per locum a definitione ad definitum. Tertius est tamen quod habitus potest capi dupliciter. Vno modo actiue scilicet pro relatione fundata in corpore et terminata ad illud quod est circa corpus et sic est species huius predicamenti. Alio modo capitur pro relatione illi opposita scilicet haberi que fundatur in illo quod est circa corpus et sic est alia species huius generis. Sed habere in sua quidditate communis vt superius est ad habere actiue. et haberi est predicamentum ab alijs distinctum. Eius generis subalternas sunt habere et haberi. et armatum esse et vestitum esse. Species vero eius specialissime sunt loriatum esse sine loriatio. capiatum esse. et galeatum esse et sic de similibus. Dabit etiam individua vt sunt armatio sortis. et loriatio platonis et sic de singulis. Reponuntur autem in hoc predicamento omnia que conuenienter respondetur ad questionem factam per hoc interrogatum quomodo est hoc habitatum. Reponuntur etiam abstracta eorum et omnia que de ipsis essentialiter predicantur.

**Sciendum est tertio quod**

ipsum habitum tres sunt proprietates quarum prima est suscipere magis et minus. Dicitur enim fontes qui habet galeam et loriatum est magis armatus quam qui habet loriam tantum. ergo armatum esse suscipit magis et minus. Secunda proprietates habitus est non habere contrarium. Ratio huius est quia fundamenta et termini ipsius habitus non habent contrarium. ergo etiam nec habitus habet contrarium. relationes enim non dicuntur contrarie nisi ex consequenti et per accidens scilicet ad contrarietatem fundamentorum et terminorum quia totum esse relatum est ad aliud. Causantur enim relationes a suis fundamentis et terminis. ideo si fundamenta et termini non habebunt contraria nec et ipse relationes possunt habere contraria. quia contraria sunt forme adueniens maxime distantes et mutuo se ab eodem subiecto expellentes que non possunt simul eodem inesse nec de eodem verificari. sed armatum esse et loriatum esse possunt simul de eodem verificari ergo habitum nihil est contrarium. Tertia proprietates est. proprium est habitum in pluribus existere. Probatur quia habitus est quidam respectus extrinsecus adueniens causatus a corpore tanquam a fundamento. et ab eis que circa corpus sunt tanquam a termino et eonuerso. ergo habitum conuenit in pluribus existere. Aduertendum est tamen quod aliquid dicitur existere in alio dupliciter. Vno modo tanquam in subiecto. Alio modo tanquam in causa vel termino. Ita notato inferuntur duo correlaria.

## De postpredicamentis.

Primum est. impossibile est idem accidens in pluribus subiectis existere. et hoc tanquam in subiecto. quod probatur quia idem accidens in numero non potest esse in diuersis subiectis. cum accidentia numerantur ad numerationem suorum subiectorum. ergo idem accidens numero non potest in pluribus subiectis existere. Secundum correlarium est quod idem accidens potest existere in vno tanquam in subiecto et in alio tanquam in termino siue in causa. hoc patet quia relatio est accidens quod habet esse in vno subiecto puta in fundamento et in alio terminato. ergo idem accidens potest in pluribus existere in vno scilicet tanquam in subiecto et in alio tanquam in termino. et hoc modo intellexit autem noster.

**Sed contra predicta arguitur**

Primo sic. tunica est habitus et tamen non est adiacentia corporum nec causatur ex his que circa corpus sunt. ergo habitus non est adiacentia corporum et eorum que circa corpus sunt. Secundo arguitur sic quando est adiacentia temporis ad rem temporalem. ergo est adiacentia corporum et eorum que circa corpus sunt. et per consequens hec diffinitio conuenit alijs a diffinito.

Tertio arguitur sic. habitus est species qualitatis. ergo non est predicamentum ab alijs distinctum. Quarto arguitur sic. nullum accidens est in pluribus. sed habitus est accidens. ergo habitum non conuenit in pluribus existere.

**Ad rationes. Ad primam**

dicitur quod si accipiatur habitus materialiter et per denominato tunc tunica est habitus. si autem accipiatur formaliter tunc tunica non est habitus non enim est ad id quo aliquid formaliter dicitur haberi vel habitatum esse. Ad secundam dicitur quod ad hoc quod aliquid sit habitus non sufficit quod sit adiacens. id est quod causatur ex adiacentia tamen sed cum hoc requiritur quod sit applicatum rei habenti. modo quando bene causatur ex adiacentia temporis hoc est ex tempore adiacente reitempore. et illud vocatur esse in tempore et vbi esse in loco. ideo vbi et quando non sunt habitus. Ad tertiam dicitur quod habitus potest capi dupliciter vno modo pro qualitate inherente subiecto de difficili mobili a subiecto et sic habitus est qualitas. Alio modo capitur pro quodam respectu extrinsecus adueniente qui causatur a corpore et terminatur ad id quod est circa corpus. et sic est vnum predicamentum ab alijs distinctum. Ad quartam dicitur quod quauis idem accidens non possit in pluribus esse tanquam in subiectis potest tamen esse in pluribus tanquam in causis. vel in vno tanquam in subiecto et in alio tanquam in termino. Et hec de predicamentis.

**D**icitur autem alterum alteri opponi quadupliciter. oppositorum enim quedam sunt relativa vt pater et filius. duplum et dimidium. quedam sunt priuatiue opposita. vt priuatio et habitus. visus et cecitas auditus et surditas. Alia sunt contrarie opposita. vt album et nigrum. Alia sunt contradictorie opposita. vt sedere non sedere. Que autem sunt relative opposita dicitur est in capitulo de relatione

Contraria sunt quecumque sub eodem genere posita maxime a se inuicem distant mutuo se expellunt et eidem susceptibili vicissim insunt a quo mutuo se expellunt nisi alterum insit a natura. vt albedo in cigno et nigredo in coruo et ethiopi. caliditas autem non est in igne vt accidens in subiecto imo vt substantiale in eo cuius est substantiale sicut sunt quedam que cadunt in diffinitione alicuius. non formaliter predicationem sed potius vt principium. vt punctus in diffinitione linee. et unitas in diffinitione numeri. et iste modus essendi in continetur sub quarto modo secundum quem vnaqueque pars diffinitionis est in suo dif-

### Tractatus tertius

finito. et sic ignis non est subiectum caliditatis. sed materia ignis est subiectum eius. hec enim susceptibilis est caliditatis et frigiditatis. unde caliditas est in materia ignis ut in subiecto sed ut substantiale in eo cuius est substantiale. Priuatiue opposita sunt que habent fieri circa idem subiectum ordine irregressibili. et tempore determinato a natura. ordine irregressibili dico quia ab habitu in priuationem deuenire possibile est sed non e converso. impossibile enim est a priuatione in habitum regressum fieri ut visus et cecitas habent fieri circa oculum. a visu autem deuenire in cecitatem possibile est sed non e converso

Circa hunc textum notandum est primo quod postquam autor determinavit de antepredicamentis et predicamentis consequenter ipse determinat de postpredicamentis. Est autem postpredicamentum quoddam documentum sequens determinationem predicamentorum valens ad completam noticiam predicamentorum habendam. Et sunt quatuor postpredicamenta scilicet: positio. prius simul. motus. et habere. Quorum sufficientia assignatur. quia omne postpredicamentum valet ad noticiam predicamentorum. vel ergo valet ad cognoscendum ea quantum ad suum fieri et sic est motus. vel quantum ad suum esse et hoc tripliciter. quia vel valet ad cognoscendum eorum repugnantiam et sic est oppositio. vel eorum ordinem et sic est prius. vel valet ad cognoscendum eorum convenientiam et hoc dupliciter. vel convenientiam inferioris cum superiori et sic est simul. vel convenientiam accidentium cum substantia et sic est habere. Oppositio autem est duplex scilicet complexorum et incomplexorum. Complexorum oppositio est passio propositionum et

de illa determinatus est in primo tractatu. sed de oppositione incompleta est hic ad propositum. Et potest sic diffiniri. Est repugnantia formalis aliquorum que non possunt simul et semel de eodem verificari respectu eiusdem. Et dividitur in quatuor species scilicet in oppositionem priuatiuam contrariam relativam et contradictoriam quarum sufficientia sic habetur. Omnia omnia opposita est repugnantia duorum extremorum. vel ergo ambo extrema sunt entia. vel unum est ens et alterum non ens. Si ambo sunt entia hoc est dupliciter. quia vel referuntur ad se inuicem et sic est oppositio relativam. vel non et sic est oppositio contraria. Si unum extremorum sit ens et alterum non ens hoc est dupliciter. quia vel est inter ens et non ens simpliciter et sic est oppositio contradictoria. vel inter ens et non ens in determinato subiecto et sic est oppositio priuatiua.

Non est autem hec divisio generis in suas species sed vocis in suas significaciones eo quod oppositio non dicitur univoce de illis quia aliquae illarum oppositionum sunt relationes reales. alie vero sunt relationes rationis eo quod habent fieri inter ens et non ens. sed entia reali et cum rationis nihil est commune univoce. ergo oppositio non dicitur univoce de illis quatuor membris.

#### Sciendum est secundo quod

oppositio relativam est repugnantia inter relativum et suum correlativum. Quid autem sit relativum dicitur est prius. Non est tamen intelligendum quod omne relativum opponatur illi a quo refertur ad simul essendum. sed relativum opposita habent repugnantiam ad simul essendum in eodem et respectu eiusdem ut pater et filius respectu eiusdem opponuntur et non possunt verificari de eodem. Quando etiam relativum et correlativum habent sub se species non oportet quod illa secundum suam generalitatem et respectu eiusdem accepta opponantur. causa enim et effectus possunt de eodem verificari respectu eiusdem quod si hoc sit in diversis generibus causarum. ut ambulatio post cenam est causa sanitatis in genere cause efficientis et ipsa ambulatio est effectus sanitatis in alio genere cause. Debet ergo attendi oppositio secundum species relationis et non secundum genera. Debet etiam ipsa oppositio relativam attendi ut dicunt aliqui inter relativam suppositionis et suppositionis solum et non inter relativam equiparantem quod inter illa nulla est oppositio. Consequenter autor diffinit contraria in textu sic. Contraria sunt que sub eodem genere posita sunt et mutua se inuicem distant et eadem susceptibiliuicissimum insunt a quo mutuo se expellant. Que diffinitio exponitur sic. Contraria sunt opposita que posita sunt sub eodem genere proximo et distant maxime a se inuicem distantia formali. et hoc po-

### De postpredicamentis:

nitur ad differentiationem eorum que mediant inter ipsa contraria. Et eadem susceptibiliuicissimum insunt. Lapsa nata sibi inesse succedere eidem subiecto numero. A quo mutuo se expellant. sunt apud naturam expellere se actione propria. sicut caliditas expellit frigiditatem. aut actione aliena scilicet actione suarum causarum. sicut alie qualitates contrarie expellunt se inuicem. Et additur nisi aliter eorum insit a natura ad differentiationem contrariorum que naturaliter insunt suis subiectis nam quia caliditas inest igni naturaliter ideo frigiditas non est nata sibi inesse. Unde duplicia sunt contraria scilicet mediata et immediata. Contraria mediata sunt illa que mediant aliquid quia species participans aliquid utriusque extremi. ut inter album et nigrum mediat rubrum. Contraria vero immediata sunt illa que non mediant aliquid eiusdem generis ut inter sanum et egrum. quibus tamen mediet aliquid alterius generis scilicet corpus susceptibile contrariorum.

Differunt autem contraria immediata a mediatis. quia non est necesse alterum contrariorum mediatum semper inesse subiecto. non enim est necesse corpus quod est esse album vel nigrum. sed contrariorum. immediatorum necesse est alterum in subiecto esse quod ipsum est si ipsum est susceptibile ut si animal est necesse est quod ipsum sit sanum vel egrum.

#### Sciendum est tercio quod

opposita priuatiue sunt que habent fieri circa idem subiectum ordine irregressibili et tempore determinato a natura. Unde duplex est priuatiua. quedam est imperfecta que negat actum et non potentiam eo quod relinquit principia habitus sicut quies negat actualiter motum. sed relinquit potentiam ad mouendum. et a tali priuatione potest fieri regressus in habitum. Alia est priuatiua perfecta que negat simul actum et potentiam eo quod destruit principia habitus sicut cecitas negat actualiter videre et posse videre. Et quia talis priuatiua negat potentiam eo quod destruit principia habitus. ideo a tali non potest naturaliter fieri regressus in habitum. quantum hoc potest fieri secundum potentiam supernaturalem. Unde ad priuationem perfectam quatuor conditiones requiruntur. Prima est quod importet carentiam formam. Secunda est quod importet aptitudinem ad ipsam formam. cecitas enim que est priuatiua perfecta visus importat carentiam visus in subiecto apud nato videre. Tercia est quod priuatiua et habitus habeant fieri circa idem subiectum. opposita enim priuatiue habent fieri circa idem subiectum ea propter surditatem non est priuatiua visus. Quarta conditio est quod a priuatione in habitum non possit fieri regressus neque motus quantum hoc potest fieri e contra. a cecitate enim non potest pa-

turaliter fieri regressus neque motus ad visum. et propter hoc quies non est perfecta priuatiua motus. cum a quiete in motum possit naturaliter fieri regressus. Quarta conditio est quod sit tempus determinatum a natura in quo habitus natus est inesse subiecto. et ideo quantum cecitas ante nonam diem non videtur non est tamen in eo priuatiua visus. eo quod non est aptus natus videre ante nonam diem. Oppositio ergo priuatiua est repugnantia priuationis et habitus. Dicitur autem est forma acquisita in aliquo subiecto ut visus in oculo et sic de alijs. Sed priuatiua est carentia forme in subiecto apud nato. Deinde autor noster determinat de oppositione contradictoria ipsam sic diffinit. Contradictio est oppositio cuius secundum se non est medium. Duplex autem est medium scilicet medium per abnegationem et medium per participationem. Medium per abnegationem est medium de quo vere negatur utriusque extremorum. et tale reperitur inter contraria immediata. Est enim aliquid subiectum quod nec est sanum nec egrum sicut lapis. Medium autem per participationem est medium quod participat naturam utriusque extremi. et sic rubrum mediat inter album et nigrum. et tale medium non reperitur inter contraria immediata. Inter vero contradictoria nec est medium per abnegationem nec per participationem. et sic in diffinitione ponitur secundum se eo quod contradictoria non habent ab alijs oppositionibus quod inter extrema eorum non sit medium. Contradictio vero semper est inter ens et non ens. et ideo contradictoria sunt talis nature quod necesse est alterum de quolibet verificari et non ambo simul.

#### Sed contra predicta arguitur

Primo sic. homo et asinus opponuntur et non secundum aliquam predictarum oppositionum. ergo divisio est insufficientis. Secundo arguitur sic. omnia opposita sunt relativam cum oppositio sit relatio. ergo sequitur quod membra illius divisionis coincidunt. Tertio arguitur sic. album et nigrum contrariantur et etiam priuatiue opponuntur. quia nigrum est priuatiua albi. et ergo divisio non est bona. Quarto arguitur sic. contradictoria magis distant quam contraria. et ergo male dicitur in diffinitione contrariorum quod contraria maxime distant.

#### Ad rationes. Ad primam

dicitur quod homo et asinus non sunt opposita sed magis sunt disparata. Ad secundam dicitur quod si opposita accipiuntur formaliter et pro se significatis sic omnia sunt relativam quidditates. si tamen accipiuntur materialiter et pro denominatione sic sunt relativam denominatione. Dicitur ultra quod consequentia illius argumenti non



Tractatus tertius

vel. quia non est idem esse' relatiue et relatiue opposita. Ad tertiam dicitur q' album et nigrum virtualiter includunt oppositionem p' naturam et contradictionem non tamen formaliter quare non sunt p' nature opposita. Ad quartam dicitur q' quidam contradictoria maxime distant simpliciter non tamen distantia que e' sub eodem genere. cuius contradictoria non reponuntur sub eodem genere. et contraria sub eodem genere reponuntur.

Quis dicitur quadrupliciter. Primo modo et proprie aliquid dicitur prius altero fm tempore prout aliquis dicitur senior et antiquior altero. sicut homo habens triginta annos dicitur prior homine habente viginti annos. Secundo modo aliquid dicitur prius a quo non conuertitur subsistendi consequentia. ut vnus est prius duobus. duobus enim existentibus mox consequens est vnus esse ut ly duo sunt vnus est et non econuerso

Tertio modo dicitur prius fm ordinem quendam vt in disci- plinis principia priora sunt conclusionibus. et in gramatica littere sunt priores sillabis. et in oratione prohemium est prius narratione. Quarto modo prius dicitur quod melius est et honorabilius. consueuerunt enim plurimi homines honorabiliores et magis dilectos apud se dicere priores. Preter hos quatuor modos iam dictos est vnus alter

modus prioris. eorum que conuertuntur fm essendi consequentiam. et alter est quodammodo causa alterius et hoc modo aliquid dicitur prius altero natura. vt res e' causa veritatis orationis de se facte sic hominem currere conuertitur cum oratione homo currit. et si hominem currere sit verum hec est vera homo currit et econuerso. res autem est causa veritatis orationis de se facte et non econtra. ab eo enim q' res est vel non est oratio dicitur vera vel falsa. ergo hec res hominem currere prior est hac oratione homo currit

Simul dicitur tribus modis. Primo modo dicitur simul quorum generatio est in eodem tempore et neutrum e' prius neq' posterius. et hec dicuntur simul tempore. Secundo modo dicuntur simul que conuertuntur et neutrum est causa alterius sicut quelibet relativa. vt duplum et dimidium pater et filius et sic de alijs

Tertio modo dicuntur simul que equaliter conuidunt aliquid quod genus vt homo equus et sic de alijs que conuidunt hoc genus animal. et similiter differentie diuidentes aliquod

De postpredicamentis:

genus dicuntur simul vt rationale irrationale et sic de alijs. isti autem duo ultimi modi dicuntur simul natura. prius autem tertius modus dicitur simul tempore

Quia hunc tertium notandum est primo q' post q' autor determinat de primo postpredicamento consequenter autor determinat de secundo quod vocatur prius. dicitur postpredicamentum quia valet ad completam noticiam predicamentorum habendam. Et quia autor dicit in predicamentis q' relatiue sunt simul natura ideo oportet scire que sunt simul natura. q' que sunt priora et posteriora non sunt simul natura. ideo autor determinat de priori cuius sunt quatuor modi qui in his versibus continentur. Tempore natura prius ordine dicitur et honore. Causam causato dicimus esse prius. Unde illud dicitur esse prius alio tempore cuius duratio precedat durationem alterius. sicut puer decem annorum prior est tempore puero non habente nisi quatuor annos. Illud autem est prius natura a quo non conuertitur essendi consequentia vt vnus prius est duobus quia bene sequitur duo sunt ergo vnus est. sed non sequitur econtra. Illud quidem est prius ordine quod est prius via discipline et compositionis. vt principia priora sunt conclusionibus. et ligna et lapides domibus. Illud vero est prius honore quod est dignitas et p'fectus vt homo virtuosus prior est homine vicioso. Sed illud est prius casualitate quod est causa alterius dum tamen ab vno ad alterum essendi consequentia conuertatur. et scdm hunc modum res est causa veritatis vel falsitatis orationis quod est et ipsa res. q' quia tot modis dicitur vnus oppositorum quot modis dicitur et relatiue quia ideo tot sunt modi posterioris quot sunt modi prioris qui faciliter possunt haberi p' modos predictos quorum sufficientia sic habetur. Quis omne quod est prius altero aut est prius scdm rem aut scdm rei positionem. si secundum sic est tertius modus. Si primum hoc est dupliciter. quia aut est p' scdm esse aut scdm aliquid consequens esse. si secundum sic est quartus modus. si primum hoc est dupliciter. quia vel e' prius tempore aut non. si primum sic est prius modo dicitur. si secundum hoc e' dupliciter. quia vel vnus est causa alterius et conuertuntur scdm essendi consequentiam et sic est quintus modus. aut non est causa alterius et conuertuntur scdm essendi consequentiam et sic est sextus modus. Nam autor non numerat h'c omnes modo prioris sed solum illos qui vt rationabile et irrationale diuidit animal et animal tem ad cognoscendum predicamenta. philosophus prius enim quinto metaphysice enumerat eo q' determinat de priori scdm q' est passio

Sciendum est secundo q'

prius modus prioris valet ad cognoscendum ordinem inter substantiam et accidens commune. eo q' substantia prior est tempore accidentibus communibus. Secundus modus valet ad cognoscendum ordinem inter superiora et inferiora quia a superioribus ad inferiora non conuertitur subsistendi consequentia et ideo superioris prius est inferiori. Tertius modus valet ad cognoscendum ordinem inter differentias et species eius. differentie enim sunt de compositione speciei et per consequens sunt simpliciores ipsa specie et per consequens prioris. Quartus modus valet ad cognoscendum ordinem inter substantiam et accidens. eo q' substantia dignior est accidente. valet etiam ad cognoscendum ordinem inter substantias eo q' alique sunt p'fectiones alijs. Quintus modus valet vt communiter dicitur ad cognoscendum ordinem inter subiectum et passionem. eo q' subiectum et passio conuertuntur essendi consequentiam et subiectus est causa passionis. Sed tam acceptatur dupliciter. Vno modo per se significato et tunc significat relationem prioris ad posterius et eius correlatus est posterioris. et hoc modo non est predicamentum. Alio modo accipitur pro denominato scilicet pro re que est altera prior. et sic est postpredicamentum et reperitur in duobus predicamentis. et eodem modo dicendum est de posteriori.

Sciendum est tertio q'

simul qd est tertium postpredicamentum accipitur dupliciter. Vno modo aduerbia liter et sic est sicut hecogonima nec est postpredicamentum. Alio modo accipitur nominaliter vt est vnus nomen concretum cuius abstractum est similitas. et tunc si capiatur pro per se significato est in predicamento relationis eo q' significatum eius est respectus vnus rei ad alias rem que cum ea existit. si vero capiatur fundamentaliter et p' denominato sic aliquando est in predicamento substantie et aliquando in alijs predicamentis et sic est postpredicamentum. Et ipse assignantur tres modi qui in his versibus continentur. Tempore dico simul quorum generatio nascitur. Que conuertitur dicimus esse simul. Sicut simul species genus vnus diuidentes. Illa cuius sunt simul tempore quorum generatio est in eodem tempore. Illa vero sunt simul natura que conuertuntur essendi consequentia et vnus non est causa alterius et conuertuntur scdm essendi consequentiam et sic est quintus modus. Illa dicuntur simul que ex opposito diuidit idem genus. vel illa in qua ipsum genus diuiditur vt animal rationale et irrationale diuidit animal et animal tem ad cognoscendum predicamenta. philosophus enim quinto metaphysice enumerat eo q' determinat de priori scdm q' est passio

Abstrahere  
Sunt nominaliter  
denominatio

si vnus dicitur q' genus dicitur per se  
esse et dicitur per se esse  
et vnus dicitur q' genus dicitur per se  
esse et dicitur per se esse

si vnus dicitur q' genus dicitur per se  
esse et dicitur per se esse  
et vnus dicitur q' genus dicitur per se  
esse et dicitur per se esse

## Tractatus tertius

tempore et sic est primus modus aut simul nam  
 sic et hoc dupliciter: quia aut illa conuertuntur  
 in effendi consequentia et sic est secundus mo-  
 dus aut illa ex opposito diuiduntur idem genus  
 et sic est tertius modus. Unde primus modus  
 valet ad cognoscendum ordinem inter aliquas  
 substantias et accidentia. Valet etiam ad cog-  
 noscendum ordinem inter subiectum et proprias  
 passionem. Secundus modus principaliter repe-  
 ritur inter relationum quia illa conuertuntur in  
 effendi consequentiam et vnum non est causa al-  
 terius et hoc accipiendo ipse pro ipse respectu  
 bus quia si acciperetur pro denominationis tunc  
 vnum esset causa alterius nam illa res que est pa-  
 ter est causa filii rei que est filius cuiusquam pro-  
 duxerit. Tertius modus reperitur in omni pre-  
 dicamento et generaliter in omni genere siue ge-  
 neralissimo siue subalterno quodlibet enim ge-  
 nus habet differentias per quas diuiditur et etiam  
 species. Et quibus patet utilitas huius postpre-  
 dicamenti.

### Sed contra predicta ar-

guntur Primo sic omne prius est prius ordine et  
 ergo tertius modus non distinguitur ab alijs.

Secundo arguitur sic omne totum prius est  
 suis partibus ergo syllabe sunt priores litteris  
 et dictiones syllabis. Tertio arguitur sic  
 illorum que sunt simul: vnum non est prius al-  
 tero sed ea que conuertuntur sunt simul ergo vnum  
 non est prius altero.

Quarto arguitur sic  
 tot modis dicitur vnum oppositorum quot mo-  
 dis et reliquum sed prius et simul sunt opposita  
 ergo tot sunt modi simul quot sunt modi prio-  
 ris et per consequens non sunt nisi tres modi  
 priores.

### Ad rationes. Ad primam

dicitur quod ordo accipitur dupliciter. vno modo  
 generaliter pro quocumque ordine qui est inter pri-  
 us et posterius et sic omne prius est prius ordine  
 alio modo accipitur specialiter pro ordine dis-  
 cipline et compositionis et sic est vnum modus  
 prioris ab alijs distinctus.

Ad secundam  
 dicitur distinguendo antecedens vel via resolu-  
 tionis et sic conceditur vel via compositionis et  
 generationis et sic negatur.

Ad tertiam di-  
 citur quod quauis ea que conuertuntur sint simul tem-  
 pore: non tamen oportet ea esse simul natura. po-  
 test enim esse aliquid prius si vnum modum et  
 posterius si alium.

Ad quartam negatur  
 antecedens. Imo prius opponitur posteriori modo  
 tot sunt modi prioris quot sunt modi posterior-  
 ris. Sunt etiam alij modi simul ut habetur qui-  
 to metaphysice. sed illi qui hic enumerati sunt  
 ad propositum sufficiunt.



**M**odus sex sunt speci-  
 es. scilicet generatio  
 corruptio. augmen-  
 tatio. diminutio. alteratio et in  
 locum mutatio. Generatio est  
 progressio a non esse ad esse.  
 Corruptio est progressio ab esse  
 ad non esse. Augmentatio est  
 preexistens quantitatis maio-  
 ramentum. Diminutio est pre-  
 existens quantitatis minora-  
 mentum. Alteratio est mutatio  
 a contraria qualitate in contra-  
 riam qualitatem vel in mediam  
 ut cum aliquid permutatur ab  
 albedine in nigredinem vel in  
 medios colores. Motus in lo-  
 cum est mutatio de vno loco in  
 alterum. Motus autem in lo-  
 cum sex species sunt siue diffe-  
 rentie scilicet ante retro sursum  
 deorsum dextrorsum et sinistroz  
 sum. Ad omnes autem has par-  
 tes fit motus.

**H**abere dicitur multis  
 modis. Primo modo  
 dicitur habere aliquam  
 qualitatem ut disciplinam aut  
 virtutem. Secundo modo dici-  
 tur habere quantitates ut mag-  
 nitudinem. ut bicubitum tricubi-  
 bitum. Tertio modo dicitur ha-  
 bere ea que circa corpus sunt  
 adiacentia ut vestimentum et

## De postpredicamento:

tunicam. aut circa membra ut  
 in manu anulum. Et habitus  
 isto tertio modo sumptus est  
 vnus de decem predicamentis  
 et diffinitur sic. **H**abitus est cor-  
 porum et eorum que circa cor-  
 pus sunt adiacentia. ut est ar-  
 matio vel calligatio et similiter  
 fingantur nomina in alijs in  
 adiacentiam illam. hec enim vi-  
 dentur habere illa vero haberi  
 Quarto modo dicitur habere  
 membrum ut manum aut pe-  
 dem. Quinto modo dicitur ha-  
 bere sicut continens contentum  
 ut lagena viuum aut modius  
 grana tritici. Sexto modo dici-  
 tur habere possessionem ut do-  
 mum aut agrum. Septimo mo-  
 do dicitur habere uxorem et de  
 hoc modo dicit Aristoteles quod  
 iste modus est alienissimus in  
 eo quod est habere propter hoc quod  
 vir habens uxorem etiam habe-  
 tur ab ea. vinculum enim matri-  
 monij idissolubiliter ligat vtrum-  
 que. et dicitur quod forte alij modi ap-  
 parebunt in eo quod est habere.  
 sed qui consueuerunt dici pene  
 omnes enumerati sunt.

Circa hunc textum notandum est primo quod sex  
 assignantur species motus que in his verbis  
 continentur. Augere dimminuit corrumpit vel generaliter  
 alterat et mutat per multa loca vagatur. Quare  
 sic assignatur sufficienter. Omnis motus est inter  
 duos terminos. vel ergo ambo sunt affirmatiui  
 vel vnus est affirmatiuus et alter negatiuus. si se-

condus hoc est dupliciter: quia vel terminus ad quem  
 est affirmatiuus et terminus a quo est negatiuus et sic est  
 generatio. vel e contra et sic est corruptio. Et ambo  
 termini sunt affirmatiui hoc est tripliciter. quia vel  
 est ad qualitatem et sic est alteratio. vel ad vbi et sic  
 est loci mutatio. vel ad quantitatem et hoc est dupli-  
 ter quia vel est ad maiorem extensionem quantitatis et sic est  
 augmentatio. vel ad minorem extensionem quantitatis et sic  
 est diminutio. Non est enim hec diuisio generis in  
 suas species. sed diuisio vocis in suas significa-  
 tiones eo quod motus non dicitur eandem rationem de omnibus  
 sed debet hic accipi species proprie cuius dicitur quod sunt  
 sex species motus. sed debet accipi species per modo  
 specificabilia. Non etiam accipitur hic motus per ac-  
 cipit prius cum dicitur generationem non dicitur motum.  
 sed accipitur hic motus generaliter per omni muta-  
 tione que requirit aliquod subiectum siue illa muta-  
 tio sit instantanea siue successiua. Aduertendum  
 est tamen quod motus accipitur dupliciter. vno modo ut  
 dicitur in philosophia esse reale. scilicet quod est passio rei nature  
 huius et sic motus non est de consideratione logici sed de  
 consideratione philosophi naturalis. Alio modo consideratur hic motus  
 quod est transcendens habens sub se diuersos mo-  
 dos ad diuersa predicamenta reducibiles. est enim  
 motus naturaliter siue in eodem predicamento cuius  
 suo termino ad quem siue est forma acquisita per  
 motum. et hoc modo consideratur a logico et est postpre-  
 dicamentum. Et ergo prima species motus genera-  
 tio que sic diffinitur. Generatio est progressio de non  
 esse ad esse. Non autem accipitur hic progressio proprie  
 motu progressiuo. sed accipitur transitive et generaliter.  
 scilicet per mutationem. Et de non esse ad esse ad deno-  
 tandum terminos generationis. cuiuslibet enim mo-  
 tus duo sunt termini. terminus a quo et terminus  
 ad quem. Ideo sic intelligitur diffinitio. generatio est  
 mutatio de non esse ad esse de termino a quo ad esse  
 ad terminum ad quem. Et quia generatio et corrup-  
 tio opposito modo se habent. ideo corruptio diffini-  
 tur ex opposito sic. Corruptio est progressio de esse  
 ad non esse. et eodem modo exponitur hec diffini-  
 tio sicut precedens.

### Sciendum est secundo quod

augmentatio est preexistens quantitatis maioratio. Et  
 enim motus de minori quantitate ad maiorem. Sed di-  
 minutio est preexistens quantitatis minoratio eo quod  
 diminutio est motus de maiore quantitate ad mino-  
 rem. Conueniunt autem augmentatio et diminutio in  
 hoc quod abe sunt ad quantitatem. Sed differunt quia ter-  
 minus ad quem augmentandis est maior extensio quanti-  
 tatis. terminus ad quem diminutionis est minor ex-  
 tensio quantitatis. Quarta species motus est al-  
 teratio que sic diffinitur. Alteratio est mutatio de vna  
 qualitate contraria ad aliam qualitatem contrariam vel mediam  
 in alteratio fit tripliciter. vno modo inter quantitates ex-  
 tremas ut alteratio que est ab albedine in nigredi-  
 nem. Secundo modo fit ab extremo in medium ut econ-

### Tractatus tertius

tra sicut illa que fit ab albedine in rubedine. Tertio fit ab uno medio in aliud medium sicut ea que fit a rubedine ad viriditatem. Quibus enim omnis motus fit de contrario in contrarium non tunc accipit de contrarietate propriissime sed generaliter. In eo est mutatio diffinita. Est mutatio de uno loco in alium locum que mutatio terminatur ad ubi. Et quod motus dicitur in divisione termini ad quem motus fit in loco dicitur in motu sursum deorsum aut retrorsum et sinistrorsum, sicut et ipse locus.

### Sciendum est tertio quod

inter autem in hac parte determinat de ultimo postpredicamento quod vocatur habere. Et significat octo modos et qui in his tribus continentur. Affectus, quantitas, vestitus dicitur velut aurum. Vestitus dicitur possessio dicitur mulier. Unde per affectus intelligitur quod licet per quod habere quantitatem. Vestitus ea que circa corpus sunt adiacentia, sicut ornatus extrinsecus corporis, et hoc sicut sunt sicut totus sicut sicut per membra intelligitur habere partes integrales. Per dicitur intelligitur septem modis. Per possessionem intelligitur septem modis. Per mulierem dicitur intelligitur octo modis et ultimis. Et iste ultimus modus est alienum modus habere ut dicitur in textu. Et horum modorum sic habet sufficientiam, quia in omni habere et habet aliquid, aut habet et habetur et sic est octavus modus. Aut habet tamen et sic est septimus. Aut habet tamen et hoc est dupliciter, quia vel illud quod habetur est extra habet sicut ab eo distans et sic est sextus modus, aut est intra habet et indistans ab eo, et hoc est dupliciter, quia vel est substantia vel accidentis. Si substantia hoc est dupliciter vel est pars integralis et sic est quintus modus, vel non et sic est quartus. Si sit accidentis hoc est tripliciter, quia vel ipsi inest ratione materie et sic est secundus modus, vel ratione forme et sic est primus modus, vel ratione totius compositi et sic est tertius. Modi quoque habere redactione sunt in eodem predicamento in quo est res habita. Et quo sequitur quod quintus et octavus modus sunt in predicamento substantie. Primum enim in predicamento qualitatis. Secundum in predicamento quantitatis. Tertius est predicamentum ab alijs distinctum. Quartus est in predicamento relationis, continens enim est ad aliquid contrarium, et dicitur est ad aliquid contrarium. Septimus modus reducit ad predicamentum relationis eo quod possessio est alienum possessio. Non tamen habere est univoce de omnibus istis modis eo quod nihil univoce capitur est predicamentum et postpredicamentum. Septimus enim modus ipsius habere est predicamentum, et alij modi ad diversa predicamenta reducuntur, ergo habere non dicitur univoce de omnibus istis modis.

### Sed contra predicta ar

guntur. Primo sic, omnis motus est continuus et divisus, cuius motus fit de genere successivorum, sed generatio non est continua aut divisibilis nec etiam corruptio cuius sunt in instanti, ergo generatio et corruptio non sunt motus. Secundo arguitur sic, per natum est motus et tamen non dicitur sub aliquo predicamento motus, ergo dicitur est insufficientis. Tertio arguitur sic, ceteris movetur motu locali et tamen non movetur in uno loco in alium locum, ergo dicitur motus non est bona, memor patet quod ceteris non est in loco cui non habeat aliquam superficiem ipsam circumscriptam bitem. Quarto arguitur sic, nullum equum nocens est predicamentum, ergo nullum postpredicamentum est equivoctum, tenet consequentia a simili.

Quinto arguitur sic, aliquid dicitur habere actionem aut passionem vel speciem aut differentiam et sic de multis alijs modis habere qui non enumerantur hic, ergo isti modi non sunt sufficienter significati.

### Ad rationes. Ad primam

dicitur quod hic non accipitur motus specialiter per motum successivum, sed generaliter pro omni mutatione sive illa sit instantanea sive successiva, et sic generatio et corruptio bene sunt motus.

Ad secundam dicitur quod motus accipitur dupliciter, uno modo pro omni mutatione sive illa requiritur subiectum sive non et hoc modo per natum est motus, alio modo capitur pro mutatione que requirit subiectum et sic per natum non est motus. Ad tertiam dicitur quod ceteris non movetur de loco ad locum sicut se totus sed bene movetur sicut suas partes, et non debet intelligi quod moveatur ad locum circumscriptum eas, sed debet intelligi quod moveatur ad circumscriptiorem actum suarum partium eo quod per eas continue movetur aliud et aliud circumscriptum.

Ad quartam dicitur quod non est simile quia de ratione predicamenti est quod sit genus ad eas que sub eo continentur et ideo oportet quod sit univocum, sed de ratione postpredicamenti non est quod sit genus aut species, imo quodlibet postpredicamentum sicut diversos modos debet in diversis predicamentis reponi et ideo omne tale est univocum.

Ad quintam dicitur quod licet sint multi modi habere qui non enumerantur hic, tamen illi qui sunt enumerati communiores sunt et magis visitati et alij facilius cognosci possunt per predictos. Et hec de tertio tractatu dicta sufficiunt.

### Sequitur quartus tractatus de Silogismo.

### De silogismo

**S**illogismus est oratio affirmativa vel negativa alicuius de aliquo vel alicuius ad aliquo. Terminus est in quem resolvitur propositio ut in subiectum et in predicatum.

Est quartus tractatus summularum magistri Petri de Spani, qui postquam in precedentibus determinavit de principiis sillogismi, consequenter determinat de ipso sillogismo. Sillogismus autem accipitur dupliciter, scilicet simpliciter sive in contracte, et contracte. Sillogismus contractus est triplex, scilicet dialecticus, demonstrativus, et sophisticus. Sillogismus demonstrativus est sillogismus contractus ad materiam necessariam sicut cuiusque premissa et conclusio sunt necessarie et accipiuntur ut necessarie. Sed sillogismus dialecticus est sillogismus contractus ad materiam probabilem, scilicet cuius conclusio et premissa aut altera ipsarum accipiuntur tanquam probabiles. Sed sillogismus sophisticus est sillogismus contractus apparenter ad materiam veram, cuius conclusio vel premissa sunt apparenter vere aut contra apparenter bona. De sillogismo autem demonstrativo non determinat. P. D. propter nimiam difficultatem eius, et etiam eo quod ipse est instructor in verum, sed de sillogismo dialectico et sophistico determinat in sequentibus tractatibus. Unde sillogismus simpliciter est sillogismus non contractus ad aliquam materiam, et de ipso determinatur in isto capitulo.

### Sciendum est primo quod

sillogismus accipitur dupliciter, uno modo ut est terminus prime intentionis et sic est una oratio composita ex duabus premissis et una conclusione. Alio modo ut est terminus secunde intentionis sive propositionis formalis, et tunc est intentio secunda que concretive designata predicatur, de sillogismo primum primum intentionaliter capto denominative, et est respectus captus per actum intellectus comparatus ipsas premissas ad conclusionem penes hoc quod ipse premissa necessario inferunt conclusionem et habet pro fundamento premissas et pro termino conclusionem. Unde sillogismus simpliciter accipitur dupliciter. Uno modo accipitur simpliciter ut id est quod univocaliter quantus ad sua principia et omnes eius partes tanquam integrale et subiectum, et quantum ad suas passiones et etiam suarum partium, et sic est subiectum totius logicę a philosopho sopho tradite. Alio modo univocaliter

tum ad principia passiones et proprietates partium subiectivam et quantum ad passiones suarum partium subiectivam, et sic est subiectum adequatum totius more logice. Alio modo accipitur simpliciter, id est contracte, et sic est sillogismus simpliciter, id est contractus ad aliquam materiam sed consideratus quantum ad ea que sibi conveniunt gratia sue forme in omni materia abstracta habendo ab omni materia, et non sicut rem sed sicut intellectum, quia omnis sillogismus est contractus ad materiam necessariam probabilem vel sophisticam, sed hoc non sibi convenit ex sua ratione formali, uno ex suo conceptu quidammodo et abstracta ab omnibus istis et sic sillogismus simpliciter capitur secunde intentionaliter est sicut huius tractatus.

### Sciendum est secundo quod

omnis sillogismus componitur ex propositionibus et terminis, ideo antequam differat sillogismus ostendit quid sit propositio et quid sit terminus. Differunt ergo propositiones sic, propositio est oratio affirmativa alicuius, scilicet predicati de aliquo, id est de subiecto vel negativa alicuius predicati ab aliquo, scilicet a subiecto. Et actor differunt hic propositiones categoricas per affirmativam et negativam, cuius ratio est quia hic solum de terminat de sillogismo categoricis quo ad eorum bonam et formalem dispositionem ad quam requiritur certa ordinatio premissarum penes affirmationem et negationem, id est quod ambe sint affirmativæ vel negativæ vel una affirmativa et alia negativa. Unde hec definitio sic explicat, propositio est oratio, id est relatio rationis que habet pro fundamento et termino aliquid, scilicet predicatum dictum de subiecto mediante copula affirmativa vel predicatum quod enunciat de subiecto univoco et univoce tenente mediante copula negativa. Et sic ibi diffinitur propositio per fundamentum et terminum eo modo quo relata a nobis diffiniuntur. Et non diffinitur, P. D. propositiones per verum et falsum, quia propositio de qua hic agit abstracta a vero et falso sed non ab affirmativo et negativo. Et enim duplex propositio, scilicet propositio una et propositio plures. Propositio una est duplex, id est una simpliciter et una conjunctione. Unde non datur hec definitio de omni propositione, sed solum de propositio sillogistica, id est categorica et hypothetica non fiat sillogismus categoricus.

### Sciendum est tertio quod

terminus sic diffinitur. Terminus est in quem resolvitur propositio ut in subiectum et predicatum. Cuius ratio est, quia quodlibet resolvitur in ea ex quibus componitur, sed propositio componitur ex terminis saltem categorica tanquam ex subiecto et predicato, ergo omnis propositio resolvitur in terminos tanquam in subiectum et predicatum.

*Proponitur hic quod dicitur in textu quod terminus est in quem resolvitur propositio ut in subiectum et predicatum. Cuius ratio est, quia quodlibet resolvitur in ea ex quibus componitur, sed propositio componitur ex terminis saltem categorica tanquam ex subiecto et predicato, ergo omnis propositio resolvitur in terminos tanquam in subiectum et predicatum.*

## Tractatus quartus

**T**erminus autem accipitur dupliciter. Uno  
resoluitur et proprie et sic terminus nihil aliud est  
quam finis alicuius magnitudinis. Alio modo ca-  
pitur metaphorice. et hoc dupliciter. Uno mo-  
do capitur pro quadam oratione includente om-  
nia principia essentialia alicuius. et sic capitur  
philosophus terminus primo thopicothum. et idem  
est quod diffinitio. Alio modo capitur pro par-  
te integrali propositionis. et sic adhuc capitur  
dupliciter. Uno modo generaliter ut conuertit  
cum voce significatina. et hoc modo verba sunt  
termini et similiter partes subiecti et predi-  
catum sunt complexa. et sic non capitur hic ter-  
minus. Alio modo capitur magis stricte secun-  
da quod dicitur a terminando. et hoc modo in qua  
libet propositione categorica sunt duo termi-  
ni tantum. quorum unus est subiectum et alius  
est predicatum. et sic accipitur hic terminus. Nec  
hoc modo copula verbalis debet dici terminus  
eo quod non terminat propositionem sed ponitur  
in medio eius. et quomodo propositio resoluitur  
in litteras et sillabas. hoc tamen non est tanquam  
in subiectum et predicatum. et ideo non conue-  
nit eis hec diffinitio. Aduertendum est tamen quod  
terminus potest capi pro se significato. et tunc  
significat relationem rationis causatam per actum  
intellectus comparantis aliquem terminum fundamen-  
taliiter acceptum ad propositionem penes hoc  
quod est extremum et terminus eius. Alio modo ca-  
pitur pro se denominato. et tunc extremum  
propositionis categorice dicitur terminus de-  
nominatiue. Unde hec est denotatiua predicatio  
homo est terminus propositionis. et primo mo-  
do capitur hic. et diffinitio eius debet sic intel-  
ligi. Terminus significat relationem fundatam  
super illud in quo resoluitur propositio funda-  
mentaliiter accepta. Unde si capiuntur terminus et pro-  
positio formaliter et pro se significatis tunc  
propositio non resoluitur in terminum cum sine  
duo relationes specificis distincte. modo una re-  
latio non componitur ex pluribus relationibus.  
Quia vero capiuntur pro se denominatis et fun-  
damentaliter tunc terminus est pars integralis  
propositionis et in ipsum resoluitur propositio

### Sed contra predicta

arguitur. Primo sic. In primo tractatu determi-  
natum est de propositione. ergo de eadem hic si-  
bi determinari. Secundo arguitur sic. Nul-  
lum superius debet diffiniri per sua inferiora.  
sed propositio est superior ad affirmationem et  
negationem. ergo per eas non debet diffiniri.  
Tercio arguitur sic. Unumquodque resoluitur  
in ea ex quibus componitur. ergo propositio  
resoluitur in copulam cum ex ea componi-  
tur tamen non est terminus. quia si esset termi-

nus tunc in illo essent plures termini et tres. et  
ergo terminus non bene diffinir. Quarto sic  
arguitur. Sillogismus est subiectum adequatum  
totius logice. ergo non est subiectum huius  
libri.

### Ad rationes. Ad primam

dicitur quod alia et alia ratione determinatur hic  
de propositione. et in primo tractatu. quia in pri-  
mo tractatu determinatum est de ea in quantum  
est signum mentis. ideo diffinita est per signifi-  
care verum vel falsum. hic autem determinat  
de ea prout est pars sillogismi. et ponitur pro a-  
liquo. scilicet pro conclusionem inferenda. ideo ne-  
gatur consequentia. Ad secundam conceditur  
tamen bene potest diffiniri per ea in quantum  
sunt nobis nota ipsa diffinitio. et ideo ponitur  
ad circumloquendum propositum eius differentiam  
conuertibilem cum eo. Ad tertiam patet solu-  
tio ex dictis in ultimo notabili in quo dictum  
est quod quomodo propositio componatur ex copu-  
la tanquam ex parte formali et etiam in ea resoluitur  
resolutione formali. tamen non componitur  
ex copula tanquam ex parte materiali. nec resoluitur  
in ipsam resolutione materiali de qua est hic ad  
propositum. Ad quartam dicitur quod patet  
solutio in primo notabili.

**D**ici de omni est quando  
nihil est sumere sub subiec-  
to de quo non dicatur predica-  
tum. ut omnis homo currit. hic  
cursus predicatur de homine.  
et nihil est sumere sub homine  
de quo non dicatur cursus.

**D**ici de nullo est quando ni-  
hil est sumere sub subiecto a quo  
non remoueat predicationem.  
ut nullus homo currit. hic cur-  
sus remouetur ab omni homi-  
ne. et nihil est sumere sub homi-  
ne a quo non remoueat cursus.

circum hunc textum notanda est primo quod post  
hoc determinatur de principiis materia-  
libus sillogismorum. scilicet de termino et propo-  
sitione. hic consequenter determinat de princi-  
pijs regulatis eorum. que sunt duo. scilicet  
de omni et dici de nullo. Dici autem de omni

## De sillogismo

est quod nihil est sumere sub subiecto de quo non  
dicatur predicatum. Dici de nullo est quod nihil est sumere  
sub subiecto a quo non remoueat predicationem. et sic  
exponi illa regula. Dici de omni est quod nihil est su-  
mere sub subiecto alicuius propositi de quo non  
dicatur predicatum. de quo non aptum natum  
sit predicatum eiusdem propositionis predicari.  
per illud dici intelligitur istud principium. quic  
quid affirmatur de subiecto distributo affirma-  
tur de omni sumpto sub eo. et per illud princi-  
pium valet ista consequentia. Omnis animal est sub-  
stantia. et sic homo est animal. ergo omnis homo est  
substantia. et similiter exponitur diffinitio dici  
de nullo. et etiam intelligitur vnde principium op-  
positum illi. Unde duplex est dici de omni. quod  
dam est priorius et aliud est posteriorius. Dici  
de omni priorius est predicatum affirmatum  
subiecto distributo siue vere siue false. ut omnis  
homo est animal. omnis homo est animal. ideo in sola  
propositione vniuersali affirmatiua reperitur dici de  
omni priorius. et similiter in sola vniuersali ne-  
gatiua dici de nullo. Sed dici de omni posteriorius  
diffinitum est predicatum vere affirmatum de subiecto  
distributo vel non distributo necessario per qualibet  
forma priorius est animal vel omnis animal est animal.

Est autem duplex vniuersalitas. scilicet temporis et sup-  
positio. In illa propositio est vniuersalitas tempo-  
rum quod predicatum conuenit subiecto pro omni tem-  
pore. Vniuersalitas vero suppositio est quod predi-  
catum inest cuiuslibet supposito subiecti vel deno-  
tatur cuiuslibet inesse. et ideo etiam duplex est vni-  
uersalitas suppositio. quod quid est quando predi-  
catum conuenit realiter cuiuslibet supposito subiec-  
ti ut in hac propositio homo est risibilis. Alia est quod  
conuenit subiecto et cuiuslibet supposito secundum mo-  
dum enunciatum. ut in hac propositio homo est al-  
bus. et solus de hac vltimate et dici de omni priorius  
nullo est hic ad propositum. Et quo patet quod  
in aliqua propositio dici de omni posteriorius  
est in qua non est dici de omni priorius et e contra.  
ut in propositioibus affirmatiuis falsis est dici de  
omni priorius et non posteriorius. et simi-  
liter in propositioibus indefinitis vel particula-  
ribus necessarijs. ut in hac homo est risibilis. homo est  
animal. et dici de omni posteriorius et non priorius.

### Sciendum est secundo quod

dici de omni est principium regulatum sillogismo  
rum affirmatiuorum. et dici de nullo est principium  
regulatum sillogismorum negatiuorum. Omnes enim  
sillogismi in quibus est forma formalis regulantur  
per dici de omni vel dici de nullo. et hoc intelli-  
gendum est de sillogismis quorum medium est terminus  
vniuersalis vniuersaliter tentus. et etiam intelli-  
gendo de regulatione mediata vel immediata di-  
recta vel indirecta. Ad hoc enim quod aliquis sillogis-  
mus regulatur per dici de omni requiritur quod terminus

qui predicatur in premissis de aliquo subiecto di-  
tributo predicatur in conclusione de aliquo sup-  
posito illius subiecti. Exemplum. ut omne animal cur-  
rit. omnis homo est animal. ergo omnis homo currit. cur-  
rere enim in maiore affirmatur de animali vniuersa-  
liter sumpto. et homo est sumptus sub animali. ideo cur-  
rere affirmatur de homine in conclusione. per dici  
autem de nullo intelligitur hec maxima. Nihilquid  
negatur de aliquo subiecto distributo negatur  
de quolibet supposito contento sub ipso. et ver-  
itate illius maxime valet sillogismus. nullus homo  
est asinus. sortes est homo. ergo sortes non est asinus.  
Et quibus sequitur quod soli sillogismi maxime si-  
gure directe conclusiones immediate regulantur  
per dici de omni vel dici de nullo. et ante alij  
mediate et indirecte per illas maximas regulantur.

### Sciendum est tercio quod

dici de omni non est passio propositi precise nec sil-  
logismi. sed est passio predicati in ordine ad sub-  
iectum. Formaliter loquendo dici de omni est  
respectus rationis qui habet pro fundamento  
et termino aliqua quorum vnus predicatur de alio  
vniuersaliter et affirmatiue vel vniuersaliter et ne-  
gatiue. et sic est passio predicati in ordine ad subie-  
ctum. Vnde predicari de alio vniuersaliter est pre-  
dicari de subiecto distributo per signum vniuer-  
sale aut per aliquod ei equiualens. et quod dici  
de omni non sit passio sillogismi patet quod sillogis-  
mo non conuenit predicari de aliquo affirmatiue  
vel negatiue. Sed dici de omni conuenit illi quod  
dicatur de aliquo affirmatiue vel negatiue. ergo  
non est passio sillogismi. Maior patet quia sillo-  
gismus est propositio ypothetica cui repugnat  
dicari. et similiter non est passio propositiois  
quia eodem modo sibi repugnat predicari de aliquo. id  
dici de omni est passio predicati in ordine ad subiectum

### Sed contra predicta

arguitur primo sic. In hac propositione homo  
est animal nihil est sumere sub subiecto de quo non di-  
catur predicatum. et tamen in ea non est dici de omni  
ergo diffinitio dici de omni non est bona. Secun-  
do arguitur sic. In hac propositione omnis homo cur-  
rit. est dici de omni. et tamen est aliquid sumere sub  
iecto de quo non dicatur predicatum. quia hec est  
vera. Adam est homo. et tamen cursus non dicitur  
de eo. ergo diffinitio non est bona. Tercio argui-  
tur sic. Iste sillogismus regulatur per dici de omni  
omnis homo currit. adam est homo. ergo adam cur-  
rit. et tamen non est bonus sillogismus cum premissis  
possint esse vere conclusionem falsa existente. ergo  
dici de omni non est sufficiens principium regulatum  
sillogismorum. Quarto sic arguitur. In hac pro-  
positione. omnis sortes currit vel nullus sortes  
currit. est dici de omni et dici de nullo. et tamen ille cui  
iust vniuersales. ergo non omni illi propositio cui  
A. 11.



## Tractatus quartus

conuenit dici de omni conuenit q̄ sit vniversalis  
**Ad rationes.** Ad primā  
q̄ q̄ quāuis predicatū illius p̄p̄is realiter t̄ve  
re cōueniat cuiuslibet contento sub subiecto. non  
t̄ñ denotatur dici de illis sc̄m̄ modū enunciatū  
cū ipsa non sit vniversalis. Ad sc̄dā cōcedi  
tur maior et minor negatur. et ad probatōes dicit̄  
q̄ adā nō est sumptū sub hōie. q̄ hō in hac pro  
positōe ois homo currit distribuitur solū p̄ p̄i  
tibus existentibus. adā autē non ē suppositum  
existens. nec habet esse in p̄i. Ad terciā q̄  
q̄ in minore male subsumit̄ q̄ adā nō est sup  
positū hominis acceptū in maiore. cū accipiatur  
solum pro hominibus existentibus in p̄i. Ad  
quartā q̄ q̄ talibus p̄p̄is nō p̄uenit dici  
de omni neq̄ de nullo. q̄ subiectū illarū propo  
sitiōnū est terminus discretus cui repugnat di  
stribui et pro pluribus tenet. q̄mo omnes tales  
sunt falsae et improprie.

**Sillogismus** est oratio in  
qua quibusdam positis  
et concessis necesse est aliud ac  
cidere per ea que posita sunt et  
concessa. vt omne aial est sub  
stantia. ois homo est aial. ergo  
omnis hō est substantia. Hoc  
totum est oratio in qua quibus  
dam positis. scilz duabus pre  
missis necesse est aliud accide  
re. scz p̄clusionē. Omnis au  
tem sillogismus cōstat ex trib⁹  
terminis et duabus propositio  
nibus. quaz p̄positionūz pri  
ma vocatur maior secunda mi  
nor. Ex tribus autē terminis  
non possunt fieri due propositi  
ones nisi alter illoz termino  
rum sumat̄ bis. Et tunc ille ter  
minus bis sumptus. aut subici  
tur in vna et predicatur in alia  
et sic est prima figura. aut pre

dicatur in vtraq̄. et sic est secū  
da figura. aut subicit̄ in vtraq̄  
et sic est tertia figura. Horū  
autem terminoz alter vocatur  
mediū. alter maior extremitas.  
alter vero minor extremitas.  
**Medium** est terminus bis sū  
tus ante conclusionē. **Maior**  
extremitas est termin⁹ sumpt⁹  
in maiori p̄positione cūz me  
dio. **Minor** extremitas est ter  
minus sumptus in minori pro  
positōe cū medio. Ad sillo  
gismū autē exigūt̄ modus et fi  
gura. **Figura** est ordinatio tri  
um terminoz s̄m̄ subiectōez et p̄  
dicatōez. **Hec** autē ordinatō fit  
tribus modis vt dcm̄ est pri⁹. Et  
s̄m̄ hoc tres sunt figure. Pri  
ma figura est q̄n̄ mediū subici  
tur in vna p̄positōne et predi  
cat̄ in alia. vt oē aial est substā  
tia. ois hō est aial. ergo omnis  
hō est substantia. Sc̄da figu  
ra est q̄n̄ mediūz predicatur in  
vtraq̄. vt ois homo ē aial. nul  
lus lapis est aial. ergo null⁹ la  
pis est hō. Tercia figura est  
q̄n̄ mediū subicit̄ in vtraq̄. vt  
ois hō est aial. ois hō ē substā  
tia. ergo quedam substātia est  
aial. **En̄ vsus.** Sub pre pri  
ma. Sc̄da pre bis. Tercia sub  
bis. **Modus** est ordinatio

## De sillogismo

duaz p̄positionūz in debita q̄  
litate et quātitate. **Debita q̄**  
**litas** est q̄ si vna sit negatiua  
reliqua erit affirmatiua. **Debi**  
**ta quātitas** est q̄ si vna sit par  
ticlularis reliqua erit vniversal

Circa hōc textū notandū ē primo q̄ hic cōse  
quenter Petrus hispanus diffinit sillogismū di  
cens. Sillogismus ē oratio in qua quibusdā posi  
tis et concessis necesse ē aliud accidere per ea q̄  
posita sunt et concessa. Sed hec diffinitio non est  
diffinitio sillogismi simpliciter. eo q̄ talis sillogism⁹  
simpliciter abstrahit ab oī materia. id nō oportet  
et eius similit̄ cōcedi. id hec diffinitio ē diffinitio  
sillogismi dialectici. cuius oportet premissas  
cōcedere eo q̄ debent esse pbabiles. Ratio autē  
quare. p̄. diffinitio sillogismi dialectici et nō sil  
logismi simpliciter est q̄ ipse hunc tractatū or  
dinat ad sequentē. in quo determinat de locis. di  
alecticis. Sillogismus autē simpliciter diffinit̄  
ab aristotele. Est oratio in qua quibusdā positis  
op̄. ut aliud euenire eo q̄ hec sunt. In qua dif  
finitōe ponit̄ orō loco ḡnis. Et t̄ñ i qua quibus  
dam. i. duabus premissis positis. i. dispositis in  
debito modo et debita figura. Et ponit̄ ad dīaz en  
tūmatis. p̄uersionis. inductōis. et exēpli. in q̄  
bus nō ponunt̄ plures premissas. vel si ponant̄  
nō t̄ñ disponunt̄ in modo et in figura. Dicitur  
autem necesse est aliud accidere. i. necesse ē con  
clusionē sequi p̄na formali. et hoc ad dīaz p̄ne  
materialis. in qua p̄ nō sequitur ex necessitate  
et formaliter ex p̄missis. Et t̄ñ necesse ad differen  
tiam p̄narū sophisticarū. Et t̄ñ aliud ad differen  
tiam illarū argumentationū. in quibus arguitur  
a tota copulatiua ad alterā eius partē. et sic de  
alijs. Et t̄ñ eo q̄ hec sunt ad denotandū q̄ p̄mis  
se eo modo disposite debeant̄ esse causa illatōis illi⁹  
cōclusionis. Et hec diffinitio sic debet exp̄di.  
Sillogismus est oratio. i. relatio fundata in orō  
ne. in qua premissae sunt disposite ad necessario  
inferendū aliquā p̄clusionē et est habitudo pre  
missarū ad cōclusionē. et ipsa relatio habet pro  
fundamento premissas pro termino. cōclusionē

**Sciendū est secundo** q̄  
duplex est necessitas. quedā ē necessitas p̄ne. a  
lia ē p̄sequētis. Necessitas p̄ne ē que puenit ex  
habitudine necessaria p̄sequētis ad aīas. Et q̄  
duplex ē habitudo. s. materialis et formalis. id du  
plex ē necessitas p̄ne. s. materialis et formalis.  
Materialis ē q̄ puenit ex habitudine terminoz  
in antecedēte et p̄sequēte positoz. et id p̄na materi  
alis ē que nō tenet in oibus terminis simili for

ma arguēdi recta. s. tenet in aliquibus solus. ita  
q̄ si manet idē mod⁹ arguēdi et mutatur termini  
i alios terminos si oportet p̄narū valere. Necessitas  
p̄ne formalis ē q̄ puenit ex habitudine formali an  
cedētis ad p̄is. habitudo autē formalis puenit  
ex debita cōpositōe terminoz. id p̄na formalis  
ē que tenet in oibus terminis sili forma arguē  
di recta. ita q̄ si termini mutatur manēt eadē  
dispositōe nō minus valet p̄na. Cū similes for  
ma arguēdi retinere ē arguere in p̄p̄ibus sili  
qualitatis et quātitatis. et eodē modo dispositis in  
modo et in figura. Necessitas autē p̄sequētis est q̄  
puenit ex habitudine terminoz ipsius p̄sequētis  
et antecedētis. Cū in sillogismo simpliciter de  
bet ēē necessitas p̄ne et nō cōsequētis. hoc ē q̄  
p̄is debet ex antecedēte inferri necessario. s. nō o  
portet q̄ termini antecedētis et consequētis p̄ant.  
necessaria habitudo ad admittē. s. in sillo demō  
stratio requirit̄ vtraq̄ necessitas. Et in sillo  
sunt semp̄ tres termini. s. mediū maior extremitas  
et minor extremitas. Cū mediū ē termin⁹ bis  
sumpt⁹ an̄ cōclusionē. extremitates autē in p̄mis  
sis debent p̄sigi in medio aut abē separari vt p̄  
hoc separatur vel cōiunguntur inter se i p̄clusi  
one. Maior autē extremitas ē termin⁹ sumptus  
in maiori p̄positōe cū medio. Minor autē  
extremitas ē termin⁹ sumptus in minori p̄p̄e cum  
medio. Et sic sunt in sillo tm̄ due p̄misae. quarūz  
p̄na vocat̄ maior et sc̄da minor. Cōclusio autē  
ab aliq̄bus t̄ñ ē de entia sili. q̄ vt dicunt acci  
pido sili p̄ orōne p̄posita ex ante et p̄ite cum  
nota illatōis t̄ñ ē pars sili. Ab aliq̄bus t̄ñ  
t̄ñ q̄ nō est de entia sili. q̄ illud q̄ sequitur ad  
aliud nō ē de entia illius ad q̄ sequitur. s. p̄  
sequit̄ ad sili. ḡ. p̄ nō ē de entia sillogismi.  
Probat̄ enā p̄ aristotelē dicentē sc̄do priorum q̄  
ides sili p̄t inferre plures p̄clusiones. ḡ. p̄  
nō est de entia sili. Aliter t̄ñ et meli⁹ q̄ sillo  
gismus p̄t capi dupliciter. vno. p̄ oratōe p̄o  
sita ex ante et p̄ite cū nota illatōis. Alio. capi  
tur formaliter p̄ p̄itudine aīas ad p̄is seu pro  
relatōe causata ab intellectu. et t̄ñ t̄ñ q̄ capien  
do sili p̄mo. p̄ ē de entia sili. Probat̄ q̄  
p̄p̄ia p̄fectō et intrinseca alicui⁹ ē de entia illi⁹  
cuius ē p̄fectio. s. p̄ ē huiusmodi. igit. Sc̄do t̄ñ q̄  
capitō sili formaliter siue p̄ relatōe rōis seu  
habitudine antecedētis ad p̄is p̄ non ē de entia  
sillogismi. s. sillogismus illo modo h̄z. p̄ funda  
mento aīas et p̄ termino conclusionē. modo termi  
nus vel fundamentū alicuius relationis non ē  
de essentia ipsius relationis.

### Sciendum est tercio q̄

figura ab auctore sic diffinitur. Est ordinatio  
tribus terminoz sc̄bz subiectōez et predicatōez. Et  
in hac diffinitōe ponitur ordinatō loco ḡnis. Et  
tribus terminoz ad dīam modū q̄ p̄p̄ie ordinatio

## Tractatus quartus

duarum propositionum. Et ponit scdm subjectos et predicatos ad ostendendum modum per quem figure dicitur. Sicut autem tres figure, scilicet prima figura scdm tertiam, quarum diffinitio patet in tertio. Unde haec diffinitio potest sic explicari, figura est relatio rōis cōtra per actum intellectus nostri ordinatis tres terminos et comparatis eos admittit scdm subiectos et predicatos. Et haec figura potest sic haberi sufficientia. Quia omnis figura est ordinatio trium terminorum quorum alter est medius, vel quod aliud medium subicit in una parte et predicatur in alia, et sic est prima figura, vel predicatur in utraque, et sic est secunda figura, vel subicitur in utraque, et sic est tertia. Et sic patet quod non sunt plures neque pauciores. Sed aliqui posuerunt quartam distinctam ab alijs, ut galenus. Dicit tamen assignari rationem quare non sit ponenda quia frustratur per plura quod est potest fieri per pauciora cum quod ista quartam dispositionem non possit inferri aliqua ratione quoniam per primam bene et sufficienter inferatur, sequitur quod est potest non est necesse. Possunt tamen dici quod non est inconveniens eam ponere dum debite arguatur. Et ob servando duas conditiones scilicet quod maior non sit negatio, minor non sit particularis. Nam hic est bonum sillogismus hoc est aial et oē aial est suba, gō ois hoc est suba. Et quis philosophus in libro priorum eam non potest tamen dicitur quod ratio est quod sufficienter posuit dispositiones eius in una ratione antepredicamentali, ymo vel est melior modo arguendi scilicet i. scdm tertiam figuram, quod reducat ad primam per solam transpositionem premissarum, quare et cetera. Et sequitur de auctore diffinitio modum et hoc sic. Modus est ordinatio duarum propositionum i debita qualitate et quantitate. Et ponit ordinatio loco generis. Et ponit duarum propositionum ad formam figure quod est ordinatio trium terminorum. Et ponit i debita qualitate et quantitate ad differentiam habitationis in unum in quibus qualitas et quantitas non debite observantur. Unde debita qualitas est quod abesse premissae sunt affirmativae vel saltem altera, quod ex puris negativis nihil sequitur. Debita autem quantitas est quod utraque sit vna aut saltem altera, quod ex puris particularibus nihil sequitur.

### Sed contra predicta

arguitur. Primo sic. Ad est ois et oratio vna, scilicet sillogismus non est oratio vna, ergo sillogismus non est oratio. Secundo sic arguitur. In quibus parte sunt duo termini, et in quolibet sillogismo duo sunt partes, ergo in quolibet sillo sunt quatuor termini. Tertio arguitur sic. In sillogismo ex oppositis sunt tamen duo termini, ergo non in omni sillogismo sunt tres termini, autem patet quod hic est hoc sillogismus ex oppositis, ois hoc est aial, nullus hoc est aial, ergo nullus hoc est hoc, et tamen ibi sunt duo termini, scilicet hoc et aial, igitur. Quarto arguitur sic. Precedit quod sillogismus est in modo et tamen non conceditur quod sit in ordine duarum propositionum, ergo modo non est ordinatio duarum propositionum.

### Ad rationes. Ad primam

de quod quis sillogismus sit vna oratio simpliciter et cathegorica, est tamen vna coniunctio, scilicet ypothetica, et hoc sufficit, tamen enim aggregata ex conditione et premissis est vna ypothetica conditionalis. Ad secundam distinguuntur ois, vel sunt numerus et sic conceditur, vel scdm spem vel rōem formalem et sic negatur, ois enim terminus in sillo positus aut est maior extremitas aut minor vel medius. Ad tertiam dicitur quod quis in sillo ex oppositis non sint nisi duo termini, sunt tamen tres officialiter eo quod vna eorum habet officia duorum, scilicet maioris extremitatis, et minoris extremitatis.

Ad quartam dicitur quod proprie non debemus concedere sillogismus est in modo et in figura, sed debemus dicere quod in sillogismo est dispositio premissarum et conclusivis, et quod sillogismus est dispositus scdm talem figuram vel talem modum.

Unde tales dantur regule vtes ad quolibet figuram. Ex puris particularibus indefinitis et singularibus nihil sequitur unde oportet alteram premissarum esse universalem. Item ex puris negativis nihil sequitur unde oportet alteram premissarum esse affirmativam.

Circa hunc textum notandum est primo quod in textu ponuntur quinque regule generales ad quolibet figuram. Quarum prima est quod ex puris particularibus nihil sequitur. Et illa sic probatur, quod ois sillogismus debet regulari per dici de omni et dici de nullo, sed quod abesse premissae sunt particulares sillogismus non regulari per dici de omni et dici de nullo cum nulla premissa sit vna, ergo ex puris particularibus non ponitur bonus sillogismus. Secundo probatur sic, quod propter unionem duarum extremitatum in aliquo tertio scdm diversas partes eius, ergo non oportet eas vni inter se in conclusione. Tertio probatur, quod scdm tale dispositionem ex his sequitur falsus sic arguendo, aial est a finis, fontes est aial, ergo fontes est a finis. Premissae illius sillogismi sunt de et conclusio falsa. Et tamen sunt dables in tali dispositione termini in quibus ois et in quibus nullus, ergo talis dispositio non est bona. Secunda regula est quod ex puris negativis nihil sequitur. Probatur, quod arguendo ex puris negativis ex veris sequitur falsus, ut sic arguendo, nullus hoc est lapis

De vna vna alia homo  
De vna vna alia homo

## De sillogismo

nulla petra est hoc, ergo nulla petra est lapis. Secundo probatur quod propter separationem aliorum duorum ab aliquo tertio in premissis pro diversis partibus non sequitur separatio eorum in conclusione, sed quando ambe premissae sunt negativae solum denotat separatio extremitatum a medio, ergo. Tertio probatur, quia in tali dispositione sunt reperibiles termini in quibus omni et sunt risibile, homo, equus, et termini in quibus nulli et sunt equus, homo, lapis. Unde advertendum est quod termini in quibus omni sunt tres termini ex quibus componuntur due premissae de scdm dispositionem datam cum quibus stativa vna affirmativa in veritate et extremitatibus illarum premissarum constituta. Termini vero in quibus nulli sunt tres termini ex quibus constituantur due premissae vere secundum dispositionem datam cum quibus stativa vna salis negativa et extremitatibus illarum premissarum constituta. Unde ad dandum terminos in quibus omni observando sunt due regule prima est quod duo illorum terminorum, scilicet extremitates sic se habeant quod vna, scilicet maior extremitas sit universaliter verificabilis affirmativae de minor extremitate, eo quod oportet ex illis extremitatibus vna universaliter affirmativae vera componenda est quod si abesse premissae scdm dispositionem datam sint affirmativae, oportet terminum tertium, scilicet medium esse verificabilem affirmativae de alijs duobus terminis. Si vero ambe premissae sint negativae oportet edificari negativae de abob, scilicet si vna sit affirmativa et alia negativa oportet eam verificari affirmativae de vno et negativae de altero, et oportet terminum qui ab eo se negat esse totaliter disparatum. Similiter ad facilius dandum terminos in quibus nulli ponuntur due regule prima est, necesse est duos illorum terminorum scilicet extremitates sic se habere quod vna illorum scilicet maior extremitas vere possit et universaliter removeri ab altero scilicet a minori extremitate. Secunda regula est quod si ambe premissae debent esse vere affirmativae oportet terminum medium esse verificabilem de omnibus alijs, et si ambe sint negativae oportet cum ab alijs esse disparatum, si vero vna sit affirmativa et alia negativa oportet eam esse verificabilem affirmativae de vno et ab alio esse disparatum.

### Sciendum est secundo quod

concedens consequentiam tenere formaliter in dispositione secundum quam dantur termini in quibus omni et in quibus nulli deductur ad inconvenientem ut oporteat eum concedere ex veris sequi falsum, vel duas contrarias vel contradictorias esse simul veras. Probatur quia si quis dicat, comburitur nempe in mari, in qua dantur termini in quibus omni et in quibus nulli, dicitur

ritur ab eo an universalis vel particularis affirmativa vel negativae sequatur si dicat universaliter aut particulariter negativae sequatur formaliter, ergo ipsa sequitur in omnibus terminis. Accipitur autem termini in quibus omni, et si dicit in illis consequentiam non valere non erit consequentia formalis. Si vero dicat quod sequatur tunc cum universalis affirmativa composita ex extremitatibus stabit in veritate cum premissis, et tunc oportet eum concedere quod illa conclusio que sequitur ex veris est falsa, vel quod due contrariae aut contradictoriae sint simul vere. Et si dicat vniuersalem vel particularem affirmativam sequi, sumendi sunt termini in quibus nulli, deinde sicut prius procedendum est.

### Sciendum est tertio quod

non obstantibus duabus regulis premissis tamen ex puris particularibus aliquid sequitur in quinque casibus. Primus est si arguatur i prima figura minore existente negativa conclusio de conclusione de modo loquendi, scilicet conseruato, ut bene sequitur formaliter, homo est animal, asinus non est homo, ergo asinus non est animal.

Secundus casus est si medium sit terminus singularis singulariter tenens et vniuersaliter bene sequitur, fontes currit, et aliquid album est fontes, ergo aliquid album currit. Tertius casus est si medium in minore sumatur cum relatione idempitatis, ut bene sequitur homo currit, et aliquid animal est idem homo, ergo aliquid animal currit. Quartus casus est quod si sub termino distributo in maiore que sit de modo loquendi inconseruato fiat subsumptio in minore bene sequitur conclusio, ut bene sequitur, omnem equum videt homo, brunnellus est equus ergo brunnellus videt homo. Quintus casus est si medium sumatur in minore cum signo vniuersali, ut bene sequitur animal currit, et asinus est omne animal, ergo asinus currit. Similiter ex puris negativis aliquid sequitur in tribus casibus. Primus est si medium varietur penes finitum et infinitum, ut bene sequitur, nullum non risibile est homo, et nullus asinus est risibilis, ergo nullus asinus est homo. Secundus casus est quando ambe premissae sunt de contingenti ad vtrumlibet, ut omnem hominem contingit non esse currentem, et aliquid album contingit non esse currentem, ergo aliquid album contingit non esse currentem. Tertius casus est si vna sit de contingenti ad vtrumlibet scilicet prima et secunda sit de necessario sequitur conclusio negativae de contingenti ad vtrumlibet, ut bene sequitur omnem hominem contingit non esse album, et asinus contingit non esse hominem, ergo asinus non contingit esse album. Et quod in omnibus predictis casibus sit bona consequentia patet quia se

B. auj.

De vna vna alia homo

## Tractatus quartus

quodam talem dispositiones scilicet p[er] se figurare impossibile est antecedens esse verum quoniam consequens sit verum, tamen ille consequentia non proprie debent dici sillogisticae.

### Sed contra predicta

arguitur. Primo sic bene sequitur animal et fortis homo est fortis, ergo homo est animal, ergo ex puris particularibus aliquid sequitur. Secundo sic arguitur bene sequitur, si non est animal non est homo, sed non est animal ergo non est homo, ergo ex puris negativis aliquid sequitur. Tercio arguitur sic. In dario dabilis sicut termini in quibus omni, et in serio in quibus nulli, ergo non est inconueniens in aliqua bona dispositione sillogistica reperire terminos in quibus omni et in quibus nulli. Quarto arguitur sic. Auctor noster et aristoteles dicunt quod ex puris particularibus et negativis nihil sequitur formaliter, ergo male dicitur quod aliquid potest sequi formaliter.

### Ad rationes. Ad primam

dicitur quod sequitur gratia maiore virtute sillogismi expositionis, quia medium est terminus singularis, non tamen sequitur gratia forme sillogisticae, nam si loco illius termini singularis poneret terminus communis consequentia non valeret.

Ad secundam dicitur quod illud dictum solum inteligitur in sillogismis categoricis, ille autem sillogismus est hypotheticus. Et ultra dicitur quod non arguitur tantum ex puris negativis, quia maior illius sillogismi est simpliciter affirmativa eo quod copula conditionalis in ea posita non est negata.

Ad tertiam dicitur quod non est inconueniens in aliqua dispositione debita reperire terminos in quibus omni et in quibus nulli sit.

Ad quartam dicitur quod concludit quod ex puris negativis nihil sequitur formaliter et sillogisticae modo ut dictum est ille consequentia non sunt proprie sillogisticae.

Item si aliqua praemissarum fuerit particularis conclusio erit particularis et non e contra.

Item si aliqua praemissarum fuerit negativa conclusio erit negativa. Item medium numerum quod debet poni in conclusione.

Circa hunc textum notandum est primo quod tertia regula generalis est, quod si aliqua praemissarum fuerit particularis conclusio debet esse particu-

laris. Cuius ratio est, quia effectus semper in se habet debiliorem partem suae causae, sed propter particularem est debilior propositio sillogismi, ergo si aliqua praemissarum fuerit particularis conclusio erit particularis. Quarta regula est quod si aliqua praemissarum sit negativa conclusio debet esse negativa. Patet eadem ratione sicut precedentis. Patet secundo, quia propter separationem extremitatum a medio in praemissis non sequitur unum eorum inter se in conclusione, sed sequitur eorum separatio, sed quando altera praemissarum est negativa extremitates in medio separantur eo quod medium conuenit uni extremitatum et non alteri, ergo in conclusione extremitates non debent uniri sed separari. Quinta regula est quod medium non debet intrare conclusionem, quia in sillogismo tantum debent esse tres termini sillogistici constituentes tres propositiones, quarum quilibet sumitur bis in toto sillogismo, si medium intraret conclusionem tunc medium trimeretur et alter eorum semel tantum, sed hoc est falsum, ergo medium non debet intrare conclusionem. Alter probatur, quia si medium intraret conclusionem tunc non concluderet aliud a praemissis, quod patet, quia vel medium subiceretur et maior extremitas predicaretur et sic non diligeretur a maiori propositione, vel medium predicaretur de minori extremitate, et sic non diligeretur a minori, vel medium predicaretur de maiori, et sic solum concluderetur conuertentes maiorem propositionem, sed ex sillogismo sequitur ex necessitate aliud a praemissis, et etiam est modus arguendi distinctus a conuersione, ergo nullo modo medium debet intrare conclusionem.

### Sciendum est secundo quod

ut superius dictum est ad debite sillogizandum oportet ad minus alteram praemissarum esse ueralem uniuersalitate praenotata, que fit per distributionem termini communis. Est autem quadruplex distributio, scilicet in termino, et extra terminum, in numero, et extra numerum. Et secundum hoc potest ibi esse quadruplex descensus in propositione uniuersali. Distributio in termino est quando fit descensus per propositiones singulares et non accipitur alius terminus a subiecto propositionis uniuersalis, sed dantur singulares illius subiecti, et sic fit descensus in termino sub hac propositione, omnis homo est animal, ergo ille homo est animal, et ille homo est animal. Sed distributio extra terminum est quando fit descensus sub propositione uniuersali si accipiuntur alij termini a subiecto illius uniuersalis, ut sub predicta propositione fit descensus extra terminum per propositiones singulares, scilicet fortis est animal, plato est animal, etc., et non est dabilis aliquis homo quin sit animal. Distributio

## De sillogismo

in numero est quando descendendo non accipitur terminus alterius numeri a termino subiecti propositionis uniuersalis. Distributio vero extra numerum est quando fit descensus sub propositione uniuersali accipiendo terminum alterius numeri, ut sub hac propositione, omnes homines currunt, sic fit descensus in numero, isti homines currunt, et illi homines currunt, et non sunt dabilis aliqui quin non currant. Sed extra numerum sic debet descendi ille homo currit ille homo currit et non est aliquis homo qui non currit.

Ad hoc autem quod aliqua propositio sit uniuersalis uniuersalitate praenotata requiritur quod in ea sit distributio in termino et extra terminum, in numero et extra numerum. Et per hoc soluitur ille paradoxus, omnis essentia diuina est pater, filius est essentia diuina, ergo filius est pater, conclusio illius paradoxus est heretica et praemissa sunt uere. Nam si in maiore fit solum distributio in termino ipsa est uera, cum omnes singulares eius in termino sint uere, scilicet haec essentia diuina est pater et haec essentia diuina est filius, si in maiore fit distributio extra terminum tunc ipsa est falsa, et bene sequitur conclusio, sed sicut conclusio est falsa, ita maior, quia sic subsumeretur, omnis essentia diuina est pater, ergo pater est pater, filius est pater, spiritus sanctus est pater. Et similiter soluantur multi alij sillogismi facti in disamis, ut nulla essentia diuina est generans, pater est essentia diuina, ergo pater non est generans.

### Sciendum est tertio quod

ad debite sillogizandum sunt obseruande quaedam regule generales. Quarum prima est quod termini non teneantur equiuoce sed uniuoce, et id non sequitur, omnis canis currit, aliquod syderum celeste est canis, ergo aliquod syderum celeste currit. Nam medium tenetur equiuoce in maiore et in minore, nec debet dici sillogismus, quia ad sillogizandum proprie dictum requiritur unitas medi et figure. Secunda regula est quod termini teneantur eque ample et eque restricte, scilicet quod non arguatur a magis amplo ad minus amplum et e contra sine distributione magis amplius, et ideo non est hic bonus sillogismus, nullum mortuum est uiuens, aliquis homo est mortuus, ergo aliquis homo non est uiuens, nec hic etiam, nihil quod est uiuens est mortuum, aliquis homo est uiuens, ergo nullus homo est mortuus.

Tercia regula est quod non debet argui a termino non distributo in una ad terminum distributum in alia, nec etiam ab una suppositione ad aliam sibi repugnantem. Et propter hoc hic non bene arguitur, quoniam homo est animal, nullus equus est homo, ergo nullus equus est animal, nec hic etiam, nullus alus est species homo est animal, ergo homo non est species. Quarta regula est quod non fiat subiectum pro-

in minore nisi sub termino distributo in maiore, et ideo non sequitur cuiuslibet contradictionis altera pars est uera, sed te esse finem est contradictio altera pars, ergo te esse finem est uerum. Quinta regula est quod in minore vel conclusione non ponatur aliquod finis categorica, vel aliqua determinatio includens negationem nisi illa fuerit posita in maiore, et ideo non sequitur omnis homo est albus, fortis est per se homo, ergo fortis est per se albus. Similiter non sequitur, album est coloratum, fortis incipit esse albus, ergo fortis incipit esse coloratum. Sexta regula est quod si in maiore fuerit positum aliquod finis categorica si illud sit determinatio praedicati debet esse in alia determinatio subiecti, et si in alia sit determinatio compositionis debet esse in alia determinatio compositionis, et id non sequitur, omnis homo est animal, fortis est in homo, ergo fortis est tantum animal, quod impossibile est antecedens esse uerum consequente ueritate falso aliquo casu possibili posito. Septima regula est quod in minore propter praedicatum non denotatur inesse subiecto est aliquo modo expresso seu modificatione non posita in maiore, et ideo non sequitur omnis homo est albus, fortis necessario est homo, ergo fortis necessario est homo, nec sequitur, omnes currunt est homo, fortis uelociter est currere, ergo fortis uelociter est homo, et potest addi multa alia r[e]s, sed haec sunt quae potissime sunt obseruari.

### Sed contra predicta

arguitur. Primo sic, uis est maioris virtutis et potentiaris, ergo magis debet assimilari propter uis et particulari. Secundo arguitur sic, ille est bonus sillogismus, omnis homo est animal, nullus homo est animal, ergo nullus homo est homo, et homo intrat in hominem, et tunc homo est medium est sit terminus bis sumptus in praemissis, ergo medium potest intrare in hominem. Tercio sic arguitur ille est bonus sillogismus, omnis homo est animal, fortis est homo, ergo fortis est animal, et tunc ibi mutat suppositum una in alia, ergo non est necessario quod in bono sillo suppositum non mutetur.

Quarto arguitur sic, omnis filius qui est in aliqua figura est in aliquo modo, sed filius cuius medium tenetur equiuoce est in aliqua figura, ergo est in aliquo modo illius figure, et per consequens talis filius est bonus sillogismus.

### Ad rationes. Ad primam

dicitur quod contra non videtur magis stare oppositum, effectus enim magis assimilatur suae causae debiliori sicut fortis generatur magis assimilatur generanti packari et soli, et tunc sol est maioris virtutis in agendo cum sit causa uis et potentiaris, quia causa primaria potest inueniri in effectibus et scdaria ex libro de causis. Ad secundam dicitur quod si quilibet terminus bis sumptus aut in maiore et minore, sed solum ille qui bis sumitur sub ratione eiusdem termini sillogistici iste agit terminus homo est animal ex opposito semel sumitur sub ratione maioris extremitatis et semel sub ratione minoris. Ad tertiam dicitur quod non est inconueniens in sillo mutare

## Tractatus quartus

nam suppositionem in aliam non sibi repugnantem. dictum est enim prius que suppositiones sunt repugnantes et que non. Ad quartum dicitur quod ad unitatem sillogismi et bonitatem non sufficit unitas figure. sed et hoc requiritur unitas medij. modo in sillogismo cuius in duas predicatur equivoce non est unitas medij et per consequens talis sillogismus non est bonus

**Prima figura novem habet modos. Primi quatuor modi concludunt directe. Reliqui vero quinque concludunt indirecte. Directe concludere est maiorem extremitatem predicari de minori in conclusione. Indirecte concludere est minorem extremitatem predicari de maiore in conclusione.**

**Nota duas regulas. quarum prima tantum convenit prime figure quo ad quatuor primos modos. et secunda de quo ad omnes. Secunda etiam convenit tantum prime figure quo ad eius quatuor primos modos. et tertie figure quo ad omnes.**

**Prima regula talis est minore existente negativa nihil sequitur. Secunda regula est maiore existente particulari nihil sequitur.**

Circa hunc textum notandum est primo quod Petrus Hispanus determinavit de sillogismis et posuit dispositionem sillogismi cum quibusdam regulis generalibus. consequenter determinat de prima figura in speciali. Et primo de prima ponendo duas regulas. Quarum prima est minore existente negativa in prima figura nihil sequitur. et hoc in modo directe concludentibus. Probatur primo sic. quia in tali disposi-

tione arguitur a non distributo ad distributum ergo consequentia non valet. antecedens patet quia si minor sit negativa oportet maiorem esse affirmativam. eo quod prius dictum est ex parte negativis nihil sequitur. Etiam oportet conclusionem esse negativam eo quod si aliqua premissa sit negativa conclusio debet esse negativa. Si autem maior sit affirmativa in prima figura aut in tertia figura tunc maior extremitas que est eius predicatus non distribuitur. et tamen distribueretur in conclusione cum ipsa sit predicatum propositionis negative. ergo argueretur a non distributo ad distributum. ex parte maioris extremitatis. Probatur secundo quia in tali dispositione sunt dabiles termini in quibus omni et in quibus nulli. ut patet cuilibet inveni. ergo et cetera. Probatur secundo sic. quia cuiuslibet boni sillogismi medium debet esse distributum in altera premissarum. sed si maior sit particularis in prima figura medium non erit distributum in aliqua premissarum. ergo talis dispositio non erit bona. Datoque patet. quia si medium non distribueretur extremitates possent vniiri vel separari in medio secundum diversas partes eius. ergo non sequeretur unio vel separatio ipsarum in conclusione. Et minor probatur. quia si maior sit particularis in prima figura medium non erit distributum in ipsa cum sit subiectum propositionis particularis. Nec etiam distribuitur in minore eo quod minor ut dictum est debet esse affirmativa. nullum autem totale predicatum propositionis affirmative distribuitur. ergo medium in nulla premissarum erit distributum.

**Sciendum est secundo quod** consequenter auctor ponit novem modos prime figure. qui habentur per has novem dictiones. *habet subiectas. Barbara. claræ. dani. sero. baralipon. celantes. dabitur. sapelino. frisele. morum.* Quorum sic habentur sufficientia. quod omnis modus est ordinatio duarum premissarum. vel ergo ambe premissæ sunt universales. vel ambe particulares. vel maior universalis et minor particularis. vel econtra. Si ambe sunt universales hoc est quadrupliciter. vel ambe sunt affirmativæ. et sic est *barbara* et *baralipon*. vel ambe negativæ. et sic nihil sequitur. vel maior affirmativa et minor negativa. et sic est *sapelino* vel *cedra* et sic est *claræ* et *celantes*. Si autem sint particulares hoc est quadrupliciter. et quocumque modo disponatur nihil sequitur. si maior sit particularis et minor particularis hoc

## De prima figura

est quadrupliciter. quod vel abe sunt affirmativæ et sic est *dani* et *dabitur*. vel abe negativæ. et sic est nihil sequitur. vel maior est affirmativa et minor negativa et sic est nihil sequitur. vel econtra. et sic est *sero*. Si autem maior sit particularis et minor universalis hoc est quadrupliciter. quod vel abe sunt affirmativæ vel abe negativæ vel maior negativæ et minor affirmativa. et his tribus modis nihil sequitur. vel maior est affirmativa et minor negativa. et sic est *frisele* *somor*. Ex quibus patet quod secundum primam figuram potest fieri sedecim combinationes. quarum tamen quatuor sunt utiles ad directe concludendum. *sapelino* tamen et *frisele* *somor* valent in omni figura. Alii tamen modi solum indirecte concludunt.

### Sciendum est tertio quod

quatuor modi prime figure directe concludunt. alii vero indirecte. Unde directe concludere est maiorem extremitatem de minori predicari in conclusione. Indirecte vero concludere est minorem extremitatem predicari de maiore in conclusione. Et quis aristoteles non enumerat nisi quatuor modos prime figure. scilicet directe concludentes. tamen boetius et petrus hispanus enumeraverunt novem modos. Aristoteles enim solum enumerat illos qui essentialiter distinguuntur. in quibus scilicet est alia et alia dispositio premissarum. et ideo solum enumerat quatuor primos modos. Alii vero enumeraverunt modos accidentaliter distinctos secundum conclusionem vel modum concludendi accidentaliter distinctos. et id enumerando modos tamen essentialiter et accidentaliter distinctos dicuntur esse novem. Alia causa potest assignari. quod philosophus posuit primam figuram esse regulam omnium aliarum ad quam reducitur alie. ideo solum enumerat modos ad quos modi aliarum figurarum potest reduci et illi sunt modi directe concludentes. Advertendum est tamen quod secundum aliquos prima figura habet duas species. Prima est quæ medium subicitur in prima propositione et predicatur in secunda. Secunda est quæ medium predicatur in prima et subicitur in secunda tamen prima perfectior est alia quæ secunda non habet necessitatem concludendi a prima. tamen habet evidentiam. quia per solam transpositionem premissarum secunda. scilicet reducitur ad primam quod non est verum de alijs. quia nunquam per solam transpositionem alie figure reducuntur ad primam. Verbi gratia sic arguendo. omnis homo est animal. omne animal est substantia ergo omnis homo est substantia minore transposita in locum maiorem et maiore loco minoris sit dispositio prime figure. et hunc modum arguendi videtur ponere aristoteles in antepredicamentis. Unde prima figura non significat nisi ordinem terminorum secundum subiectionem et predicationem. qui quidem ordo est relatio rationis cum non possit esse circumscriptus

in opere intellectus. quia talis ordo provenit ab intellectu comparante extremam extremitatem secundum subiectionem et predicationem et similiter diceretur de modo. Modus autem non est nisi ordinatio duarum propositionum. que ordinatio non habet esse nisi interveniente actu intellectus

### Sed contra predicta

arguitur. Primo sic. Maiore existente singulari in prima figura aliquid sequitur. ergo et particulari. tenet consequentia quia de singularibus particularibus et indefinitis idem est iudicium. Secundo arguitur sic. bene sequitur. omne non homo est non risibile. lapis non est homo. ergo lapis non est risibilis. et tamen minor est negativa. ergo minore negativa in prima figura aliquid sequitur. Tertio arguitur sic. In isto sillogismo omnis homo est animal. substantia est homo. ergo substantia est animal. maior extremitas est predicatus conclusionis et minor extremitas est subiectum. et tamen ibi non concluditur directe cuius in conclusione sit predicatio indirecta. ergo directe concludere non est maiorem extremitatem predicari de minore in conclusione. Quarto arguitur sic. Ex ambabus de contingentibus ad utrumlibet negativis aliquid sequitur secundum aristotelem primo priorum. ergo ex primis negativis aliquid sequitur.

### Ad rationes. Ad primam

magis dicitur quod quantum aliquo modo sit idem iudicium de particularibus indefinitis et singularibus eo quod quilibet illarum est sillogizabilis. tamen non est de eis idem iudicium quantum ad modum sillogizandi. et maxime quando terminus singularis est medium. Et ratio huius est. quia quando extremitates uniantur in medio cum non distributo ille possunt vniiri pro diversis partibus eius. hoc autem non est possibile quando medium est terminus singularis. et id maiore singulari existente potest fieri bonus sillogismus et non particulari. Ad secundam tamen quod ille non est bonus sillogismus eo quod non est idem quod subicitur in maiore et predicatur in minore. et id sunt ibi quatuor termini. Ad tertiā tamen quod non eadem ratio est predicatio directa et indirecta. tamen predicatio directa eo quod predicatur superius de inferiori vel equale de equali. conclusio dicitur directa eo quod maior extremitas predicatur de minori in conclusione. id cum predicatio indirecta fiat conclusionem esse directam. Ad quartam tamen quod in illo casu ex ambabus negativis bene aliquid sequitur. non tamen formaliter. quia hoc non est in omnibus terminis. sed solum in terminis contingentem habentibus.

### Barbara. Primus modus



## Tractatus quartus

illa regula in qua fundatur ista potestas. scilicet pri-

ma est falsa. Secundo arguitur sic. bene sequi-  
tur quadrupedale est. ergo bipedale est. et ultra  
bipedale est. ergo pedale est eius media pars. et  
tamen non sequitur quadrupedale est. ergo pe-  
dale est media pars eius. cum antecedens sit ve-  
rum et consequens falsum. ergo aliquid sequitur  
ad consequens bene consequentia quod non se-  
quitur ad eius antecedens. Tercio sic arguitur  
Ex veris non sequitur nisi verum. ergo si simili-  
ter falsis non sequitur nisi falsum. et per conse-  
quens secunda potestas est male posita. Quar-  
to arguitur sic. silogismus est formalis conse-  
quentia. sed silogismus circularis non est formalis con-  
sequens. ergo non est silogismus. minor patet.  
quia silogismus circularis solum tenet in termi-  
nis convertibilibus.

### Ad rationes. Ad primam

dicitur quod bene sequitur homo est. ergo animal est  
et etiam animal est. ergo genus est. sed non va-  
let consequentia. homo est. ergo genus est. quia  
non arguitur per illam regulam predictam sed  
solum tenet in essentialiter ordinatis. Ad se-  
cundam dicitur quod bene sequitur. bipedale est. ergo  
sua medietas est. scilicet pedale ut sua refertur  
pedale. et cum ultra dicitur quod non sequitur qua-  
drupedale est. ergo sua medietas est. scilicet pedale.  
ostenditur de illo relatione sua. quia vel si quis  
relationem illius antecedentis quadrupedale. et  
sic conceditur quod consequentia non valet. quia in  
priori consequentia capiebatur sua ut erat rela-  
tuum de bipedale. et sic non eodem modo acci-  
piuntur in vitium consequentia sicut in prima. Alio  
modo sua potest esse relationem de pedale. et sic  
conceditur illa consequentia quadrupedale est.  
ergo pedale est sua medietas. quia sensus eius  
est pedale est medietas bipedalis. Ad ter-  
ciam dicitur quod non est omnino simile. quia prop-  
ter unionem debitam extremitatum cum medio  
in premissis veris sequitur uno etiam extremita-  
tum inter se in conclusione. sed non sequitur si  
extremitates sint unite cum medio in premissis  
falsis quod propter hoc non possunt verevari ad in-  
vicem propter necessariam habitudinem illarum  
extremitatum. Ad quartam dicitur quod silogismus  
circularis est formalis consequentia. ad probatio-  
nem negatur illa. sed bene verum est quod si quis vo-  
luerit in silogismo circulari ex premissis veris in-  
ferre conclusionem veram tunc oportet quod silo-  
gismus circularis componatur ex terminis con-  
vertibilibus licet valeat in omnibus terminis. tamen  
non semper concludit verum. quia aliqua premissa-  
rum non semper est vera.

Quarta potestas concludere  
conuertive. Quinta po-  
testas. silogizare per impossibi-

## De silogismo

### le. Sexta potestas concludere ex oppositis.

Cetera hunc textum notanda est primo quod quae-  
ta potestas silogismorum est concludere conuer-  
sive. Unde silogismus conuertivus sic diffi-  
nitur. Est silogismus qui ex opposito conclusio-  
nis contrario vel contradictorio alicuius pro-  
ter silogismus cum una premissarum inferat oppo-  
situm alterius premissae. ut formetur iste silogis-  
mus. omne rationale est risibile. omnis homo est  
rationalis. ergo omnis homo est risibilis. respe-  
ctu ipsius silogisatur conuertive sumendo oppo-  
situm contrarium vel contradictorium priore si-  
logismi cum una premissarum inferendo oppo-  
situm alterius premissae. Ex quo patet quod sicut  
silogismus circularis est bonus silogismus et sim-  
plex presupponens unum alium modum in eu-  
deme ad quem si circularis. sic et istius conuer-  
sivus est silogismus simplex qui dicitur conuertivus in or-  
dine ad alium silogismus. Unde si conclusio pri-  
oris silogismi fuerit universalis tunc non solus  
ex opposito contradictorio conclusionis. uno etiam  
ex opposito contrario cum una premissarum po-  
test inferri oppositum alterius premissae. Unde su-  
mendo contrarium conclusionis de barbara cum  
maioris inferuntur minores in camelis per suam  
contrarietatem. Sed sumendo contrarium conclusio-  
nis cum minore inferuntur maiores in septon p-  
suum contradictorium. Sed sumendo contradi-  
ctorium conclusionis de barbara cum maiore in-  
feruntur minores in baroco per suum contradic-  
torium. Et sumendo contradictorium cum minore  
inferuntur maiores per suum contradictorium in  
bocardo. Et simili modo dicitur de omnibus  
aliis modis. Unde advertendus est quod silogis-  
mus conuertivus et ad impossibile differit. pri-  
mo in hoc quod silogismus conuertivus presuppo-  
nit unum alium silogismus in ordine ad quem di-  
citur conuertivus. sed sic non est de silogismo ad  
impossibile. Secundo differunt. quia conclusio  
silogismi conuertivi quandoque est vera quando-  
que est falsa. Sed conclusio silogismi ad impossi-  
bile illata silogistice semper est falsa. Tercio  
differunt quia quandoque ambe premissae silogis-  
mi conuertivi sunt vere et quaeque sunt false. aliquid  
una vera et alia falsa. Sed in silogismo ad impos-  
sibile semper una premissarum est vera et alia fal-  
sa. Conueniunt tamen in hoc quod ambo possunt  
constitui ex eisdem terminis in eodem modo et fi-  
gura. Secundo conueniunt quia omnis silo-  
gismus ad impossibile est conuertivus capiendo  
silogismus ad impossibile precise pro primo et  
procedit qui est silogistice sed non conuersio.  
Utilitas autem huius silogismi conuertivi di-  
citur esse probare silogismus inferre bonam et

formalem consequentiam. non omnis ille silogis-  
mus est bonus et formalis ex cuius contrario vel  
contradictorio conclusionis cum una premissarum for-  
maliter inferatur oppositum alterius premissae. non  
sic fit in silogismo conuertivo.

### Sciendum est secundo quod

quae potestas silogismorum est silogizare per un-  
possibile. Unde silogismus per impossibile sic  
diffinitur. est in quo ex opposito contradictorio con-  
clusionis probabile cum uno manifeste vero infer-  
tur una conclusio manifeste falsa. ex cuius fal-  
sitate et interpretatione inferatur veritas conclusio-  
nis probande. ut ista ergo omnis homo est risibilis  
probaretur per silogismus ad impossibile sic. ali-  
quis homo non est risibilis. omnis homo est rationalis  
ergo aliquid rationale non est risibile. conclusio est fal-  
sa. ergo aliqua premissarum non minor. ergo maior.  
et ultra maior est falsa. ergo sua contradictoria est ve-  
ra que est ista conclusio probanda. ergo omnis homo  
est risibilis. Et dicitur notanter ex opposito con-  
tradictorio et non contrario. quod probando aliquam  
conclusionem per impossibile debemus capere con-  
tradictoria conclusionis probande pro una pre-  
missarum et non contrarias. quia si haberetur quod  
contraria conclusionis probande esset falsa ad  
hanc non haberetur quod conclusio probanda esset ve-  
ra quod habet duas contrarias simul esse falsas. Un-  
de in sillo ad impossibile duo supponitur que non  
habentur ex premissis. Primum est quod ex premissis  
veris non sequitur conclusio falsa. Virtute  
huius suppositionis tenet haec consequentia.  
si est falsa. ergo aliqua premissarum non minor. ergo  
maior. Secundo est quod duo contradictoria non possunt  
simul vera nec falsa. virtute cuius suppositio tenet  
haec. si est conclusio probanda est vera. Ex  
quo sequitur correlative quod in silogismo ad impossi-  
bile sunt tres processus. Quorum primum est silogis-  
ticus. et duo alii sunt entimemata. Secundo sequi-  
tur quod silogismus ad impossibile est proprie silogi-  
smus ex hypothesi qui inferat conclusionem principa-  
liter intentam virtute alicuius suppositio-  
nis non expresse in premissis. Unde silogismus pro-  
prie dicitur ex hypothesi qui inferat conclusionem  
principaliter intentam virtute alicuius suppositio-  
nis non expresse in premissis. Et tunc ab hypothesis est sub  
et hypothesis positio. quasi suppositio alicuius non ex-  
presse in premissis. Et tunc due sunt species. Una  
est silogismus ad impossibile de qua praesens  
est. Alia est silogismus ex transumptio. Et voca-  
tur silogismus ex transumptio qui transfert se  
ad conclusionem minus principaliter intentam. ex  
qua et etiam suppositio non expresse in premissis  
inferatur conclusio principaliter intentam. ut si quis  
velit probare quod contrarium eadem est disciplina  
ipse probet per ista quod contrarium eadem est pote-

omne rationale est animal  
omnis homo est animal  
ergo omnis homo est animal  
omne risibile est homo  
ergo omne risibile est animal  
omnis homo est animal  
ergo omnis homo est animal  
omne risibile est homo  
ergo omne risibile est animal



## Tractatus quartus

has. et deinde supponat qd idem sit de illis duobus. etc. si ex illa conclusione probata et ex illa supposita inferat alia conclusio principaliter inuenta ibi est silus et transumptio. Et utilitas illi ad impossibile est ista. scilicet scire an contradictoria conclusio probata sit falsa et probanda sit vera. Cui advertendum est quod utrum affirmativa non potest probari per impossibile in prima figura. Patet quod contradictoria universalis affirmativa non potest esse summa silogismi facti in prima figura. quod universalis affirmativa non potest probari in prima figura per impossibile. nisi patet quod contradictoria utris affirmativa est particularis negativa. non est particulari negativa nihil sequitur in prima figura. Nam vel illa particularis negativa esset maior et sic nihil sequitur. vel minor et sic iterum nihil sequitur. quod maior particulari et similiter minore negativa in prima figura nihil sequitur. Cuius utris affirmativa potest probari in prima figura. Probatur quod particulari si negativa falsa potest silogismi in prima figura ex duabus premissis una manente vera et alia manente falsa. et tunc ex falsitate illius conclusionis potest inferri falsitas unius premissarum. Alterius ex falsitate illius potest inferri veritas conclusionis sibi contradictorie. et sic erit ibi unum totum silogismus ad impossibile cuius conclusio silogistica illata est universalis affirmativa. Ex quo patet quod non est idem silogizare aliquam conclusionem per impossibile et ipsam probare per impossibile ut patet ex dictis. Universalis enim affirmativa non potest probari in prima figura per impossibile sed bene potest silogizari per impossibile. Sed quereretur aliquis que conclusio in silogismo silogizatur ad impossibile et que probatur per impossibile. Respondetur quod conclusio illata primo silogizatur per impossibile. et secundo ultimo illata probatur per impossibile. Sed quereretur aliquis. Utrum silogismus ad impossibile sit silogismus. Ad hoc respondetur quod silogismus ad impossibile potest capi dupliciter. Uno modo pro aggregato ex tribus processibus quorum primus est silogisticus. et alij duo sunt entimematici. Alio modo capitur silogismus ad impossibile pro primo processu silogistico non prout secus connumerant alij duo processus entimematici. Tunc ubi quod capiendum silogismus ad impossibile primo? tunc ubi quod non est silogismus. quod est aggregatum ex tribus processibus. sed capiendum secundo modo sic est silogismus.

### Sciendum est tercio quod

circa ultimam potestatem. scilicet que est concludere ex oppositis. Advertendum est quod silogismus non est ex oppositis quod est ex premissis oppositis subalterne vel subcontrarie. sed silus pro tanto vocatur ex oppositis quod est ex premissis oppositis contrarie vel contradictione et infert conclusionem in

qua idem negatur de seipso. Ex quo sequitur quod silogismus ex oppositis non reperitur in prima figura. Patet quod premissis silogismi ex oppositis debent esse contrarie vel contradictione et per omnes debent participare utroque termino secundum eundem ordinem. non in prima figura non est idem ordo terminorum in premissis. quod oportet quod medius subicitur in una premissa et predicatur in alia. quod etiam Et utilitas eius est propter illos qui dicunt contraria vel contradictione esse simul vera qui cogitur ad concordandum propositos in qua idem negatur de seipso. Ex quo patet quod conclusio silogismi ex oppositis semper est falsa.

### Sed contra predicta

arguitur. Primo sic. silogismus contrarius et ad impossibile idem sunt. quod male ponuntur due potestates districte. Secundo arguitur sic. silogismus ad impossibile non est silogismus. quod male ubi quod est silogismus. nisi patet. quod in sillo ad impossibile sunt tres processus. quod male ubi quod est silogismus.

Tercio sic arguitur. in omni bono silogismo debent esse tres termini. sed in silogismo ex oppositis non sunt tres termini. ergo silogismus ex oppositis non est bonus. Quarto arguitur sic. Decipit propositio nulla chimera est chimera potest esse conclusio silogismi ex oppositis. et tamen est vera. quod male dictum est quod conclusio silogismi ex oppositis sepe est falsa. minor patet. quod sua contradictoria est falsa. ista quedam chimera est chimera. cui subiectus eius pro nullo supponat. modo omnis illa affirmativa est falsa cuius subiectus pro nullo supponit

### Ad rationes. Ad prima

ubi quod idem silogismus potest esse contrarius et ad impossibile. sed hoc non respectu eiusdem sed respectu diversorum. et ideo non oportet inferre quod non sunt duo silogismi uno multum differunt ut patuit in primo notabili. Ad secundam ubi quod responsio patet in fine secundi notabilis. Ad tertiam dicitur quod in silogismo ex oppositis virtutem sunt tres termini vel officialiter. quod illi duo exercent officia trium. Ad quartam ubi quod negatur maior. et ad probationes dicitur quod hec est vera. chimera est chimera. Et cum probatur quod non dicitur quod subiectus illius affirmativae supponit eo modo quo significat et pro illo quod significat. quod sicut significat ens ymaginabile ita supponit pro ente ymaginabile. Et hec de quarto tractatu dicta sufficiant.

### Sequitur tractatus quintus.

## De locis dialecticis.

**R**atio dicitur multum modis. Primo modo ratio idem est quod definitio vel descriptio. ut hic. Aniuoca dicuntur quorum nomen est commune et ratio substantie secundum illud nomen est eadem. Secundo modo est quedam virtus anime. Tercio modo idem est quod oratio ostendens aliquid sicut sunt propositiones vel rationes disputantium. Alio modo idem est quod forma materie. ut in cultello ferum est materia. dispositio vero inducta in ferro est forma. Alio modo idem est quod essentia communis predicabilis de pluribus. ut essentia generis. speciei. vel differentie. Alio modo idem est quod medium inferens conclusionem. et hoc modo sumitur ratio in definitione argumenti que talis est. Argumentum est ratio rei dubie faciens fidem. idem medium probans conclusionem. Conclusio enim debet confirmari per argumentum. Est autem conclusio argumenti vel argumentis probata propositio. Sed atque probet tunc est dubitabilis. et est questio. Questio sic diffinitur. Questio est dubitabilis propositio. Ad medi

um autem est quod habet duo extrema. Argumentatio est argumenti per orationem explicatio. idem oratio explicans argumentum. Differt autem argumentum a medio et ab argumentatione. quia medium dicitur eo quod habet duo extrema. Argumentum autem addit supra medium virtutem probandi conclusionem. Unde ad hoc quod sit argumentum erigitur quod sit medium et quod habeat virtutem probandi conclusionem. Argumentatio autem dicitur totalis oratio composita ex premissis et conclusione. et in illa manifestatur virtus argumenti. Aliquando enim tota oratio potest inferre universalem affirmativam. aliquando universalem negativam. aliquando particularem negativam. et sic manifestatur tota virtus argumenti cum ostenditur supra quam conclusionem potest ipsum argumentum et supra quam non potest. quod quidem fit in argumentatione ut supra patuit. Argumentationis quatuor sunt species. scilicet silogismus. inductio entimema. et exemplum. Diffinitio autem silogismi data est

prius. Inductio est a singularibus sufficiter enumeratis ad vniuersale progressio. vt fortes currunt. plato currit. et sic de alijs. ergo omnis homo currit

Iste est quintus tractatus summarum magistri petri byspani qui dicitur de locis dialecticis In quo postquam determinauit de silogismo simpliciter consequenter ipse determinat de silogismo dialectico contracto ad materiam probabilem. Qui silogismus dialecticus dicitur esse subiectus attributionis huius scientie. quia ei conueniunt conditiones subiecti attributionis. Et non inuoluntate de locis eo quod locus sit subiectus. sed eo quod locus habet se tanquam illud in quo fundatur et firmitur silogismus dialecticus. Unde silogismus tripliciter contrahitur ad materiam. Uno modo ad materiam necessariam. et est quando silogismus talis componitur ex terminis habentibus necessariam habitudinem. et sic est silogismus demonstratiuus. Alio modo contrahitur ad materiam probabilem que est materia contingens vel capta sub modo contingentis. et sic est silogismus dialecticus. Tercio ut contrahitur ad materiam apparenter probabilem tantum que habet similitudinem cum materia probabili. et sic est silogismus sophisticus.

Sciendum est primo quod

ad declarationem diffinitiois argumenti hic ponit auctor sex acceptiones huius nominis ratio que per hos versus continentur. Diffinitio virtutis ostendit forma vel esse. Est medium ratio per quod concluditur ergo. Et solum de sexto modo est hic ad propositum. quia illo modo sic accipitur in diffinitione in qua dicitur Argumentum est ratio rei dubie faciens fidem. Et ponitur ratio id est medium loco generis. Et dicitur faciens fidem. id est probans conclusionem. ad differentiam medijs silogismi simpliciter quod non probat conclusionem cum in ea solus inquiratur et requiratur necessitas consequentie. Non enim debet hic accipi fides pro principio theologico quod dicitur esse assensus firmus circa aliquod credibile a deo reuelatum. sed debet accipi pro assensu causato per medium probabile. qui quidem assensus dicitur proprie credulitas vel opinio et non scientia. Unde argumentus potest capi dupliciter Uno modo. per se significato. et tunc est secundum intentionem causata per actum intellectus comparantis medium ad conclusionem virtute cuius infertur et probatur talis conclusio. et isto modo diffinitur hic. Alio modo capitur. per se de-

nominato. et tunc medium silogismi dicitur esse argumentum. Unde medium. ratio. et argumentum idem sunt secundum rem sed differunt formaliter. Dicitur enim aliquod medium propter extrema quorum est vniuersus aut separatiuus Et dicitur ratio secundum quod est instrumentum a nunc ad inferendum vel probandum conclusio nem. Et dicitur argumentum eo quod per ipsum intellectus conuincitur ad assensendum conclusio ni que prius erat dubia et sic evidens per tale medium. Et ideo dicitur argumentum quasi arguens mentem. illud enim quod prius erat dubium et accipiebatur per modum questionis fit certum per argumentum et accipitur per modum conclusionis. Similiter conclusio propositio et enunciatio idem sunt fundamentaliter. sed differunt ratione formalis. Dicitur enim enunciatio quasi conceptus mentis enuncians. Dicitur enim conclusio eo quod est argumento vel argumenti probata propositio. Et dicitur propositio quasi pro alio positio. scilicet pro conclusione inferenda. Questio vero est propositio dubitabilis vel accepta per modum dubitabilis cum signo interrogatio

Sciendum est secundo quod

argumentatio sic diffinitur in textu. Est argumentatio per orationem explicatio. id est oratio explicita virtutem argumenti. nam argumentum habet virtutem inferendi conclusionem. que scilicet per argumentum explicatur. sicut enim diffinitio declarat principia essentialia diffinitio que implicite significantur per diffinitum. ita similiter argumentatio explicat virtutem argumenti ostendens idoneam convenientiam quam habet medium ad maiorem extremitatem et minorem. ad quam contententiam sequitur convenientia extremitatum inter se in conclusione. Sic ergo argumentatio de suo formali significato significat respectum fidem in oratione hypothetica que nata est inferentalem conclusionem et explicare virtutem argumenti. Et secundum quosdam non capitur hic argumentatio generaliter neque argumentus. sed solum specialiter accipitur. scilicet pro argumentatione dialectica. in qua medium est illatum et probatiuus conclusionis. quia sicut in hoc tractatu solus determinatur de silogismo dialectico. sic etiam hic solum determinatur de argumentatione dialectica. Unde ipsius argumentationis quatuor sunt species. scilicet silogismus. inductio. entimema et exemplum. Quartus sufficientia sic habetur. quia in omni argumentatione proceditur ab antecedente ad consequens. vel ergo per totum vel a parte. si a toto hoc est dupliciter. quia vel in antecedente sunt due premissae in modo et in figura dispositae sic est silogismus vel non sic est entimema. Si fiat processus a parte hoc est dupliciter. vel quia sit processus a parte

ad totum sic est inductio. vel a parte ad partem sic est exemplum. Dicitur autem dicitur quod hoc dicitur est dicitur analogi in sua analogata eo quod in silogismo magis explicatur virtus argumenti quam in alijs. Et etiam quia omnes alie species ad silogismum reducuntur. Potest tamen dici quod hoc dicitur est dicitur generis in suas species. eo quod ista secunda intentio argumentatio potest de istis quatuor intentionibus in quod et vniuerso predicari Et quantum res reducuntur ad silogismum. non tamen est intelligendum quod vna fiat formaliter a las cum distinguantur specie. sed sic est intelligendum quod ex propositionibus assumptis in vna si et alia per assumptionem alicuius alterius propositionis. Vel est probare evidentiam conclusionis harum specierum per silogismum qui est evidenter consequentia. et hoc modo aliquid potest reduci ad aliud et cuius hoc ab eo specificiter distinguitur. sicut per se de secunda et tertia figuris que reducuntur ad ad primam et ab ea specificiter distinguuntur.

Sciendum est tertio quod

Petrus byspanus diffinitis silogismum dialecticum in precedenti tractatu ideo hic non diffinit ipsum. sed tantum ponit distinctiones aliorum. Diffinit ergo inductionem. Inductio est progressio a singularibus ad vniuersale. Et non accipitur hic progressio proprie sed pro motu rationis. Et dicitur a singularibus ad vniuersale ad differentiam aliarum specierum argumentationis Silogismus enim et entimema procedunt ab vniuersalibus ad singularia. minus vniuersalia Exemplum vero procedit ab vno singulari ad aliud. Et non debet hic accipi singulare pro singulari simpliciter. sed pro natura incircuibili. sive pro individuo. sed pro inferiori sive pro singulari in respectu quod est minus commune. Debent accipi vniuersale pro termino superiori distributo per signum vniuersale. Quia singularia possunt dupliciter enumerari. Alio modo insufficienter quando nec formaliter nec virtualiter omnia singularia enumerantur. et tunc talis inductio est inductio dialectica. ut si argueretur. Eruditus auriga est optimus. ergo omnis e rudis est optimus. talis consequentia non necessario sequitur. sed solum probabilis est. ex quo patet quod inductio dialectica est formalis et non necessaria sequitur. Alio modo singularia prius sufficienter enumerantur. et hoc dupliciter. Uno modo in propria forma et hoc quia singularia sunt nobis nota. et tunc debet addi hec particula et non sunt plura. ut sic arguendo. iste sol lucet. et non sunt plures soles. ergo omnis sol lucet. Alio modo casu alio aliqua in propria forma. et apprehendens alio alia sub hac particula. et sic de alijs. et hoc maius contingit quia singularia non sunt nobis nota

ut sic arguendo. fortes currunt. plato currit. et sic de alijs. ergo omnis homo currit. Et debet hoc diffinitio sic exponi. Inductio est progressio a singularibus supple sine in respectu sive minus communibus ad sum vniuersale distributum per signum. Et quo sequitur. quod descensus et inductio opponuntur quia descensus est ab vniuersali ad singulare. sed inductio est a singularibus ad vniuersale. Quia inductio potest capi dupliciter. Uno modo pro se significato et tunc est relatio rationis causata per actum intellectus nostri. que habet pro fundamento propositioes singulares sive minus vales. et pro termino ipsam propositiones vniuersalem. Alio modo capitur fundamentaliter et pro se de notato et tunc est propositio hypothetica rationalis composita ex propositioibus singularibus et vna vniuersali. Alterius aduertendum est quod quia terminus distributus est aliquid complexum coniunctum mediante aliqua coniuncti one ad debite inducendam sub eo a parte subiecti oportet ponere implicationes in qua affirmetur illud quod erat distributum in propositio vniuersali de termino singulari. Et ideo hec inductio non valet. iste homo vel asinus est rudibilis. ergo homo vel asinus est rudibilis. Sed debet sic induci. iste qui est homo vel asinus est rudibilis. ille qui est homo vel asinus est rudibilis. Et similiter inducendum est sub istis propositioibus vltibus. omnis propositio vel eius contradictio est vera. omnis homo est rudibilis est asinus. et sic de similibus. Quia inductio reducitur ad silogismum accipiendo omnia singularia pro medio. et predicatus conclusionis pro maiore extremitate. et subiectum eius pro minore. ut hec inductio fortes currunt. plato currit. et sic de alijs. ergo omnis homo currit. sic reducitur ad silogismum. omne quod est fortes vel plato et sic de alijs. ergo omnis homo currit. sic reducitur ad silogismum. omne quod est fortes vel plato et sic de alijs. ergo omnis homo currit. Unde reducere inductionem ad silogismum nihil aliud est quam probare etiam inductionis per consequentiam evidentiozem.

Sed contra predicta

arguitur. Primo sic. Omnis propositio est vera vel falsa. sed questio non est vera vel falsa. ergo questio non est propositio. minor patet de ista. vtrius fortes currunt. Secundo arguitur sic. entimema et silogismus non sunt species distincte. ergo male dicitur est quod argumentationis quatuor sunt species. antecedens patet per aristotelm primo posteriorum dicentem. entimema est verus silogismus. Tercio arguitur sic. In omni argumentatione antecedens debet esse notus consequens. sed singularia cum sint infinita ipsa sunt minus nota vniuersalibus. ergo in inductione non debet procedi a singularibus ad vniuersale.

No uale pulebrud vix  
i. debet arg. illa fin. dicitur  
et no argulatus qd no pnt arg  
et dicitur de pro vbi

Et vbi dicitur inducit ergo vna qd dicitur  
fides qd natus huius qd qd dicitur huius qd  
inductio simpliciter ad huius qd dicitur huius qd  
proceduntur huius qd dicitur huius qd  
et dicitur huius qd dicitur huius qd

## Tractatus quintus

Quarto arguitur sic. Non sequitur. iste autem  
non currit. iste a finis currit. et sic de alijs. ergo  
omnis homo currit. et tamen arguitur a singula  
ribus ad universale. ergo.

### Ad rationes. Ad primam

dicitur quod questio capitur dupliciter. Uno modo  
pro aggregato et signo interrogatio et propo  
sitione et sic non est propositio formaliter nec vera  
nec falsa. Alio modo capitur pro propositione cui  
additur signum interrogatum et sic bene est  
vera vel falsa. Ad secundam dicitur quod en  
timema est virtualiter et implicite silogismus. non  
tamen formaliter et explicito. Ad tertiam di  
citur quod quibus singularia sunt minus nota sim  
pliciter et secundum naturam. tamen sunt nota  
ra quo ad nos. Et licet sint infinita nec cognoscit  
mus ea in propria forma. tamen cognoscimus unum  
per similitudinem ad aliud. Ad quartam  
dicitur quod ibi non arguitur a singularibus ad sub  
universale quod debet fieri in bona inductione.

Entimema est silogismus im  
perfectus. id est oratio in qua  
non omnibus premissis positis  
infernatur festinata conclusio. ut  
omne animal currit. ergo omnis  
homo currit. In hac enim ar  
gumentatione includitur hec p  
positio. omnis homo est animal  
que si poneretur perfectus esset  
silogismus. Aristoteles autem  
sic diffinit entimema. Entime  
ma est ex ycotibus et signis. y  
cos idem est quod propositio pro  
babilis. Signum ut hic sumit  
idem est quod demonstrativa seu ne  
cessaria propositio vel proba  
bilis et hoc inferendo. Signum  
ut hic sumitur dicit necessitate  
illationis. ycos autem dicit pro  
babilitatem ipsius propositio  
nis in se secundum quam pro

babilitatem propositio dicitur  
esse vera. Unde licet in entime  
mate est tantum una propositio  
inferens et alia illata. tamen se  
cundum quod inferens propositio  
apparet omnibus esse vera vel  
pluribus sic dicitur ycos. quia  
sic iam esset probabilis. ut qui  
libet diligit diligentem se. secu  
dum autem quod ipsa inferit conclu  
sionem de necessitate sic est sig  
num. et sic eadem propositio est  
ycos et signum secundum aliud  
et aliud. Si quis obiciat quod  
entimema debeat sic diffiniri.

Entimema est ex ycote et signo  
cum sit tantum una propositio  
inferens que est ycos et signum  
secundum diversa. Ad hoc sic  
dicendum est quod licet sit una pro  
positio inferens actu tamen ha  
bet in se virtutem duarum pro  
positionum quia habet in se vir  
tutem propriam et illius que sub  
intelligitur et sic est una secun  
dum substantiam et due secun  
dum virtutes. et ideo dicitur in  
plurali numero ex ycotibus et  
signis et non ex ycote et signo.

Sciendum quod omne entime  
ma debet reduci ad silogismus  
In entimemate enim sunt tres  
termini sicut in silogismo et duo  
illorum sunt in conclusionem et sunt

## De locis dialecticis

maior extremitas et minor ex  
tremitas. Alius autem non po  
nitur in conclusione et est medi  
um. illarum autem extremitatum  
altera sumitur bis et altera se  
mel. Ex extremitate ergo tantum  
semel sumpta et ex medio fiat  
una propositio secundum exis  
gentiam sic modi et figure et ha  
betur silogismus. verbi gratia  
in hoc entimemate. omne ani  
mal currit. ergo omnis homo  
currit. homo et currit sunt due  
extremitates. et animal est me  
dium. sed illa extremitas scilicet  
et homo sumpta est tantum se  
mel. ex ipsa ergo et medio fiet  
una propositio. scilicet omnis  
homo est animal. et tunc erit p  
fectus silogismus sic. omne ani  
mal currit. omnis homo est ani  
mal. ergo omnis homo currit.  
Exemplum quando unum par  
ticulare probatur per aliud pro  
ter aliquod simile repertum in  
ipsis. ut parisienses pugnare con  
tra rotomagenses malum est.  
ergo turonenses pugnare con  
tra pictaunenses malum est. quia  
utrobique est pugnare affines con  
tra affines. quia autem argumē  
tum per locum confirmatur ideo  
vanda est diffinitio loci prout  
locus hic sumitur.

Et circa hanc textum notandum est primo quod est  
sequenter Petrus Hispanus sic diffinit entime  
ma. Entimema est silogismus imperfectus. Et ex  
ponit sic hanc diffinitionem dicens. Entimema  
est oratio in qua non omnibus premissis posi  
tis inferatur festinata conclusio. ut omnis homo  
est animal. ergo omnes est animal. ibi enim sub  
intelligitur hec premissa omnes est homo. Et  
aliter diffinitur a philosopho hoc modo. Enti  
mema est silogismus ex ycotibus et signis. Et  
istis in entimemate ut in pluribus non sit nisi un  
na premissa formaliter et secundum substantiam  
tamen ibi sunt plures secundum virtutem eo quod  
premissa ibi posita virtualiter includit aliam.  
ycos autem et signum sunt idem realiter sed dif  
ferunt formaliter. quia propositio dicitur ycos  
secundum quod est probabilis sed eadem dicitur sig  
num propter habitudinem ad aliam propositio  
nem quam necessario inferit. Unde duo sunt  
modi dicendi de reductione entimematis ad sil  
logismus. nam secundum unum modum dicitur  
quod in omni entimemate reducibili ad silogis  
mum sunt tres termini et non plures. quorum  
duo ponuntur in conclusione. scilicet extremita  
tes. aliter vero non ponitur in conclusione. et est  
medium. eo quod medium non debet intrare con  
clusionem. Secundum hunc modum ergo ent  
mema reducitur ad silogismus per additionem il  
li propositiois que deficit propter quod datur ta  
le documentum. Considerandum est enim utrum  
in antecedente ponatur predicatum conclusio  
nis vel subiectum. nam si ponatur subiectum des  
ficit maior. quia debet constitui ex medio et pre  
dicato illius conclusionis. si autem in antecede  
te ponatur predicatum conclusionis minor defi  
cit. quia debet constitui ex medio et subiecto ill  
ius conclusionis. Sed est alius modus re  
ducendi secundum quod dicitur quod omnis argumē  
tatio que non est silogistica inductiva vel exem  
plaris est entimematica. et quod omnis consequen  
tia entimematica habet reduci ad silogismus.  
Et secundum hunc modum ponuntur tria docu  
menta. Primum est quod si in entimemate sint tan  
tum tres termini et in antecedente eius sit una  
premissa tantum. tunc debet reduci eo modo. quo  
nunc dictum est. Secundum documentum est si  
in aliquo entimemate sint tantum duo termini  
tunc debet addi una premissa in qua idem pre  
dicatur de seipso. Tertium documentum est si  
in aliquo entimemate sint plures termini et tres  
tales est reducendum ad plures silogismos. vel  
tales termini sunt reducendi ad tres terminos.

### Sciendum est secundo

exemplum est processus ab uno singulari ad

Et di. entimema ab eo quod in  
omni quod est animal et omnes quod  
est animal et in ycos est animal  
omnes propositioes

Due n. mo. de entimemate  
reducuntur ad silog.

omne animal currit  
ergo omnis homo currit  
homo est animal  
ergo omnis homo est animal  
omne animal currit  
ergo omnis homo currit  
homo est animal  
ergo omnis homo est animal

omne animal currit  
ergo omnis homo currit  
homo est animal  
ergo omnis homo est animal  
omne animal currit  
ergo omnis homo currit  
homo est animal  
ergo omnis homo est animal

## Tractatus quintus.

Singulare probatur propter aliquam similitudinem in ipso reperitur. ut sones est risibilis. ergo plato est risibilis quia verus est homo. In qua definitio ne ponitur processus loco generis. Et ponitur ab uno singulari ad aliud ad differentiam filogismati et enumeratis et etiam inductionis quae procedit ad universale probandum. Et ponitur propter aliquod simile in ipso reperitur. ad ostendendam virtutem probationis quae pronatur ex similitudine duorum particularium ad invicem. eo quod illis quod convenit uni convenit alteri. Unde exemplum non immediate habet reduci ad filogismum sed primo reducitur ad inductionem imperfectam et consequenter ad filogismum. sed accipiendo terminum importantem similitudinem pro medio et predicatum conclusionis pro maiori extremitate et subiectum eiusdem pro minori et inferitur conclusio exempli per filogismum cuius maior probatur inductione imperfecta per antecedens exemplum. Ut factum est exemplo. sones est risibilis. ergo plato est risibilis. formatur primo talis inductione imperfecta. sones est risibilis. ergo omnis homo est risibilis. Secundo fit filogismus sic. omnis homo est risibilis. plato est homo. ergo plato est risibilis. concluditur ibi conclusio exempli.

Sed secundum alios dicitur quod exemplum non reducitur ad unum filogismum sed ad duos. scilicet accipiendo pro medio primi filogismi primum singulare et pro maiori extremitate predicatum conclusionis ipsius exempli. et pro minori subiectum. et in secundo accipiendo illud in quo conveniunt duo singularia pro medio. et pro maiori extremitate predicatum conclusionis. et pro minore aliud singulare sive subiectum eiusdem conclusionis.

### Sciendum est tertio quod

exemplum potest capi dupliciter. Uno modo generaliter pro omni bona ratione in qua inferitur aliqua conclusio propter aliquam similitudinem inter res auctis et consequentis reperitur. sive antecedens sive ratio sint propositiones particulares sive singulares sive universales. Et sic est ibi exemplum. omnes rotomagenses sunt bone gentes. armorum ergo omnes colonenses sunt bone gentes armorum. quia sicut rotomagenses sunt exercitati illis artibus ita et colonenses. Alio modo capitur pro parte pro consequentia bona conclusionis particularis probata ex alia parte particulari vel particularibus. et hoc accipiendo particulare ut non distinguitur contra singulare. et sic capitur exemplum in proposito. Et tunc exponitur definitio exempli sic. Exemplum est ratio bona probata conclusionis particularis ex una parte particulari propter aliquam similitudinem inter auctis et ratio reperitur. Et sequitur aliquos exempli non ubi bona consequentia nisi in antecedente et ratio exprimitur terminus significans similitudinem. Et ideo non efficitur hic bonus

exemplum. bingen ses sunt divites. ergo rotomagenses sunt divites. quia tam isti quam illi habent bonum portum maris. Sed hic efficitur bonus exemplum. bingen ses sunt divites eo quod habent bonum portum maris. ergo rotomagenses sunt divites eo quod habent similitudinem boni portum maris. Unde inductio et exemplum differunt primo quia inductio semper est ad universalem conclusionem exemplum vero quandoque ad particularem. Secundo differunt quia inductio in antecedente habet plures propositiones singulares. exemplum vero una quandoque non repugnat exemplo quoniam possit habere plures singulares in antecedente et illis inferens conclusionem universalem.

Et si queratur utrum omne entimema sit reducibile ad filogismum. Ad hoc respondetur per duas conclusiones. Prima est quod entimema in quo arguitur ex una propositione categorica et inferitur alia propositio. et hoc per medium diversum ab extremitatibus conclusionis est ad filogismum reducibile. Probatur conclusio. nam dato isto entimema. homo currit. ergo animal currit. per additionem unius premise. scilicet homo est animal reducitur ad filogismum. Secunda conclusio si formatur entimema inferendo conclusionem ex una propositione vel pluribus in antecedente positus non dispositus in modo et figura et non per medium diversum ab extremitatibus conclusionis. ipsum non est reducibile ad filogismum. Probatur quia conversiones et quipollentie et consequentia in quibus arguitur a tota copulativa ad quilibet eius partem et sic de alijs non sunt reducibiles ad filogismum. et tamen sunt entimemata.

### Sed contra predicta

arguitur. Primo sic. Dicitur est entimema sive filogismus imperfectus. omnis a finis currit. ergo omnis homo currit. eo quod iste filogismus perficitur per additionem unius premise omnis homo est a finis. et tamen ibi non est bona consequentia cuius illa non sit probata. ergo in entimema non est bona consequentia. Secundo arguitur sic. unum particulare est ita ignotum sicut aliud. ergo in nulla argumentatione procedendum est ab uno singulari ad aliud. consequentia tenet quia omnis argumentatio dialectica procedit a magis noto ad minus notum. Tertio arguitur sic. ista consequentia non valet sones est risibilis. ergo omnis homo est risibilis. ergo exemplum non convenienter reducitur ad filogismum. Quarto sic arguitur. conversiones et quipollentie sunt entimemata. et tamen non reducuntur ad filogismum. ergo.

Ad rationes. Ad primam dicitur quod quoniam ibi non fit filogismus proba

*Ad rationes. Ad primam dicitur quod quoniam ibi non fit filogismus proba*

## De locis dialecticis

Locum vel entimema probatum. tamen ibi est bona consequentia sive bonus filogismus illa tamen si illa propositio omnis homo est a finis ubi suppletur. Ad secundam dicitur quod unum unum singulare secundum naturam et simpliciter non fit notum altero. tamen unum potest esse notum altero quo ad nos. et hoc sufficit ad argumentum dialecticum. Ad tertiam dicitur quod unum ubi non est ratio formalis ubi est ratio probabilis eo quod sicut est de uno indudendo sic etiam est exemplum de omnibus alijs que cum eo conveniunt. et hoc sufficit ad argumentationem dialecticam sive exemplum. Ad quartam dicitur quod patet solutio in tertio notabili.

Locus est sedes argumenti vel id a quo ad propositam questionem conveniens trahitur argumentum. Quid autem sit questio dictum est. Et sciendum quod propositio. questio. conclusio. et enunciatio secundum substantiam idem sunt. Differunt autem secundum rationes. Diversas enim habent rationes siue definitiones. ut prius patuit. Secundum enim quod dubitabilis est. est questio. Prout vero iam probata est per argumentum est conclusio. Prout ponitur pro alio in premissis est propositio quia propositio dicitur secundum quod est in premissis. ad probandum conclusionem. Enunciatio est autem secundum quod significat esse vel non esse. ut sones currit sones non currit. Habito de definitione loci sequitur divisio ipsius loci. Locus autem dividitur in locum maximam et in locum differentiam maximam

Locus maxima idem est quod maxima. Maxima est propositio qua non est altera prior neque notior. ut omne totum maius est sua parte. Item de quocumque predicatur definitio et definitum. et de quocumque predicatur species de eodem predicatur genus. Locus differentia maxime est illud quo una maxima differt ab alia. ut iste maxime. de quocumque predicatur species et genus. et de quocumque predicatur definitio et definitum. differunt per terminos ex quibus componuntur. Una enim componitur ex genere et specie. Altera ex definitione et definito. unde isti termini simplices dicuntur differentie et maxime. Et sciendum quod tamen locus maxima quod locus differentia maxime dicitur locus quod utrumque confert firmitatem et robur argumento. Unde proportionally sumitur hic locus ad locum in rebus naturalibus. quia sicut ille servat res omnes in esse. sic similiter hic locus confirmat argumentum. Item locus differentia maxime dividitur per locum intrinsecum extrinsecum et medium. Locus intrinsecus est qui sumitur argumentum ab his que sunt de substantia rei. ut in definitione. ut si dicatur animal rationale mortale currit. ergo homo currit.

C. 1.



## Tractatus quintus.

**Locus extrinsecus est quādo sumitur argumentū ab his que omnino separata sunt a substantia rei. ut ab oppositis. ut si queratur utrum sortes est albus. et probe sic sortes nō est niger. ergo sortes est albus. Locus medius est quando sumitur argumentum ab his que partim conveniunt cum terminis in questione positis et partim differunt ab eis sicut uniuoca et denominatiua que dicuntur coniugata. ut si queratur utrum iusticia sit bona et probe sic iustum est bonum. ergo iusticia est bona.**

Circa hunc textum notandum est primo quod consequenter auctor determinat de loco dialectico ipsum sic diffiniens. Locus est sedes argumenti vel id a quo conueniens elicitur argumentum. In qua diffinitione non capitur locus proprie pro superficie corporis continentis quomodo capitur quarto philosophorum. sed accipitur ut est terminus secunde intentionis et metaphysice pro loco logico non tamen philosophice sed tantum dialectico. Non etiam accipitur sedes proprie sed transumptive per quandam similitudinem. quia sicut res quiescit et firmatur in sede. sic etiam argumentum dialecticum fundatur et firmatur in loco dialectico cui per ipsum firmatur. Et sic exponitur ista diffinitio. Locus dialecticus est sedes argumenti. id est regula confirmatiua argumenti dialectici. aut alicuius consequentie probabilis. vel illud a quo conueniens elicitur argumentum. id est ex quo componitur. talis regula confirmatiua que est propositio per se nota. Et per primam particulam tangitur locus maximus. et per secundam locus differentie maxime. Et non accipitur hic maxima adiective sed substantiue sic quod ibi est appositio. Unde duplex est locus dialecticus. scilicet locus maximus et locus differentie maxime. Unde locus maximus idem est quod ipsa maxima. Maxima autem est pro-

positio per se nota qua non est altera prior nec notior in suo genere. sic quod nulla est propositio constituta ex illis terminis ex quibus constituitur que sit prior et notior. licet possit dari aliquando aliqua simpliciter prior et notior. Et sic locus maximus potest capi pro suo formali significato et tunc significat habitudinem maxime ad argumentum probabile. quia talis maxima est probabilitas et confirmatiua argumenti dialectici. Alio modo capitur pro denominato. et tunc ipsa propositio per se nota dicitur esse locus maximus. Et quod ista maxima sit parua in quantitate et in magna in virtute. quia in ea est virtus certificandi et confirmandi plures propositiones. Et vocatur multis nominibus. Primo vocatur maxima propter causam dictam. Secundo vocatur dignitas quod seipsam dignificat ut ab intellectu cognoscatur cognitio terminis. Tercio vocatur communis animi conceptio quia ab intellectu multorum facilius concipitur. Quarto dicitur propositio per se nota quia apprehensio terminis eius sine noticia cuiuscumque propositionis potest cognosci.

Unde una maxima differt ab alia in hoc quod in una sunt alij et alij termini ex quibus constituantur tales maxime. Et etiam est alia et alia habitudo terminorum in diuersis maximis positorum sicut in hac maxima. De quocumque predicatur diffinitio et diffinitum. ut isti duo termini diffinitio et diffinitum vel habitudo eorum admutem dicuntur locus differentie maxime. et per illos differt illa maxima ab ista. De quocumque predicatur species de illa predicatur genus illius species. Et sic isti duo termini genus et species sunt locus differentie maxime. Et sic patet quod ille maxime differt per has habitudines et per illos terminos. quia per tales habitudines fundantur in terminis siue in rebus significatis per terminos. ideo tales maxime per illos terminos differre dicuntur.

### Sciendum est secundo quod

locus maximus et locus differentie maxime ab invicem differunt. quia locus differentie maxime dicit terminos vel habitudinem terminorum ipsius maxime in qua firmatur argumentum dialecticum. Locus vero maximus dicit propositionem ex illis terminis constitutam. quia propositio explicat qualis est habitudo animus et corpus et roboret talem habitudinem. Ex quo sequitur alia differentia. scilicet quod argumentum dialecticum firmatur in loco differentie maxime incomplete. et in loco maxime complete. Ut si queratur. unde locus. homo currit. ergo animal currit. et respondetur a specie ad genus non est terminus adhuc argumentum. quod potest dubitari qualis est habitudo inter species et sui genus. Sed quod ultra querit maxima. et rursus. de quocumque predicatur

## De locis dialecticis

species de illo predicatur genus illius species. et tunc complete et perfecte terminatur argumentum. nec plus vlla habitudo relinquatur.

Ex predictis patet quid queritur eum queritur unde locus. Solum enim queritur de habitudine termini inferentis ad terminum illatum. siue antecedentis ad consequens. ideo locus differentie maxime de suo formali significato significat talem habitudinem scilicet termini inferentis ad terminum illatum siue antecedentis ad consequens. et connotat siue denominat ipsos terminos habentes talem habitudinem. Sed cum queritur maxima nihil aliud queritur nisi que est regula confirmatiua consequentie. siue que est propositio per se nota explicans habitudinem terminorum et hoc confirmans habitudinem antecedentis ad consequens.

### Sciendum est tercio quod

locus differentie maxime diuiditur in locum extrinsecum. intrinsecum. et medium. Locus extrinsecus sic diffinitur. Est quando sumitur argumentum ab his que sunt de substantia terminorum in questione positum. ita quod terminus inferens sit de essentia illati. Et sic intelligitur illa diffinitio. locus intrinsecus est quando inter terminum inferentem et terminum illatum est intrinseca habitudo. inter illa enim tunc datur locus intrinsecus. Et tunc capitur intrinsecus generaliter pro omni illo quod est in alio secundum alium quem modum essendi in. et non accipitur proprie per intrinsecus est illud quod est de intrinseca conditione et essentia eius. Et ab alijs sic diffinitur. Est termini maxime vel regule confirmatiue consequentie dialectice cuius terminus inferens et terminus illatus supponunt pro eodem convertibiliter. vel significant idem convertibiliter. aut de uno eorum verificatur esse in aliquo modo essendi in. Exemplum primi sic arguendo homo currit. ergo risibile currit. hic terminus inferens. scilicet homo. et terminus illatus scilicet risibile sunt idem realiter et supponunt pro eodem. Exemplum secundi. nihil est locus non repletus corpore. ergo nihil est vacuum. illi termini significant idem. Exemplum tercij. ut domus est. ergo partes est. ibi unus eorum terminorum verificatur de altero secundum aliquem modum essendi in. Locus extrinsecus sic diffinitur. Est quando termini maxime vel regule confirmatiue alicuius consequentie dialectice cuius terminus inferens repugnat termino illato. Et quando inter terminos aliquando non sit habitudo conuenientie. tamen iter eos est habitudo repugnante. ideo inter ipsos potest esse locus.

Sed locus medius sic diffinitur. Est quando sumitur argumentum ab his que partim conueniunt et partim differunt cum terminis in que

sione positis. hoc est dicitur. locus medius est locus cuius terminus inferens partim conuenit et partim differt a termino illato. sicut sunt concretum et abstractum que conueniunt in re significata et differunt in modo significandi. Ex quo patet quod non dicitur locus medius eo quod aliquid mediet inter terminum inferentem et terminum illatum. quia sic omnis locus esset medius cum omnis locus sit habitudo medietas inter terminos. sed dicitur locus medius quodam modo per participationem loci intrinseci et extrinseci. eo quod terminus inferens partim differt et partim conuenit cum termino illato. ut bene sequitur album est coloratum. ergo albedo est color

### Sed contra predicta

arguitur. Primo sic. Argumentum et locus idem sunt. ergo locus non est sedes argumenti. antecedens patet in isto argumento. homo currit. ergo al al currit. homo est argumentum eo quod habet potestatem concludendi conclusionem. et est locus eo quod est species includens habitudinem ad animal quod est genus. Secundo arguitur sic. Locus differentie maxime est pars maxime. ergo membra illius diffinitionis coincidunt. ergo

Tercio arguitur sic. Omnis locus est habitudo. sed termini non sunt habitudo. ergo termini non sunt locus. Quarto arguitur sic. Locus a causa efficiente ad suum effectum est locus intrinsecus. et tamen causa efficiens est extrinseca suo effectui. ergo diffinitio loci intrinseci non est bona.

### Ad rationes. Ad primam

dicitur quod licet locus et argumentum sint idem fundamentaliter non tamen formaliter cuius sint due intentiones specificae distincte. Ad secundam distinguitur antecedens. vel si capiat formaliter et pro per se significato. et sic negatur. vel pro per se denominato. et sic iterum distinguitur. vel quod sit pars materialis maxime. et sic conceditur. vel formalis et quitaditua. et sic negatur. Ad terciam distinguitur maior. vel si capiat locus pro per se significato. et sic conceditur. vel pro denominato. et sic negatur. ymo termini maxime sunt denominatiue locus differentie maxime. Ad quartam dicitur quod conceditur maior et distinguitur minor. quia aliquid potest dici dupliciter extrinsecum alteri. Uno modo quia non est de intrinseca ratione essendi et compositione eius. et sic conceditur minor. Alio modo aliquid dicitur esse extrinsecum alteri quia totaliter est extra ipsum tam secundum actum quam secundum virtutem. et secundum nullum modum essendi in in ipso continetur. et sic causa efficiens non est extrinseca suo effectui. quod virtualiter in eo continetur.

Item locus intrinsecus diuiditur per locum a substantia et per locum a concomitantibus substantiam. Locus a substantia est qui sumitur argumentum ab his qui sunt de substantia terminorum in questione positorum. Et ille locus diuiditur per locum a diffinitione a descriptione et a nominis interpretatione.

Circa hunc tractatum notandum est primo quod in tertio tractatu huius libri antea dicitur locum intrinsecum in locum a substantia et locum a concomitantibus substantiam. Unde locus a substantia est quando sumitur argumentum a substantia terminorum in questione positorum. Que diffinitio sic intelligitur. Locus a substantia est quando terminus inferens dicitur adequate et convertibiliter totam substantiam, id est essentiam termini illati, et hoc explicite vel implicite. Diffinitio enim non dicitur explicite totam substantiam diffinitionis nec descriptum descriptionis.

Et notandum est quod non accipitur hic substantia per distinctionem contra accens aut contra accidentia in predicamento accidentis repugnabilia, sed capitur substantia pro omni illo quod est de essentia sine sequitur essentiam convertibiliter termini illati. Diuiditur enim locus a substantia per locum a diffinitione ad diffinitum, a descriptione, et interpretatione, et illi implicite continetur locum a diffinito a descripto et interpretato.

Quorum sufficientia sic facilius potest haberi per diffinitionem suorum membrorum et ideo relinquantur. Et quo patet quod per has divisiones solum diuiditur explicite locus differentia maxima, tamen implicite diuiditur locus maxima et eius divisiones facilius possunt haberi.

**Sciendum est secundo quod**

terminus inferens est terminus positus in antecedente habens certam habitudinem ad terminum positum in consequente, propter quam habitudinem antecedens antecedit ad tale consequens. Sed terminus illatus est terminus positus in consequente habens certam habitudinem ad terminum positum in antecedente, propter quam habitudinem consequens sequitur ad tale antecedens. Ut sic arguendo, homo est, ergo animal est, terminus inferens est homo, et terminus illatus est animal, et ratione habitudinis, illorum duorum terminorum adiunctum una illarum pro-

positionem antecedit et alia sequitur. Sed tunc restat dubium a quo. Locus dialecticus principaliter denominatur an a termino inferente vel illato. Respondetur quod denominatur a termino inferente, quod probatur sic, quia locus denominatur a termino in quo consistit tota virtus probationis consequentis, sed in termino inferente stat tota virtus probationis, ergo locus debet ab ipso denominari. Ad hoc patet scilicet quia si argumentum dialecticum reduceretur ad logicum tunc terminus inferens esset modus si logicus, sed in medio est tota virtus probativa ut alius dicitur est, ergo in termino inferente est tota virtus probativa argumenti. Non tamen debet intelligi quod locus denominatur a termino inferente fundamentaliter accepto, quia sic ille locus, sicut est homo, quod sonet est alia, diceretur locus ab homine, quod est falsum, sed debet denominari a termino inferente formaliter accepto, id est ab habitu secundo quam talis habet rationem terminum inferentis, ut habendo istius argumenti est a specie ad genus, ideo ille locus denominatur a specie. In eodem enim termino possunt fundari diuersae habitudines, ut in homine est habitudo diffinitio ad diffinitionem, et species ad genus, si ergo in aliquo antecedente ponatur homo ratione diffinitio aut sub alia habitu illi locus dicitur a diffinito, si vero sub habitu illi locus dicitur a specie.

Cognoscitur autem sub qua habitu illi ponitur terminus inferens in antecedente per terminum illatum, eo quod si in consequente ponatur diffinitio terminus in antecedente debet poni sub habitu illi diffinitio. Ex quo patet quod sub eodem fundamento possunt fundari diuersae et plures relationes, et ille specificantur a termino ad quem cum capiunt diffinitionem a fundamento ergo oportet dicere quod necessario capiunt a termino cum totum esse relatum sit ad aliud scilicet ad rem.

**Sciendum est tertio quod**

querere in aliqua consequentia unde locus non est aliud quam in ipsa querere terminum maxime vel regule confirmantis talem consequentiam, qui quidem terminus verificabilis est de termino inferente ratione habitudinis quam habet terminus inferens ad illatum. Ut cum queritur, Unde locus, animal rationale currit, ergo homo currit. Respondetur a diffinitione ad diffinitum, ergo nos querimus illum terminum diffinitionis de quo verificatur terminus illatus. Sed cum querimus maximam querimus propositionem per se notam conuenientiam talis consequentiae, ut cum queritur maxima, alia rationale currit, ergo homo currit, respondet, quicquid verificat de diffinito et de diffinito. Sed cum queritur quare locus

dialecticus principaliter denominatur a termino inferente, et locus sophisticus ab illato. De prima visum est in precedente notabili. Sed ad secundam partem dubij dicitur quod ratio est quia locus sophisticus est deceptorius, modo deceptio latet in conclusione, quia homo per argumentationes sophisticas decipitur credendo quod propter tale argumentationes debite inferatur seu probetur aliqua conclusio, que tamen non probatur nec inferitur, et sic deceptio in loco sophistico latet in termino illato, et sic denominatur huiusmodi locus a termino illato. Unde circa predictam definitionem loci a substantia in locum a diffinitione, descriptione, et interpretatione aduertendum est quod diffinitio potest capi dupliciter. Uno modo proprie pro oratione convertibiliter explicante quidditatem et essentiam rei significante per diffinitum, et hoc precise per essentialia, et hoc modo sola diffinitio quidditativa est diffinitio. Verum est tamen quod ab aliquibus diffinitio casualis propter similitudinem quam habet cum diffinitione quidditativa quandoque vocatur diffinitio stricte capiendo diffinitionem. Et similitudo que est inter diffinitionem causalem et quidditativam est ista quia sicut in diffinitione causali ponuntur termini importantes causam vel causam rei significante per diffinitum, sic etiam in diffinitione quidditativa ponitur terminus qui importat formam et essentiam rei significante per diffinitum. Alio modo accipitur diffinitio generaliter pro omni illo quod explicat essentiam alicuius siue a priori siue a posteriori, et sic diuiditur in diffinitionem quidditativam causalem et quidditativam. Et isto modo accipitur diffinitio in proposito huius primo modo, quod patet quia ad videndum differentiam inter membra predictae divisionis oportet quod diffinitio capiatur ut se extendit tam ad diffinitionem quidditativam quam causalem. Sed de scriptio capitur pro omni oratione explicante convertibiliter naturam descripti, que quidem oratio accidentaliter et denominative predicatur de descripto, ut homo est animal rationale, animal rationale est descriptio hominis. Et interpretatio in proposito capitur pro oratione convertibiliter et synonyme explicante modum significandi alicuius termini, et sic interpretatio est diffinitio quid nominis, et interpretatum est diffinitum, diffinitio quid nominis. Et dicitur notanter convertibiliter explicante modum interpretandi, quod si non talis locus non teneret.

**Sed contra predicta**

arguitur. Primo sic. Quaecumque concomitantur substantiam alicuius rei sunt extra ipsam, ergo locus a concomitantibus substantiam est extrinsecus. Secundo arguitur sic. Res semper denominatur a fine, quia secundum philosophos

philosopho de alia a fine unumquodque factum est appellari, ergo locus dialecticus debet denominari a termino illato et non inferente. Tertio arguitur sic, si locus denominaretur a termino inferente sequeretur quod iste locus per quem tenet ista consequentia, homo currit, ergo animal currit denominaretur ab homine, consequens est falsum quia de nominatur a specie. Quarto arguitur sic probando quod locus non denominatur a termino inferente secunde intentionaliter capto, si sic sequeretur quod locus a diffinitione ad diffinitum, a descriptione ad descriptum, et sic de alijs essent loci a relatiuis, consequens est falsum et probatur consequentia, quia species et genus dicuntur correlatiue sicut diffinitio et diffinitum.

**Ad rationes. Ad primam**

dicitur negando antecedens capiendum esse extra aliud ut dicitur illud quod nullo modo essendi in est in alio quomodo accipitur hic, quantum accipiendum esse extra aliud ut idem est quod non esse de compositione intrinseca et essentiali, antecedens sit particulariter verum non tamen vniversally saliter, quia a genere sumitur locus a concomitantibus substantiam, et tamen genus non est extra substantiam rei. Ad secundam dicitur quod non debet semper unumquodque denominari a suo fine. Secundo potest dici quod quantum in illis que dicunt causalitatem finis res semper denominatur a fine, non tamen in illis que dicunt causalitatem efficientem cuiusmodi est locus.

Tercio potest dici quod non est inconueniens locum denominari a termino illato minus principaliter, cum hoc tamen fiat quod principaliter denominetur a termino inferente. Ad tertiam dicitur quod consequentia denominatur a termino inferente, id est ab habitu terminum inferentis ad illatum. Et ultra cum dicitur quod loci a specie ad genus, a diffinitione ad diffinitum, et sic de alijs essent loci a relatiuis negatur consequentia, quia species et genus non capiuntur hic formaliter, ideo illud quod significatur in secundis intentionibus exercetur in primis, est tamen verum quod si exerceretur in secundis intentionibus quod esset locus a relatiuis. Et per hoc etiam patet solutio quarti argumenti.

Diffinitio est oratio indicans quid est esse rei per essentialia.

Locus a diffinitione est habitudo diffinitionis ad diffinitum, et continet quatuor argumenta et quatuor maximas.

## Tractatus quintus.

Primo subiciendo diffinitiones affirmatiue. vt animal rationale currit. ergo homo currit. **Maxima.** quicquid predicatur de diffinitione et de diffinito. Secundo predicando diffinitiones affirmatiue. vt sortes est animal rationale mortale. ergo sortes est homo. **Maxima.** de quocumque predicatur diffinitio et diffinitum. Tercio subiciendo diffinitionem negatiue vt animal rationale mortale non currit. ergo homo non currit. **Maxima.** quicquid remouetur a diffinitione etiam remouetur a diffinito. Quarto predicando diffinitiones negatiue. vt lapis non est animal rationale mortale. ergo lapis non est homo. **Maxima.** A quocumque remouetur diffinitio et diffinitum.

Locus a diffinito est habitudo ipsius ad suam diffinitionem. et continet quatuor argumenta et quatuor maximas. sicut locus a diffinitione. Primo subiciendo diffinitum affirmatiue. vt homo currit. ergo animal rationale mortale currit. **Maxima.** Quicquid predicatur de diffinito et etiam de diffinitione.

Secundo predicando diffinitum affirmatiue. vt sortes est

homo. ergo sortes est animal rationale mortale. **Maxima.** De quocumque predicatur diffinitum et diffinito. Tercio subiciendo diffinitum negatiue. vt homo non currit. ergo animal rationale mortale non currit. **Maxima.** Quicquid remouetur a diffinito et etiam a diffinitione. Quarto predicando diffinitum negatiue. vt lapis non est homo. ergo lapis non est animal rationale mortale. **Maxima.** A quocumque remouetur diffinitum et etiam diffinitio. Et sciendum quod locus semper debet denominari a termino inferente et non ab illato. vt quod diffinitio est inferens est locus a diffinitione. Quando vero diffinitum est inferens est locus a diffinito. Descriptio est oratio significans esse rei per accidentalia. vt animal risibile est descriptio hominis. Vel sic. Descriptio est oratio constans ex genere et proprio. vt animal risibile. Locus a descriptione est habitudo descriptionis ad descriptum. et continet quatuor argumenta et quatuor maximas sicut locus a diffinitione. et formantur hic eodem modo argumenta et maxime sicut ibi nisi quod ibi ponitur diffinitio et dif-

## De locis dialecticis.

finitum. hic vero descriptio et descriptum. Interpretatio est duplex. Quedam enim est que non conuertitur cum interpretato suo. vt ledens pedes est interpretatio huius nominis lapis. Alia est que conuertitur cum interpretato suo. vt amator sapientie est interpretatio huius nominis philosophus. et hoc modo sumitur hic. Et diffinitio sic. Interpretatio est expositio vnius nominis minus noti per aliud nomen magis notum. vel per integram orationem. Locus a nominis interpretatione est habitudo interpretationis ad interpretatum. et continet tot argumenta et tot maximas sicut locus a diffinitione. Primo subiciendo interpretationes affirmatiue. vt amator sapientie currit. ergo philosophus currit. **Maxima.** Quicquid predicatur de interpretato et de interpretatione et etiam de interpretato. Vel fit a parte predicati. vt sortes est amator sapientie. ergo est philosophus. **Maxima.** De quocumque predicatur interpretatio et interpretatum

Negatiue sic a parte subiecti. vt amator sapientie non currit. ergo philosophus non currit. **Maxima.** Quicquid remo-

uetur ab interpretatione et etiam ab interpretato. A parte predicati sic. sortes non est amator sapientie. ergo non est philosophus. **Maxima.** A quocumque remouetur interpretatio et etiam interpretatum. et eodem modo intelligitur de interpretato sicut de diffinito.

Circa hunc textum notandum est primo quod ad notificandum locum a diffinitione petrus hylanus premitur diffinitionem diffinitus dicens

Diffinitio est oratio indicans quid est esse rei per essentialia. Et debet sic exponi. Diffinitio est oratio explicans conuertibiliter quiditatem siue essentialia diffiniti precise per essentialia. scilicet per genus et differentias. Ex quo sequitur quod hic non capitur diffinitio pro quacumque diffinitione sed specialiter pro diffinitione quiditativa tantum. Alterius sequitur quod diffinitio vt est quid complexum et pro denominato non potest diffiniri sed solum pro se significato et vt est vna secunda intentio et vt sic est quid incomplectum. Quid autem sit locus a diffinitione. quid locus a diffinito. quando et quot modis teneatur. et que sunt eorum maxime patet clare in textu. Est autem aduertendum quod diuersimode sumitur locus dialecticus a diffinitione. ad diffinitum. et petito principi. et locus demonstratiuus. Unde de diffinito et diffinitum possunt dupliciter considerari. Vno modo in quantum diffinitio et diffinitum. et hoc dupliciter. Vno modo per respectum ad predicata que notum modo continentur termino illato et inferenti. et sic ab eis sumitur petito principi. Secundo modo ad predicata que notum modo conueniunt termino inferenti et illato. et sic sumitur locus dialecticus. Alio modo consideratur diffinitio secundum quod explicat principia essentialia diffiniti per que demonstratiue et propter quod cognoscatur propria passio in se diffinito. et sic a diffinitione ad diffinitum sumitur locus demonstratiuus. Locus autem dialecticus a diffinitione ad diffinitum non est semper bonus. non enim et nunc habent suppositos simpliciter significantes. scilicet cum arguitur respectu predicatorum secunde intentionaliter. siue predicatorum ponentium differentias inter diffinitionem et diffinitum. Diffinitio enim et diffinitum differunt et conueniunt. ideo non debet argui ab vno ad aliud respectu predicatorum que conueniunt

uni ea parte qua differt ab alio. et ideo hic non bene arguitur. animal rationale est diffinitio. et ergo homo est diffinitio. Nec hic animal rationale est oratio composita ex genere et differentia. ergo homo est oratio composita ex genere et differentia. et sic de alijs argumentis similibus.

Sciendum est secundo quod descriptio est oratio indicans quid est esse rei accidentalia. Et quo patet quod diffinitio et descriptio conueniunt in hoc quod utraque explicat esse essentiale siue essentiam rei. Sed differunt quia diffinitio explicat illud esse per principia essentialia. descriptio vero per accidentalia. Et dicitur per accidentalia et non per accidentia quia superius aliqui describitur per sua inferiora que proprie non sunt accidentia eius quantum dicuntur accidentalia. eo quod habent modum accidentiam. hoc quod sunt extra essentiam sui superioris sicut et accidentia. Duplicita autem sunt accidentia. que dam sunt individui que dicuntur accidentia communita. Alia sunt accidentia speciei que dicuntur accidentia propria. Et ergo si in descriptione ponantur accidentia illa debent esse propria eo quod descriptio uno modo diffinitur et est oratio constans ex genere et proprio. ut animal risibile est descriptio hominis. Qui autem sunt loci a descriptione et descripto. quot modis et quomodo tenent. et quot sunt eius maxime dare patet in textu. Et ad debate arguendum observandi sunt illi casus in quibus non tenet locus a diffinitione ad diffinitum. Unde diffinitio descriptio possunt capi dupliciter. Uno modo pro denominatione et tunc sunt orationes compositae ex genere et proprio et ex genere et differentia. Alio modo possunt capi pro se significato. et tunc sunt relationes rationis causate per actum intellectus comparantis diffinitionem ad diffinitum et descriptionem ad descriptum et hoc modo capiuntur hic.

Sciendum est tercio quod duplex est interpretatio. quedam est convertibilis cum interpretato. ut amator sapientie interpretatur philosophus. Alia est non convertibilis que excedit interpretatum. ut ledens pedem excedit lapidem. Alia est interpretatio que excedit ab interpretato ut perfecte factum exceditur

congruentia  
et sic patet  
aut debet esse  
aut debet esse  
aut debet esse  
aut debet esse

a perfecto. Locus autem ab interpretatione ad interpretatum vel e contra solum sumitur ab interpretatione convertibiliter. eo quod sicut prius dictum est in omni loco a substantia terminus inferens et terminus illatus debent esse conuertibiles. Diffinitur ergo sic interpretatio. est explicatio unius nominis unius notae per aliud nomen magis notum. Ex quo patet quod diffinitio et descriptio differunt ab interpretatione quia ipse non explicat unum nomen per aliud sed explicat essentiam siue rem significatam per nomen. Differunt etiam interpretatio et etymologia. et translatio. eo quod etymologia est proprie oppositio unius dictionis per alias eiusdem ydionatis. sed translatio est de uno ydionate ad aliud. Interpretatio vero est superius ad etymologiam et ad translationem. et fit quia aliqui dicitio exponitur per plures alias eiusdem ydionatis siue dictionum. Loci autem ab interpretatione ad interpretatum vel e contra tenent eodem modo sicut dictum est de precedentibus. Sunt etiam alij octo loci a substantia qui in textu non enumerantur explicite. eo quod sunt reducibiles ad sex predictos. Tres enim reducuntur ad locum a diffinitione. quorum primus est ab uno synonymo ad aliud. Secundus e contra. Tertius a differentia ad speciem et hoc capiendū differentiam pro differentia convertibili cuius specie. Quartus qui est a specie ad differentiam convertibilem reducitur ad locum a diffinito. Quintus qui est a proprio ad speciem reducitur ad locum a descriptione. Sextus qui est e contra reducitur ad locum a descripto. Septimus qui est ab exponentibus ad exponentem reducitur ad locum a interpretatione. Octauus qui est e contra reducitur ad locum ab interpretato. Posset tamen omnibus istis assignari unus locus cuius qui diceretur locus a conuertibilibus. et possent formari facilius argumenta et maxime secundum locos. Quorum omnium sic habetur sufficientia. Nam omnis locus a substantia sumitur ab habitudine terminorum conuertibilium ad invicem. et hoc dupliciter. vel illi termini sunt conuertibiles in significato et sic est locus ab interpretatione ad interpretatum. vel aliquis alius locus ad unum illorum reducibilis. scilicet locus a synonymo ad synonymum. vel ab exponentibus ad exponentem vel e contra. Vel illi termini sunt conuertibiles in supponendo. et hoc dupliciter. nam vel illi termini sunt formaliter conuertibiles et predicantur de se invicem essentialiter. et sic est locus a diffinitione ad diffinitum. vel e contra. aut aliquis alius locus ad unum illorum reducibilis. scilicet locus a differentia essentiali ad speciem immediatam. vel est locus a synonymo ad synonymum vel illi termini sunt conuertibiles formaliter et predicantur de se invicem conuertibiliter accident

realiter et sic est locus a descriptione ad descriptum et e contra. vel aliquis alius locus ad unum reducibilis. scilicet a proprio ad substantiam

Sed contra predicta

arguitur. Primo sic eadem est habendo a diffinitione ad diffinitum et e contra. ergo locus a diffinitione et locus a diffinito non distinguuntur. Secundo arguitur sic. descriptionis non est descriptio. ergo male hoc describitur descriptio. antequam patet quia si descriptio esset descriptio tunc pari ratione illa descriptio describeretur et haberet aliam descriptionem. et iterum illa alia et sic in infinitum. Tertio sic arguitur. non sequitur. istius est amator sapientie. ergo istius est philosophus. et tamen arguitur ab interpretatione ad interpretatum. ergo talis locus non valet. Quarto sic arguitur. non sequitur a amator sapientie est interpretatio. ergo philosophus est interpretatio. et tamen arguitur ab interpretatione ad interpretatum. igitur.

Ad rationes. Ad primam

dicitur quod non est eadem habendo formaliter inter diffinitionem et diffinitum et e contra. licet diffinitio et diffinitum sint idem realiter. Ad secundam dicitur quod descriptio dupliciter accipitur. Uno modo prime intentionaliter et sic est quodam complexus quod non potest diffiniri. Alio modo secunde intentionaliter. et sic est quod incomplexum et potest diffiniri per diffinitionem particularem cuius non est diffinitio. Ad tertiam dicitur quod ibi est bona consequentia. sed antecedens est falsum sicut et consequens. eo quod non amat nisi quod actualiter possidetur. in se ergo non habens sapientiam non amat eam quam eius appetet. desiderium enim et appetitus sunt rei nondum habite. amor vero rei habite.

Ad quartam dicitur quod consequentia non valet. nec arguitur ab interpretatione ad interpretatum. quia arguitur respectu predicatorum secundum eadem intentionalium in quibus non valet contra

Equitur de locis a conuertentibus substantiam

qui sunt quando sumitur argumentum ab his que consequuntur terminos in questione positos. Et dividitur. quia alius est locus a toto. alius est locus a parte. alius a causa. alius ab effectu. alius a generatione. alius a

corruptione. alius ab visibus. alius a communiter accidentibus

Locus a toto dividitur sicut ipsum totum. Est enim quoddam totum uniuersale. aliud totum integrale. aliud totum in quantitate. aliud totum in modo. aliud totum in loco. aliud totum in tempore. Et secundum hoc multiplex est locus a toto. quia alius est locus a toto uniuersali. alius a toto integrali. et sic de alijs. et similiter dividitur locus a tempore. Totum uniuersale ut hic sumitur est quodlibet superius substantiale sumptum ad suum inferius in linea predicamentali. ut animal ad hominem et homo ad sortem.

Pars subiectiua dicitur quodlibet inferius sub toto uniuersali sumptum. Locus a toto uniuersali siue a genere est habitudo ipsius totius uniuersalis ad suam partem subiectiuam siue ad suam speciem. et est semper destructiuus predicando totum. ut lapis non est animal. ergo lapis non est homo. Maxima a quo cuius remouetur genus siue totum uniuersale ab eodem remouetur species siue pars subiectiua. Locus a specie siue a parte subiectiua



## Tractatus quintus

est habitudo ipsius ad genus. siue ad suum totum vniuersale et est semper constructiuus. et tenet duo argumeta et duas maximas. Primo subiiciendo speciem affirmatiue. vt homo currit. ergo animal currit. **Maxima** Quicquid predicatur de specie siue parte subiecta. hoc etiam predicatur de genere siue de toto vniuersali. Secundo predicando speciem affirmatiue. vt sortes est homo. ergo sortes est animal. **Maxima** De quocumque predicatur species siue pars subiectiua. de eodem predicatur genus siue totum vniuersale.

Circa hunc textum notandum est primo quod locus a concomitantibus substantiam est quando sumitur argumentum ab his que sequuntur terminos in questione positos. id est quando terminus inferens est intrinsecus termino illato secundum aliquem modum essendi. sed non dicit totam eius essentiam a dequate et conuertibili.

Et diuiditur in octo species vt patet in textu. Et si sint alij loci a concomitantibus substantiam tamen reducuntur ad aliquem istorum. **Primus** locus a concomitantibus substantiam est locus a toto ad suam partem. Et quia totum diuiditur in sex modos. ita etiam locus diuiditur in sex species. Et quia quod modis dicit totum tot modis dicitur pars. ideo etiam locus a parte diuiditur in sex species. Sed omnia clare patent in textu.

**Primus** vero locus a toto est locus a toto vniuersali. et est vniuersale superius alicuius inferioris. vt animal respectu hominis et equi. Et non debet accipi vniuersale proprie pro genere vel pro specie vel pro illo quod ordinatur supra aliud in directa linea predicamentali. sed debet accipi communiter pro omni illo quod est alteri communis siue sit ens reale siue rationis siue vniuocum siue analogum. Sic etiam proportionaliter non capitur inferius proprie sed communiter pro omni illo quod est minus com-

munis respectu alterius. **Unde** locus a toto vniuersali ad suam partem siue a superiori ad inferius est habitudo totius vniuersalis ad suam partem subiectiuam siue ad suum inferius. Et secundum hunc locum sic et secundum preedentes possunt formari quatuor modi argumetorum. et quatuor maxime quantis dicitur in textu quod solam tenet per vnam maximam. scilicet arguendo a toto ad partem negatiue et aliquando affirmatiue. vt bene sequitur lapis non est alal. ergo lapis non est homo.

Ex quo sequitur quod circa hunc locum sunt tres regule siue maxime inconstantes et false. Prima est arguendo a toto vniuersali ad suam partem affirmatiue subiiciendo. vt non sequitur animal currit. ergo homo currit. Secunda est a toto vniuersali arguendo ad suam partem affirmatiue predicando. vt non sequitur asinus est animal. ergo asinus est homo. Tercia arguendo a toto vniuersali ad suam partem subiiciendo negatiue et sine distributione. vt animal non currit. ergo homo non currit.

Locus autem a parte subiectiua ad suum totum est habitudo partis subiectiue ad suum totum. Et tenet duobus modis. scilicet affirmatiue subiiciendo. et affirmatiue predicando. et sic sunt due maxime. scilicet vere arguendo a parte subiectiua ad suum totum. et alie due sunt false. scilicet arguendo a parte subiectiua ad suum totum negatiue subiiciendo et negatiue predicando.

Et ad debite arguendum per hos locos obseruandum est primo quod non arguatur respectu predicatorum secunde intentionalis siue ponentium differentiam inter superius et inferius. aut a toto et a partibus habentibus suppositiones simplices. Secundo obseruandum est secundum aliquos quod totum et pars non insequuntur dictionem importantem actum a se interiorem ratione cuius appellantur suas proprias rationes. Tercio est obseruandum quod non arguatur cum dictis omnibus sine categoricis negationibus includentibus. et quod non distribuatur totum vniuersale. propter quod non sequitur. sortes differt ab asino. ergo sortes differt ab animali. nec sequitur sortes incipit esse albus. ergo sortes incipit esse coloratus. Quarto obseruandum est quod termini in antecedente et consequente teneantur vniuersimter. et ideo non sequitur. ignis calefacit aquam. ergo ignis facit aquam. nec sequitur. aliquis existens ultra parisius vadit parisius. ergo aliquis existens ultra parisius agit parisius. quia in antecedente subintelligit vna oratio et non in consequente.

### Sciendum est secundo quod

a toto vniuersali ad suam partem constructiue est bona consequentia si totus vniuersale distribuatur et etiam subiiciendo destructiue. et etiam affirmatiue subiiciendo et etiam predicando. du-

## De locis dialecticis.

ubi ubique sit distribuit per signum vniuersale. vt bene sequitur. omne animal est substantia. ergo omnis homo est substantia. homo est omne animal. ergo homo est asinus. nullum animal currit. ergo nullus homo currit. Sed auctor noster hoc omisit quia ibi non arguitur proprie a toto vniuersali ad suam partem. sed magis a toto in quantitate. Similiter a parte subiectiua ad suum totum est bona consequentia destructiue. dum tamen negatio sequatur totum et partem. vt bene sequitur. homo non est asinus. ergo animal non est asinus. Quod probatur. quia ex opposito contradictorio consequentis inferitur oppositum antecedentis. bene enim sequitur. omne animal est asinus. ergo omnis homo est asinus. Similiter bene sequitur. homo non currit. ergo animal non currit. quia ex opposito contradictorio consequentis inferitur oppositum antecedentis. bene enim sequitur. omne animal currit. ergo omnis homo currit. Sed quia iste modus arguendi non tenet vniuersaliter ideo auctor non determinat de illo. Quod autem non teneat vniuersaliter patet quod nullo modo exite non sequitur homo non currit. ergo alal non currit. quia si nullus homo existeret et omnia alia animalia ab homine currenter ille esset simul vere. homo non currit et omne animal currit. eo quod animal ibi restringitur ad presentes. Secundo ergo hunc modum dicendi iste modus arguendi semper tenet posita constantia partis subiectiue vt si homo sit bene sequitur homo non currit. ergo animal non currit. Ex quo sequitur primo quod iste locus tenet vniuersaliter quando non est predicatio accidentalis. vt homo non est asinus. ergo animal non est asinus. Secundo sequitur quod non semper tenet predicatio existente accidentali quia quando nullum suppositum pariter existit tunc non valet consequentia.

### Sciendum est tercio quod

arguendo a parte subiectiua ad totum vniuersale constructiue non est formalis consequentia nisi si obseruatis aliquibus conditionibus. Prima est quod totum vniuersale non distribuatur. quia si sic consequentia non valeret. non enim sequitur. omnis homo est rationalis. ergo omne animal est rationale. Secunda conditio est quod pars subiectiua et suum totum non sumantur cum dictione significante actum anime interiore. vt non sequitur. cognosco hominem. ergo cognosco alal quia possibile est cognoscere rationem specificam hominis et ignorare rationem animalis. Similiter non valet ille locus negatiue nisi obseruatis duabus conditionibus. Prima est quod arguatur constantia partis subiectiue. Defectu cuius non sequitur. musca non vigilat. ergo animal non vigilat. quia si musca non esset sicut in hyeme ante coecum esset verum verum sequens falsum.

Secunda conditio est quod arguatur sine distributione totus vniuersalis. Et similiter arguendo a toto vniuersali ad suam partem subiectiuam negatiue est bona consequentia duabus conditionibus obseruatis. Prima est quod totum vniuersale distribuatur. et propter hoc non sequitur. alal non est rationale. ergo homo non est rationalis. Secunda conditio est quod totum et sua pars subiectiua non sumantur cum dictione importante actum anime interiore. Et similiter arguendo a toto vniuersali ad suam partem affirmatiue oportet obseruare duas condiciones. Prima est quod ponatur constantia partis subiectiue in antecedente. Secunda est quod totum vniuersale distribuatur. Et iste locus non debet proprie denominari locus a concomitantibus substantiam sed locus a concomitante substantiam. quia arguendo a toto vniuersali ad suam partem non arguitur a termino inferente ad terminum illatum sed quod plura concomitantia sed tanquam vni concomitans

### Sed contra predicta

arguitur. Primo sic. bene sequitur numerus est ergo binarius est. similiter duo sunt. ergo vnus est. eo quod ex opposito consequentis sequitur oppositum antecedentis. ergo locus a toto vniuersali ad suam partem valet affirmatiue. Secundo arguitur sic. non sequitur asinus est non homo. ergo asinus est non animal. et tamen arguitur ab inferiori ad superius affirmatiue. ergo talis locus non valet. minor patet quia sicut se habet homo ad animal ita non homo ad non animal. sed homo est inferius ad animal. ergo non homo est inferius ad non animal. Tercio sic arguitur. non sequitur homo fit albus. ergo homo fit aliquid. et tamen arguitur ab inferiori ad superius affirmatiue. ergo talis locus non valet. Quarto arguitur sic. non sequitur. asinus differt ab homine. ergo asinus differt ab animali. similiter non sequitur. sortes incipit esse albus. ergo sortes incipit esse coloratus. et tamen in istis arguitur per locum a parte in modo ad suum totum affirmatiue. ergo.

### Ad rationes. Ad primam

dicitur quod illa consequentia non tenet per locum a superiori ad inferius affirmatiue. sed magis tenet per habitudinem que est inter causam et effectum vel totum integrale et suam partem.

Ad secundam negatur minor et eius similitudo. quia quocumque negatio infinitas additur superiori et inferiori per compositionem. tunc de superiori fit inferius et de inferiori fit superius. ideo ibi arguitur a superiori ad inferius affirmatiue. Ad tertiam dicitur quod illa consequentia non valet eo quod hoc verbum fit includit negationem. Et similiter dicitur ad quartam quod

## Tractatus quintus

In illis non arguitur ab inferiori ad superius affirmatiue. quia in istis verbis offert. definit. incipit et sic de alijs includuntur negationes et habent erponi per propositiones negatiuas.

**Totum integrale est quod est compositum ex partibus habentibus quantitatem et pars eius dicitur pars integralis.**

**Pars integralis est que cum alijs partibus constituit totum.**

**Locus a toto integrali est habitudo totius integralis ad suam partem. et est constructiuus semper. ut domus est. ergo paries est.** **Maxima.** Posito toto integrali ponitur et quelibet eius pars.

**Locus a parte integrali est habitudo ipsius ad suum totum. et est semper destructiuus. ut paries non est. ergo domus non est.** **Maxima.** Destructa parte integrali destruitur et sumit totum.

**Totum in quantitate est vniuersale sumptum vniuersaliter. ut omnis homo. nullus homo. Pars in quantitate est quodlibet inferius contentum sub illo toto vniuersali vniuersaliter sumpto.** **Locus a toto in quantitate est habitudo ipsius ad suam partem et est constructiuus et destructiuus.**

**Constructiuus sic. ut omnis homo currit. ergo sortes currit.** **Maxima.** Quicquid predicatur de toto in quantitate et etiam

de qualibet eius parte. vel sic. si vniuersalis est vera quelibet eius particularis erit vera

**Destructiue sic. Nullus homo currit. ergo sortes non currit.** **Maxima.** Quicquid remouetur a toto in quantitate. et a quolibet eius parte. vel sic. Si vniuersalis est falsa quelibet eius particularis erit falsa.

**Locus a partibus in quantitate est habitudo omnium partium in quantitate simul sumptarum ad suum totum. et tenet constructiue et destructiue.** **Constructiue sic. ut sortes currit. plato currit. et sic de alijs. ergo omnis homo currit.** **Maxima.** Quicquid predicatur de partibus in quantitate simul sumptis. et de suo toto.

**Destructiue sic. sortes non currit. plato non currit. et sic de alijs. ergo nullus homo currit.** **Maxima.** Quicquid remouetur a partibus in quantitate simul sumptis. et ab eius toto. vel si quelibet singularis non est vera. suauniuersalis non erit vera

am de qualibet eius parte. vel sic. si vniuersalis est vera quelibet eius particularis erit vera

**Maxima.** Quicquid predicatur de partibus in quantitate simul sumptis. et de suo toto. Destructiue sic. sortes non currit. plato non currit. et sic de alijs. ergo nullus homo currit. **Maxima.** Quicquid remouetur a partibus in quantitate simul sumptis. et ab eius toto. vel si quelibet singularis non est vera. suauniuersalis non erit vera

**Maxima.** Quicquid predicatur de partibus in quantitate simul sumptis. et de suo toto. Destructiue sic. sortes non currit. plato non currit. et sic de alijs. ergo nullus homo currit. **Maxima.** Quicquid remouetur a partibus in quantitate simul sumptis. et ab eius toto. vel si quelibet singularis non est vera. suauniuersalis non erit vera

## De locis dialecticis.

est ex partibus. Et hec definitio est generatio prima. Unde pars integralis dicitur sic. est a liquo ex quo cum alio resultat aliquod totum. Unde duplex est pars integralis. quedam est homogena alia est heterogena. Pars homogena est que est eiusdem nature sine specie cum suo toto. Et talis pars suscipit predicationem sui totius. unde quelibet pars aque est aqua et quelibet pars sanguinis est sanguis. Pars vero heterogena est illa que est alterius nature sine rationis a suo toto et talis non suscipit predicationem sui totius. unde quelibet pars a que est aqua et quelibet pars sanguinis est sanguis. Pars vero heterogena est illa que est alterius nature sine rationis a suo toto et talis non suscipit predicationem sui totius. unde quelibet pars a que est aqua et quelibet pars sanguinis est sanguis.

**Maxima.** Quicquid remouetur a toto in quantitate. et a quolibet eius parte. vel sic. Si vniuersalis est falsa quelibet eius particularis erit falsa.

**Locus a partibus in quantitate est habitudo omnium partium in quantitate simul sumptarum ad suum totum. et tenet constructiue et destructiue.** **Constructiue sic. ut sortes currit. plato currit. et sic de alijs. ergo omnis homo currit.** **Maxima.** Quicquid predicatur de partibus in quantitate simul sumptis. et de suo toto.

**Destructiue sic. sortes non currit. plato non currit. et sic de alijs. ergo nullus homo currit.** **Maxima.** Quicquid remouetur a partibus in quantitate simul sumptis. et ab eius toto. vel si quelibet singularis non est vera. suauniuersalis non erit vera

am de qualibet eius parte. vel sic. si vniuersalis est vera quelibet eius particularis erit vera

**Maxima.** Quicquid predicatur de partibus in quantitate simul sumptis. et de suo toto. Destructiue sic. sortes non currit. plato non currit. et sic de alijs. ergo nullus homo currit. **Maxima.** Quicquid remouetur a partibus in quantitate simul sumptis. et ab eius toto. vel si quelibet singularis non est vera. suauniuersalis non erit vera

**Maxima.** Quicquid predicatur de partibus in quantitate simul sumptis. et de suo toto. Destructiue sic. sortes non currit. plato non currit. et sic de alijs. ergo nullus homo currit. **Maxima.** Quicquid remouetur a partibus in quantitate simul sumptis. et ab eius toto. vel si quelibet singularis non est vera. suauniuersalis non erit vera

ra duobus. neque sequitur quatuor sunt alia a duobus. ergo duo sunt alia a duobus. Et que ratur quatuor differunt totum vniuersale et totum integrale. Respondetur quod sic differunt. nam totum integrale componitur ex pluribus partibus et est ille partes simul sumpte. nec ita ipsum est se sine partibus. Sed totum vniuersale est quod non constat ex partibus integralibus nec subiectis sed est potentialiter continens omnes suas partes subiectiuas.

### Sciendum est secundo quod

consequenter auctor determinat de toto in quantitate ponens primo definitionem que est ista. **Totum in quantitate est vniuersale vniuersaliter sumptum. ut nullus homo currit. omnis homo currit. ibi homo est totum in quantitate non secundum se sed secundum quod est distributus per illud signum omnis virtute cuius tenetur vniuersaliter. Nam si secundum se sumatur est totum vniuersale.** Unde totum vniuersale et totum in quantitate sunt idem essentialiter. sed differunt in hoc quia totum vniuersale importat naturam vniuersalem per modum vnius. sed totum in quantitate illam importat per modum plurium et multiplicatam per sua inferiora. Et ut patet ex aggregatum ex signo vniuersali et termino communi non est totum in quantitate. Probat quia totum in quantitate debet verificari de qualibet sua parte. sed aggregatum ex signo vniuersali et termino communi distributo per eum non potest verificari de eo pro qualibet sua parte. ergo aggregatum tale non est totum in quantitate. Nam omnes iste sunt false. sortes est omnis homo. plato est omnis homo

Unde terminus cuius distributus per signum vniuersale vocatur totum in quantitate per similitudinem ad quantitatem continuam. quia sicut continuum est diuisibile in plures partes quare quelibet suscipit predicationem totius. ita similiter totum in quantitate multiplicatur in plures partes de quibus predicantur vere et affirmatiue. Unde partes totius in quantitate sunt singularia alicuius superioris. Et in predicta definitione ponitur vniuersale loco generis. et residuum ponitur ad differentiam totius vniuersalis et aliorum totorum. Unde locus a toto in quantitate est habitudo totius in quantitate ad suam partem. Et tenet constructiue et destructiue subiecto et predicando in recto. vel obliquo. Unde dantur quatuor regule ad arguendum per locum a toto in quantitate ad suam partem. Prima est quod arguendo a toto in quantitate ad qualibet eius partem affirmatiue est bona consequentia posita constantia subiecti in antecedente. ut bene sequitur omnis homo currit et omnis homo est. ergo sortes currit.

Secunda regula est quod arguendo a toto in

Quantitas

## Tractatus quintus

quantitate ad quilibet eius partem affirmati-  
ue predicando est bona consequentia. ut bene se-  
quitur fontes videt omnem hominem. ergo sou-  
tes videt hunc hominem. Tercia regula  
est q̄ arguendo a toto in quantitate ad quilibet et  
prez negative est bona consequentia et subiecto. ut  
bene sequitur nullus homo currit. ergo fontes si  
currit. Nec oportet addere constantiam subiecti  
in antecedente. quia ad veritatem negative nō re-  
quiritur aliquid vel aliqua esse ex parte rei.

Quarta regula est a toto in quantitate ad  
suam partem negative predicando est bona con-  
sequentia. ut bene sequitur fontes non videt ho-  
minem. ergo fontes nō videt platonem. Et ultra  
debet observari q̄ non arguatur a toto in quan-  
titate explicite vel implicite demonstrando p̄no-  
men demonstrativum. quia si tunc ponitur ex p̄-  
te subiecti facit propositionem singularem ideo  
non arguitur a toto in quantitate. sed ab uno sin-  
gulari ad aliud. ut non sequitur. omnis homo ē  
totus in quantitate. ergo fontes est totus in qua-  
ntitate. Secundo debet observari q̄ arguendo. af-  
firmative arguatur solus ad supposita. pro qui-  
bus distribuitur terminus communis. Nam si  
argueretur ad alia non oportet consequentia  
valere. Ex quo sequitur primo q̄ arguendo  
a termino distributo in termino debet argui so-  
lum ad supposita in termino. Secundo sequit̄  
q̄ arguendo in predicationibus accidentalibus  
non debet argui affirmative ad supposita non  
existentia. eo q̄ in predicationibus accidentalibus  
restringuntur ad existentia. tamen arguendo  
negative bene valet. Tercio sequitur q̄ in predi-  
cationibus non accidentalibus potest argui af-  
firmative et negative tam ad supposita existen-  
tia q̄ non existentia per hoc q̄ in talibus predi-  
cationibus termini non restringuntur sed stant  
indifferenter pro omnibus suis suppositis.  
Tercio debet observari q̄ distributio signi uni-  
versalis non impediatur per negationem aut q̄  
aliquid aliud. Ex quo sequitur q̄ hic non ar-  
guatur a toto in quantitate fontes non videt ho-  
minem. ergo fontes non videt platonem.

### Sciendum est tertio q̄

locus a parte totius in quantitate est habitudo  
eius ad suum totum. et tenet affirmative et nega-  
tive subiecto et predicando. Et secundum  
hunc locum ponuntur aliquę regule generales  
quarum quilibet continet duas speciales. Pri-  
ma est q̄ arguendo a partibus totius in quan-  
titate sufficienter enumeratis ad suum totum af-  
firmative tam subiecto q̄ predicando est bo-  
na consequentia. ut bene sequitur fontes currit  
plato currit et sic de alijs. ergo om̄s homo cur-  
rit. Secunda regula est q̄ arguendo a partibus  
totius in quantitate sufficienter enumeratis ad

suum totum negative tam subiecto q̄ predicando  
est bona consequentia. ut bene sequitur sou-  
tes non currit. plato non currit et sic de alijs. er-  
go nullus homo currit. Ultra tamen hoc de-  
bet observari in isto loco. Primo q̄ non arguat̄  
a pluribus determinatis ad unam determinatam  
et ad hoc vitandum datur tale documentum. q̄  
quando subiectus inducentium est terminus com-  
munis supponens determinate oportet ibi adde-  
re relatum identitatis in alijs inducentibus a  
prima. et ideo non sequitur. homo est fontes. hō  
est plato et sic de alijs. ergo homo est omnis ho-  
mo. sed debet sic argui. homo est fontes et idem  
homo est plato et idem homo est cicero et sic de  
alijs. ergo homo est omnis homo. quia sicut cō-  
sequens est falsum ita et antecedens. Secundo  
debet observari q̄ alia a terminis inducentibus  
et termino distributo maneat similia. ideo si in-  
dicatur a parte subiecti oportet q̄ sit idem pre-  
dicatum in omnibus propositionibus tam indu-  
centibus q̄ inductis. Ex quo sequitur q̄ hic non  
bene arguitur. fontes est fontes plato est plato. et  
sic de alijs. ergo omnis homo est omnis homo  
sed debet sic argui fontes est omnis homo. pla-  
to est omnis homo et sic de alijs. ergo omnis ho-  
mo est omnis homo. et sicut consequens est fal-  
sum ita et antecedens.

### Sed contra predicta ar-

guitur. Primo sic. bene sequitur demonstrando  
domum hoc est domus. ergo hoc nō est paries.  
ergo locus a toto integrali ad eius partes tenet  
negative subiecto et sic male dictum est q̄ te-  
nebat affirmative. Secundo arguitur sic.  
bene sequitur pars aque est. ergo aqua est. ergo  
locus a parte totius integralis ad suum totum  
tenet affirmative. Tercio sic arguitur. non  
sequitur. omnis homo est unus homo. ergo hęc  
mulier est unus homo. et tamen arguitur a toto  
in quantitate. igitur. Antecedens patet quia an-  
tecedens est verum et consequens falsum q̄ pa-  
tet quia eius contradictorium est falsum. scilicet  
aliquis homo non est unus homo. Quar-  
to arguitur sic. bene sequitur. fontes non currit.  
ergo non omnis homo currit. et tamen ibi  
arguitur a parte totius in quantitate ad suum  
totum una parte solum enumerata. ergo male  
dicitur q̄ locus ille non tenet nisi quando arguit̄  
ab ipsis sufficienter enumeratis.

### Ad rationes. Ad primā

dicitur q̄ ille consequentia sunt bone sed non te-  
nent per hunc locum cum antecedens sit affir-  
mativum et consequens negativum q̄ par-  
tium a disparatis. Ad secundam dicitur  
q̄ illa consequentia non tenet per locum a toto  
integrali ad suam partem vel contra sed tenet

## De locis dialecticis

per locum a parte subiectis ad suum totum. eo  
q̄ pars integralis omogenea se habet ut pars  
subiectiva respectu sui totius. et totus homogē-  
neum in qualibet sui parte saluatur. Ad ter-  
ciam dicitur q̄ sicut consequens est falsum ita et  
antecedens et ad probationem dicitur q̄ ista ali-  
quis homo non est unus homo non est sua con-  
tradictoria. sed hęc aliquis vel aliqua homo nō  
est unus homo. et hęc est vera. quia in contradi-  
ctorijs termini debent capi eque ample et eque  
restricte in una sicut in alia. Ad quartam  
dicitur q̄ non arguitur a parte totius in quanti-  
tate. sed magis ab inferiori ad superius. Nam e-  
quivalenter sic arguitur. fontes non currit. ergo  
quidam homo non currit. modo manifestum est  
q̄ hęc non arguitur a parte totius in quantitate  
ad suum totum.

Totum in modo est uniuersale sumptum sine determina-  
tione. ut homo. Pars in modo  
est uniuersale sumptum cuius de-  
terminatione non diminuitur.  
ut homo albus. et eodem modo  
sumitur argumentum in hoc lo-  
co sicut in loco a genere ad spe-  
ciem. Totum in loco est di-  
ctio comprehendens omnes lo-  
cus adverbialiter. ut ubiq̄ nuf-  
q̄. Pars in loco est dictio com-  
prehendens aliquem locum ad-  
verbialiter. ut ibi. hic. Lo-  
cus a toto in loco est habitudo  
ipsius ad suam partem et tenet  
constructive et destructive. Co-  
structive sic. deus ē ubiq̄. ergo  
deus est hic. Maxima. Quicum-  
q̄ competit totus in loco et que-  
libet eius pars. Destructive sic  
cesar est nufq̄. ergo non est hic  
Maxima. Quicquid remouetur  
a toto in loco et a qualibet

eius parte. Locus a parte  
in loco est habitudo ipsius ad  
suum totum. et ē semper destru-  
ctivus. ut cesar non est hic. er-  
go non est ubiq̄. Maxima. Quicum-  
q̄ non competit pars in lo-  
co nec eius totum. Totum  
in tempore est dictio comprehē-  
dens omne tempus adverbialiter.  
ut semper nunq̄. Pars e-  
nim in tempore est dictio com-  
prehendens aliquod tempus  
adverbialiter. ut nūc. heri. cras  
Exempla autem sumantur hic  
sicut a toto in loco.

Circa hunc textum notandum est primo q̄ inter  
auctores determinat de loco a toto in modo. primo sic  
diffiniens totum in modo. Totum in modo est terminus  
sumptus sine determinatione vel cuius terminus deter-  
minat. Ex primo. ut hō per se sumptus est to-  
tum in modo respectu huius qd̄ est hō albus. Ex  
secundo. ut hō albus ē totum in modo respectu huius qd̄  
est hō albus musicus. Ex quo sequitur q̄ potest esse  
totum in modo et pars in modo respectu diversorum. sed  
pars in modo ē terminus sumptus cuius determinati-  
one restringitur. ut hō albus ē pars in modo respec-  
non semper. nec in pluribus vt magnitudo et fortitudo in eodem homine. Alia sunt que semper se sequuntur et illa sunt duplicia. quod quedam sunt que conuertuntur se inuicem consequuntur. et a talibus sumitur locus a substantia qui dicitur a conuertibilibus. et reductur ad locum a descriptione ad descriptum. sicut risibile et flebile in homine. vel in brutis habere duo contra habere duos ventres. et non habere dentes in superiore mandibula. Alia vero sunt que se inuicem consequuntur. non tamen conuertuntur sed vt in pluribus. et ab istis sumitur iste locus dialecticus. vt penitere sequitur ad peccasse. Et a communiter accidentibus primo modo captis non causatur locus dialecticus sed sophisticus. vt non sequitur. talis errat si nocte ergo est fur. Unde locus a communiter accidentibus tenet affirmatiue ab inesse posterioris accidentis ab inesse prioris. vt bene sequitur iste penitet. ergo peccauit. Sed ab inesse prioris ad inesse posterioris si valet consequentia affirmatiue. vt non sequitur iste peccauit. ergo penitet. Tenet etiam iste locus destructiue a non esse prioris ad non esse posterioris. sed non e contrario. vt bene sequitur iste si peccauit. ergo non penitet. Et maxime istius loci talis est. destructio prioris communiter accidentis um destruitur et posterius. Sed contra hoc dicitur est qd valet locus arguendo affirmatiue a posteriori communiter accidentium ad prius sic arguitur. antecedens illius argumenti iste penituit ergo peccauit. potest esse verum consequente existente falso. ergo consequentia non valet. Antecedens patet quia christus penituit et tamen non peccauit. quia dixit penitit me fecisse homines. si militer aliquis penitet qui non peccauit sicut aliquis penitet quare non rapuit pecunias alicuius. ergo predicta consequentia non valet.

Ad hoc respondetur qd penitere accipit dupliciter. Vno modo generaliter vt tantum valet sicut habere displicentiam vel modum displicentie de aliquo. et sic accipitur penitere in predictis argumentis. eo qd deus creauit hominem et propter eius delictum per modum displicentie erga hominem se habuit. quia puniens alium se habet per modum displicentie respectu puniti. Alio modo capitur penitere specialiter vt idem est qd penam sumere vel displicentiam habere de peccato perpetrato et commisso. et sic malus penitet de malo quod fecit. et illo modo deus non penituit. Sed dubium est an locus ab vno commiter accidentium ad aliud se habentem teneat respectu eisdem copule in antecedente et consequente.

Pro quo est aduertendum qd duplicia sunt communiter accidentia. quedam sunt quorum vnum sequitur aliud pro eodem tempore vt eclipsis lune ad interpositionem diametrali terre inter solem et lunam. Alia sunt quorum vnum non est



## Tractatus quintus

comitatur alterum pro eodem tempore sed in tpe sequenti sicut penitere ad peccasse. Tunc dicitur capendo communiter accidentia primo modo locus ab uno ad alterum respectu eiusdem copule ceteris similiter se habentibus est bonus, ut bene sequitur terra est diametraliter posita inter solem et lunam, ergo eclipsis lune est. Sed si illa communiter accidentia se comitantur secundo modo tunc contingit frequenter mutare copulam in antecedente et consequente, ut bene sequitur iste peccat, ergo peccavit. Uterius est advertendum quod a pluribus communiter accidentibus rectoribus iudices et caudici faciunt argumenta probabilia et perhasiva. Sicut homo iste est errabundus de nocte et facit magnos sumptus nec habet multa bona et qualibet die est otiosus, ergo est fur. hic arguitur a quatuor communiter accidentibus quorum nullum per se sumptum sufficeret facere persuasionem de conclusione, tamen illa quatuor simul sumpta faciunt magnam persuasionem de conclusione.

### Sciendum est tercio quod

determinato de locis intrinsecis nunc restat de terminare de quibusdam alijs locis reducibilibus ad duos locos et vocantur loci ab antecedente ad consequens vel e converso. Pro quorum evidentiis queritur. Utriusque locus ab antecedente ad consequens sit locus a concomitantibus substantiam vel non, et si sit ad quem loci predictorum est reducibilis. Ad hoc respondetur quod locus ab antecedente non est specialis locus sed tot sunt species locorum ab antecedente ad consequens quot sunt argumentorum species quibus contingit ex antecedente inferre consequens, ut sic arguendo, aliam rationale esse albi est verum, ergo hominem esse album est verum, ista consequentia tenet per locum ab antecedente ad consequens qui est locus a substantia. Similiter arguendo, sortem esse album est verum, ergo sortem non esse nigrum est verum, ista consequentia tenet per locum ab antecedente ad consequens qui est locus ab oppositis. Et sic debet reduci talis locus ab antecedente ad consequens ad illum locum per quem tenet consequentia qua arguitur a propositione pro qua supponit dictum antecedentis ad propositionem pro qua supponit dictum consequentis, in qua consequentia arguitur ab antecedente ad consequens, ut ista consequentia, hominem esse album est verum, ergo animal esse album est verum, tenet per illum locum per quem tenet ista consequentia, homo est albus, ergo animal est album, scilicet per locum a parte subiectiva ad suum totum. Et dicitur ulterius quod locus ab antecedente ad consequens tenet constructivum respectu horum modorum verum necessarium et possibile, et non respectu illorum

fallum et impossibile. Et ratio est quia si antecedens alicuius dicitur sit verum necessarium vel possibile oportet consequens eiusdem consequentie esse verum, sed si antecedens sit fallum vel impossibile non oportet consequens esse fallum vel impossibile. Et quo patet quod tot sunt species locorum ab antecedente ad consequens vel e converso quot sunt species argumentationum in quibus arguitur ab opposito consequentia ad oppositum antecedentis. Et licet locus a antecedente ad consequens si antecedens et consequens capiuntur formaliter sit locus a relativis, tamen si capiuntur fundamentaliter et pro denominatione scilicet pro propositione que habet inferre aliam propositionem vel inferri ab alia propositione sic locus ab antecedente ad consequens non est locus a relativis, sed habet fieri eo modo quo dicitur

### Sed contra predicta

arguitur. Primo sic, idem est usus et causa finalis, ergo locus ab usus non est distinctus a loco cause finalis. Secundo arguitur sic, ad sequitur, equitare est bonum, ergo equus dandus vel cecus est bonus, et tamen arguitur per locum ab usus, ergo talis locus non est bonus.

Tercio sic arguitur, non sequitur, iste est copulatus, ergo est adulter, et tamen arguitur per locum a communiter accidentibus, ergo talis locus non valet.

Quarto arguitur sic, non sequitur aliquis penitet, ergo peccavit, quia aliquis penitet et eo quod non occidit hominem, et tamen arguitur per predictum locum, ergo talis locus non valet.

### Ad rationes. Ad primam

dicitur quod operatio dicitur usus et finis respectu diversorum, nam dicitur finis siue causa finalis secundum esse quod habet in intentione agentis in quantum agens producit rem per modum amati et desiderati, sed dicitur usus secundum esse reale quod habet extra animam et in executione operis.

Ad secundam dicitur quod ibi non bene arguitur eo quod equitare non est usus equi claudendi ideo debet sic argui, equitare est bonum, ergo equus est bonus, et in alia parte committeretur fallacia consequentis.

Ad tertiam dicitur quod ibi non bene arguitur per locum a communiter accidentibus quia illa accidentia non se invicem consequuntur necessario nec in pluribus, ideo causatur locus sophisticus et non dialecticus. Ad quartam dicitur quod patet solutio in secundo notabili

Equitur de locis extrinsecis. Quid autem sit locus extrinsecus dictum est prius. Locorum autem extrinsecis

## De locis dialecticis.

corum alius est ab oppositis, alius a maiori, alius a minori, alius a simili, alius a proportione, alius a transumptione, alius ab auctoritate. Item oppositorum quatuor sunt species, scilicet relatio, contrarietas, privatio et contradictio. Relativae opposita sunt quorum alter sine altero non potest esse.

Locus a relativis est habitudo unius relativorum ad aliud. Et est constructivus et destructivus. Constructivus sic patet est, ergo filius est, et filius est ergo pater est. Maxima. Posito uno relativorum necessario ponitur et reliquum. Destructive sic patet non est, ergo filius non est, et e converso. Maxima. Remoto uno relativorum remouetur et reliquum. Locus vero a relative oppositis tenet solum destructive sic, sortem est pater platonis, ergo non est filius eius. Contrarietas est contrariorum oppositio, ut albi et nigri. Contrariorum quedam sunt mediata, ut albus et nigrus inter que sunt medij colores. Quedam vero immediata, ut sanum et egrum circa animal.

Locus a contrariis est habitudo unius contrariorum ad

reliquis. Et tenet constructivum et destructive. Constructivum sic, hoc animal est sanum, ergo non est egrum. Maxima. Posito uno contrariorum remouetur et reliquum. Destructive tenet tantum in contrariis immediatis cum constantia subiecti, ut hoc animal non est sanum, ergo est egrum. Maxima. Remoto uno contrariorum immediate oppositorum ponitur reliquum subiecto manente.

Circa hanc tertiam notandum est quod possunt auctores determinare de locis intrinsecis per consequenter vult determinare de locis extrinsecis ratio ordinis est quia locus intrinsecus et locus extrinsecus quodam modo oppositi sunt, et ergo posita una se posita facilius possunt cognosci ideo post determinandum de locis intrinsecis auctores determinat de locis extrinsecis. Unde ut prius dicitur est locus extrinsecus est quando fit inter argumentum, scilicet medium ab his que sunt extra substantiam terminorum in questione proposita, ad est quando tale medium non tenet terminis in questione positis secundum aliquem modum essendi in. Et ipsius sunt septem species, scilicet ab oppositis a maiori vel minori, a simili a proportionem, a transumptione, et ab auctoritate. Et quia loco ab oppositis terminis inferens est magis extra etiam quod alij ad hoc determinat de loco ab oppositis qui dividitur secundum divisionem oppositorum. Opposita autem sunt quadruplicia, scilicet relatiua, contraria, privatiua, et contradictoria de quibus dicitur est in postpredicta notabilia. Unde relatiua sunt illa quorum totum esse est ad aliud se habere. Et possunt dupliciter considerari. Uno modo quo ad convenientiam que in ipso requiritur quantum ad esse, et sic ab ipse sunt locus a relativis. Alio modo consideratur quo ad repugnantiam quas habent inter se, ad est simul in eodem subiecto, et sic ab eis sumitur locus a relative oppositis. Unde locus a relativis est habitudo unius relativorum ad suum correlativum et tenet affirmativam et negativam ad quod datur hoc regule. Prima est ab esse unius relativorum ad esse sui correlativum est bona pars, ut bene sequitur, pater est, ergo filius est. Secunda regule est non esse unius



## Tractatus quintus

relatiui ad non esse alterius est bona consequen-  
tia. ut bene sequitur. pater non est. ergo filius nō  
est. Et fundatur iste regulæ et iste locus in v-  
na proprietate relationis que est ista. Relatiua  
posita se ponunt et perempta se perueniunt. Ex  
quo sequitur primo qd iste locus tenet respectu al-  
liis predicati est et non respectu aliorum predi-  
catorum. quia nō sequitur pater est albus. qd fi-  
lius est albus. Secundo sequitur qd nō oportet  
arguere in his que sunt relatiua denominati-  
ue. nec debet accipi relatiua pro denominatiua s-  
p- pro se significatis. Sed locus a relatiue  
oppositus est habitudo vnius oppositorum ad  
reliquum. Et tenet affirmatiue duobus conditio-  
nibus obseruatis. Prima est qd non arguatur in  
relatiuis equiparantur. quia non sequitur fortis  
est similis platonis. ergo fortis nō est similis lei-  
dem. Secundo dicitur est qd arguatur respectu ter-  
mini singularis. quare non sequitur fortis est pa-  
ter hominis. ergo non est filius hominis. Potest  
ergo poni talis regula. ab vno relatiue opposito  
affirmato respectu alicuius non singularis ad  
suis oppo<sup>o</sup> relatiue negatiue de eodem subiecto res-  
pectu eiusdem singularis est bona consequentia.  
Ex quo sequitur qd arguendo per locum a re-  
latiue oppositis est arguere ab affirmatione vni-  
us relatiui de aliquo subiecto ad negationem sui  
correlatiui oppositi de eodem subiecto. ut sic ar-  
guendo. fortis est pater platonis. ergo nō est fi-  
lius eius. Sed nō tenet negatiue. quia non sequit-  
ur. fortis non est pater platonis. ergo fortis nō  
est filius eius.

### Sciendū est secundo qd

hic dicit auctor determinat de loco a contrarijs  
primo diffusens contrarietatem. Contrarietas  
est repugnantia vel oppositio contrariorum ut  
repugnantia albi et nigri. Quid autem sint con-  
traria et quot sunt dicitur est prius in predicis  
mentis. Unde locus a contrarijs est habi-  
tudo vnius contrariorum ad reliquum. Et tenet  
affirmatiue et negatiue. Et ad arguendum affir-  
mative ponitur talis regula. In omnibus contra-  
rijs tam mediatis qd immediatis qd etiam in his  
quorū necesse est alterum semper in esse suscep-  
tibili ipso existente ab affirmatione vnius de al-  
liquo subiecto ad negationem alterius de eodem  
subiecto est bona consequentia. ut bene sequitur  
fortis est albus. ergo non est niger. Maxima. po-  
sito vno contrariorum in aliquo subiecto ab eo-  
dem remouetur reliquum. Et dicitur iste loc<sup>o</sup>  
a contrarijs quia potest argui. per hunc locum  
a pluribus contrarijs in antecedente positus.

Et ad arguendum hoc modo ponitur ta-  
lis regula. Si vnius extremum alterius contra-  
rietatis est verificabile de vno extremo alterius  
contrarietatis reliquum etiam extremum prius

contrarietatis erit verificabile de alio extremo  
suis contrarietatis. ut si infans est vno<sup>o</sup> extre-  
mo erit vicius. Et hoc consequentia fundatur  
in ipso antecedente. Tamen ad debite arguen-  
dam per hanc regulam quatuor conditiones de-  
bent obseruari. Prima est qd ponatur constantis  
subiecti consequentia. Secunda est qd in antec-  
cedente non sit predicatio contingens sed per se.  
Tercia est qd ambo extrema vnius contrarietatis  
non continentur sub vno extremo alterius.  
Quarta est qd verobiqz sit idem genus contrari-  
tatis. s. extremi ad extremum vel vnius medijs ad  
aliud medium. Ad debite etiam arguendum  
affirmatiue ab vno contrariorum ad reliquum  
oportet obseruare qd copula in consequentiua tenet  
tur precise pro eodem tempore pro quo tenetur  
in antecedente. sic. s. qd in consequente connotet  
plures partes temporis copulatiue et etiam in  
tecedente connotet precise illas copulatiue.

### Sciendum est tercio qd

ad arguendum negatiue per locum a contrarijs  
ponuntur tres regulæ. Prima est in contra-  
rijs mediatis a negatione vnius de aliquo sub-  
iecto ad affirmationem alterius de eodem sub-  
iecto nō valet consequentia. Secunda regu-  
la est In contrarijs immediatis quorum necesse est  
alterz inesse subiecto susceptibili ipso existente a  
negatione vnius de illo subiecto ad affirmatio-  
nem alterius contrariorum est bona consequen-  
tia. Exemplum prius regulæ. ut nō sequitur pater nō  
est albus. ergo est niger. Exemplum secunde regulæ. hor-  
mo est et nō est sanus. ergo est eger. Tercia  
regula est in contrarijs immediatis quorum nō  
est necesse alterum semper inesse subiecto ipso ex-  
istente a negatione vnius ad affirmationem al-  
terius de aliquo subiecto posita constantis sub-  
iecti susceptibilis pro tempore pro quo ipse sub-  
iectum est susceptibile est bona pna. ut bene seq-  
uitur fortis est habens vsum rationis et nō est vir-  
tuosus. ergo est vicius. Ex quibus patet qd  
ibi requiruntur tres conditiones ad arguendum  
Prima est qd ponatur constantis subiecti defect-  
tu cuius non sequitur equus fortis non est eger  
ergo est sanus. quia si equus fortis esset et mort<sup>o</sup>  
aūs esset vix et consequens falsum. Secunda  
conditio est qd arguatur respectu subiecti apti nat-  
suscipere contraria ideo non sequitur lapis nō  
est sanus. ergo est eger. qd aūs esset vix et conse-  
quens falsum. Tercia conditio est qd ponatur ipse  
determinatus requisiti subiecto ad hoc qd sibi in-  
heret alterz contrariorū. quare nō sequitur infans  
non est virtuosus. ergo est vicius quia non de-  
uenit tempus in quo infans debet esse virtuosus  
vel vicius.

### Sed contra predicta ar-

## De locis dialecticis.

guntur. Primo sic. In omni loco dialectico termin<sup>o</sup>  
inferens habet claudū i termino illato. sed vni<sup>o</sup> op-  
positum nō includitur in alio cum vni<sup>o</sup> dicat  
negatōes alterius. ergo ab oppositis non sumit-  
ur locus dialecticus. Secundo arguitur sic.  
Nō sequitur fortis fuit albus. ergo fortis nō fu-  
it niger. et tū arguitur constructiue a contrarijs me-  
diatis. ergo talis locus nō valet. Tercio  
arguitur sic. Maius et minus sunt relatiua. ergo  
locus a maiori ad min<sup>o</sup> et e contra est locus a re-  
latiuis. similiter aūs et pns sunt relatiua s. om-  
nis locus est habitudo aūs ad pns. ergo omnis  
locus est a relatiuis. Quarto arguitur sic  
possibile est idem pro eodē tempore precise et ade-  
quate simul esse album et nigrum. ergo nō sequit-  
ur locum a contrarijs hoc est album. ergo nō est  
nigrum. aūs patet posito qd pro media parte scilicet  
tam sit album et pro alia parte nigrum tūc idēz  
simul est album et nigrum. ergo locus a contra-  
rijs non tenet affirmatiue.

### Ad rationes. Ad primā

dicitur qd quis vni<sup>o</sup> oppositorum nō existat i  
reliquo. tū habet virtutem inferēdi aliud cui<sup>o</sup> af-  
firmatio vnius sit negatio alterius. nō autem re-  
quiruntur in omni loco dialectico terminum illatūz  
esse in termino inferēte vel e contra secundum ex-  
istentiam vel essentiam. sed sicut qd sit in eo secū-  
dum virtutem inferēdi. Ad secundam dicit<sup>o</sup>  
q locus a contrarijs nō tenet nisi i propositionib<sup>o</sup>  
de esse et de pnti et nō in propositionibus de pre-  
terito et futuro. nec etiam i propositionibus moda-  
libus modo argumentum habet i propōibus de  
preterito. Ad terciā dicitur qd maius et mi-  
nus aūs et pns pro se significatis sunt rela-  
tiua et ab ipsis sumuntur locus a relatiuis. Alio  
modo accipitur pro denominatis et sic ab eis nō  
sumuntur locus a relatiuis sed a maiori ad min<sup>o</sup>.

Ad quartā dicitur qd admittitur casus ar-  
gumētū et trāseant premisse et distinguitur pns v<sup>o</sup>  
li et pnsigit inter terminos. et sic pns est vix. vel i-  
ter propositiones et sic est falsum. et vltra dicit<sup>o</sup> a  
liqui qd nō omne corpus terminatum est coloratūz  
sed est coloratum vel colorata. modo scitūz illo  
calo posito est colorata quia est sue medietates  
que sunt colorate.

### Que autem sunt priuatiue opposita dictum est prius.

Locus a priuatiue opposi-  
tis est habitudo priuatiōis ad  
habitum. vel habitus ad priua-  
tionem. Et tenet constructiue.

ut iste est videns. ergo nō est ce-  
cus. vel est cecus. ergo nō est vi-  
des. Maxima. Posito vno pri-  
uatiue oppositorum circa ali-  
quod subiectum ab eodem re-  
mouetur reliquum. Destructi-  
ue non tenet nisi cum constan-  
tia subiecti et cum tempore de-  
terminato a natura. Catulus e-  
nim non dicitur videns neqz ce-  
cus ante nouem dies. et puer nō  
dicitur edentulus ante tempus  
determinatum a natura. Cō-  
tradictio est oppositio cuius se-  
cundum se non est dare mediū

Locus a cōtradictorie op-  
positis est habitudo vnius con-  
tradictorie oppositorum ad re-  
liquum. ut fortem sedere est ve-  
rum. ergo fortem non sedere est  
falsum. Maxima. Si vnum cō-  
tradictorioz est vix reliquūz  
erit falsum.

Circa hūc textum notādūz est primo qd hic  
dicit auctor determinat de loco a priuatiue op-  
positis. i. ab vno priuatiue oppositorum ad re-  
liquum. Cū priuatiue opposita sunt quorū  
vnum implicat alterum cum negatōe priuatiue et nō  
cum negatōe negatiue. Et diffinitio priuatiue op-  
positorum proprie acceptorum habita est i post  
predicamentis. Sed priuatiue opposita com-  
muniter accepta sic pnt diffiniri. qd sunt illa quo-  
rum vnum includit negatōem alterius cum ap-  
titudine ad ipm. Et potest dupliciter sumi ar-  
gumētum in priuatiue oppositis. Vno modo qd  
arguatur a pluribus terminis i ante positis ad a-  
lium terminūz in ante positum eis priuatiue op-  
positum. ut videns est lenis. ergo cecus est sen-  
su vix priuatiue. Et locus per quez tenet talis  
pna proprie vocatur locus a priuatiue opposi-  
tis et de tali loco auctor nō facit mentionem s. ar-

Et tenet plane vno priuatiue  
oppositis de oppositis  
de propositionibus

Tractatus quintus

Notiones determinat de eo secundo thopicorum. Secundo modo potest sumi argumentum ab uno termino in antecedente ad alium in consequente sibi privative oppositum. ut fontes est cecus. ergo fontes non est videns. et locus prope quem tenet talis consequentia denominatur locus ab uno privative oppositorum ad reliquum. Una de ad arguendum per locum a privative oppositis ponuntur due regule. Prima est q ab affirmatione unius privative oppositorum de aliquo subiecto ad negationem alterius vbi de eodem est bona consequentia. Secunda regula est a negatione unius privative oppositorum de aliquo subiecto ad affirmationem alterius de eodem posita constantia subiecti susceptibilis pro determinato tempore a natura est bona consequentia. Et quo sequitur q arguendo negative tres conditiones requiruntur. Prima est q ponatur constantia subiecti. Secunda est q illud subiectum sit susceptibile habitus. Tercia est q sit tempus de terminatum a natura. ut bene sequitur iste catus est novem dierum et non est videns. ergo est cecus. Arguitur etiam ut dictum est per hanc locum a pluribus privative oppositis in antecedente pro quo ponitur talis regula. Si unus extremum unius propositionis privative est verificabile de uno extremo alterius propositionis etiam alterum privative oppositum erit verificabile de altero extremo. ut bene sequitur. videns est sentiens. ergo cecus est sensu visus privatus

Et ad arguendum per hanc regulam tres conditiones requiruntur. Prima est q ponatur constantia subiecti consequentis. Secunda est q non arguatur in propositionibus de materia contragenti. Tercia est q privatio superioris habitus restringatur per habitum inferioris privationis deo hec consequentia non est bona. omne tangibile est sensibile. ergo omne intangibile est insensibile. sed debet sic argui. omne tangibile est sensibile. ergo omne intangibile est insensibile sensu tactus. Observandum est etiam q verbum pro eodem tempore precise teneatur in antecedente et consequente

Sciendum est secundo q

hic consequenter auctor determinat de loco a contradictionis. ratione cuius contradictiones primo sic diffinit. Contradictio est oppositio cuius secundum se non est dare medium. Et hoc intelligendum est tam de medio per abnegationem q de medio per participationem. Et ratio est quia contradictio est repugnancia contradictionum. s; in contradictionis unum est ens et alter non est simpliciter. sed inter ens et non ens non potest dari medium. ergo id. Sed advertendum est q duplex est contradictio. quedam propositionum de qua factus visum est in primo tractatu. Alia est contra-

dictio terminorum de qua factus visum est ipso predicamentis. ut sedet et non sedet. et scdm vtriusq; contradictionem potest sumi locus dialecticus. s; in contradictione propositionum oportet arguere respectu istorum predicamentorum verum et falsum. In alia autem oportet arguere ab affirmatione unius contradictionum ad negationem alterius de aliquo subiecto et contra. Locus autem a contradictionis est habundo unius contradictionum ad reliquum. et tenet affirmative et negative pando contradictionum a parte predicati et non a parte subiecti. Et ad arguendum affirmative ponitur talis regula. ab affirmatione unius contradictionis oppositorum de aliquo subiecto ad negationem alterius de eodem est bona consequentia. ut bene sequitur fontes est albus. ergo fontes non est non albus. Adhuc tria aliquid adhuc duas conditiones ad hoc q debite arguatur per hanc regulam. Prima est q alterum extremum propositionis non sit terminus obliquus. non enim sequitur fontes est asinus. ergo fontes non est non asinus. Secunda est q arguatur in propositionibus de presenti defectu cuius non sequitur fontes fuit albus. ergo fontes non fuit non albus. Post tria dicit q in omnibus casus de presenti q de alijs temporibus arguendo per predictam regulam est bona consequentia. dum tamen terminus contradictionis sit totalis predicata. et q copula teneatur eodem modo in una sicut in alia.

Sciendum est tercio q

ad arguendum per hanc locum negative ponitur talis regula. A negatione unius contradictionis de aliquo subiecto ad affirmationem alterius de eodem est bona consequentia. ut bene sequitur fontes non est albus. ergo fontes est non albus. Et hec ratio tenet in generali. si termini contradictionis sint totalia predicata sic q negatio faciens terminus infinitum addatur toti extremo et non solum parti ipsius extremi. Et hec regula datur de contradictionis terminorum. Et ponitur hec maxima de ipsis. De quolibz verificatur alterius contradictionum et de nullo ambo simul. vel sic de quocunq; affirmatur unum contradictionum de eodem remouetur et reliquum. De contradictionis autem propositionum ponuntur alia regule. Prima est a veritate unius contradictionum ad falsitatem alterius et contra est bona consequentia. ut bene sequitur fontes currere est verum. ergo fontes non currere est falsum. Secunda regula est a necessitate unius contradictionis ad possibilitatem alterius est bona consequentia. Unde advertendum q in istis oppositis duplex est consequentia. scilicet consequentia a contrario et consequentia in ipso. et vtriusq; tenet dividitur quia quedam est e contrario terminorum alia est propositionum. et similiter quedam est

De locis dialecticis

ipso terminorum alia est in ipso propositionum. consequentia autem in ipso terminorum est quodammodo in antecedente predicatum dicitur de subiecto et in consequente oppositum predicatum dicitur de opposito subiecti eodem ordine servato in consequente sicut in antecedente. ut visus est sensus. ergo cecitas est insensibilitas. Sed consequentia e contraria terminorum est in qua predicatum dicitur de subiecto in antecedente et oppositum subiecti dicitur de opposito predicati in consequente. Sed consequentia in ipso propositionum est illa in qua antecedens infert consequens et oppositum antecedens infert oppositum consequentis. ut triplex est multiplex. ergo subtriplex est submultiplex. Et consequentia e contraria propositionum est in qua antecedens infert consequens et ordine transmutato in illa oppositum consequentis infert oppositum antecedentis.

Et differunt due prime scilicet consequentia terminorum a consequentis propositionum que due prime sunt simplices et secunde sunt compositae. Secundo differunt ex alia parte quia consequentia in ipso tenet per istam regulam. si oppositum in opposito propositum in proposito. Sed consequentia e contraria tenet per hanc regulam. consequentiarum. In omni bona consequentia ex opposito contradictorio consequentis infertur oppositum antecedentis. Unde ad hoc q prima in ipso valeat in contrariis tres conditiones requiruntur. Prima est q arguatur in predicatis per se. ideo non sequitur albus est dulce. ergo nigrum est amarum. Secunda conditio est q arguatur secundum idem genus oppositionis. ideo non sequitur album est coloratum. ergo nigrum est non coloratum. quia album et nigrum opponuntur contrarie et coloratum et non coloratum contradictorie. Tercia est q ambo extrema unius contrarietatis non contineantur sub extremo alterius. ideo non sequitur prodigalitas est vicium. ergo liberalitas est virtus. Sed consequentia in ipso non valet in contradictionis nisi gratia materie. quia non sequitur homo est animal. ergo non homo est non animal. quia antecedens potest esse verum consequente existente falso. sed bene valet in terminis convertibilibus et hoc gratia materie. ut homo est risibilis. ergo non homo est non risibilis. Sed consequentia e contraria terminorum et propositionum tenet in contradictionis sed non tenet in contrariis formaliter. Prima pars patet quia bene sequitur homo est animal. ergo non homo est non animal. nec in simili modo arguendi est dabilis instantia. Item patet per illam regulam. Omnis illa consequentia est bona ex qua ex opposito contradictorio consequentis infertur oppositum antecedentis. sed sic est in consequentia e contrario. Servanda est

tamen conditio. scilicet q arguatur secundum q valet conversio per contrapositionem et non aliter et hoc in consequentia e contrario terminorum quare non sequitur. Nullus homo est asinus ergo nullus asinus est non homo. quia prima est vera et secunda falsa. et universalis negativa non convertitur per contrapositionem. sed bene particularis. Secunda pars patet quia solus valet in contrariis que se habent per modum totius pars integralis. ut bene sequitur cacochymia est mala dispositio et ad intra et ad extra. Et dicitur ab eo quod est bonus et chymos humor quasi bonus humor. Et cacochymia dicitur a cacos qd est malus et chymos humor quasi malus humor. Sed consequentia in ipso terminorum valet in privative oppositis et non consequentia e contrario. et hoc aliquibus conditionibus observatis. Prima est posita constantia subiecti. Secunda est q arguatur in predicatis per se. Tercia est q privatio habitus superioris restringatur per habitum inferioris privationis. Ideo non sequitur videns est sentiens. ergo cecus est insensibilis sed bene sequitur. ergo cecus est insensibilis secundum visum. Similiter consequentia in ipso propositionum tenet in privative oppositis ultima conditione observata qua bene sequitur. si aliquid est tangibile illud est sensibile. ergo si aliquid est intangibile illud est insensibile sensu tactus. Sed consequentia e contrario non valet in istis nisi gratia materie.

Valeat etiam consequentia in ipso terminorum in relative oppositis quatuor conditionibus observatis. scilicet q ponatur constantia subiecti consequentis. et q arguatur in predicatis per se etiam q ambo extrema unius oppositum non contineantur sub vno membro alterius. et etiam q arguatur in relative secundum esse. et eodem modo dicatur de consequentia propositionum. Sed consequentia e contrario tam terminorum q propositionum non valet in ipsis nisi gratia materie.

Sed contra predicta arguitur.

Primo sic. Demonstrato homine dormiente non sequitur iste homo est et non est videns. ergo est cecus. et tamen arguitur per locum a privative oppositis. ergo talis locus non valet.

Secundo arguitur sic. inter esse et non esse que sunt contradictoria mediat relatio scilicet contradictio. ergo male dicitur q inter contradictoria non est dare medium. Tercio arguitur sic. consequens est in plus q antecedens ergo oppositum consequentis est in plus q oppositum antecedentis. et sic non valet prima e contrario in contradictionis.

Quarto arguitur sic. sicut affirmatio est E.).

no distinctione uale. vnde dicitur. commenda memorie. Consequenter quia p... oppositorum

Vide no' vide pulcherr

0. 2. 1. 0. 1. 2. 3

## Tractatus quintus

causa affirmationis ita negatio est causa negationis ex primo posteriorum. ergo si antecedens affirmatum inferat consequens affirmatum ita etiam contradictorium consequentis. ergo consequentia in ipso valet in contradictione.

### Ad rationes. Ad primam

dicitur quod videns accipitur dupliciter. Uno modo ut dicitur habitum videndi et sic consequentia illa est bona sed antecedens est falsum sicut et consequens. Alio modo accipitur ut dicitur actum videndi et sic consequentia non valet nec arguitur per locum a primative oppositis quia videtur hoc modo acceptum non opponitur ceco. Ultra posset dici quod illa consequentia non tenet eo quod habet non est susceptibilis visus pro tempore quo dormit.

Ad secundam dicitur quod quantum inter contradictionem mediat relatio que est respectus non tamen inter ipsa mediat ens absolutum neque abnegationem neque per participationem. Ultra posset dici quod talis relatio est ens rationis. et intelligitur in diffinitione contradictionis quod non sit dare medium quod sit ens reale.

Ad tertiam dicitur negando consequentiam. quia ex quo consequens est communis antecedente suum contradictionum est minus commune quod contradictionum antecedentis quia de paucioribus dicitur. Ad quartam negetur consequentia quia illa est contenta solum intelligitur de terminis convertibilibus.

Sunt autem alia opposita que dicuntur disparata que non sunt opposita secundum aliquod genus predicte oppositionis. sed sunt diversa. ut homo et asinus. Et a talibus sumitur sic argumentum. fortis est homo. ergo non est asinus. Ad prima. De quocumque dicitur unum disparatorum abstractivie ab illo eodem remouetur et reliquum dicitur notanter abstractivie quia si concretivie sumerentur tunc non sequeretur: quia non

sequitur. hoc est album. ergo non est quantum. sed bene sequitur hoc est albedo. ergo non est quantitas. Ad alius ut hic sumitur est quod superponitur alicui in potentia et virtute. Ad minus est quod ei supponitur.

Locus a maiori est habitudo ipsius maioris ad minus. Et est semper destructivus. ut rex non potest expugnare castrum ergo nec miles. Ad prima si id quod magis videtur inesse non inest nec id quod minus videtur inesse inest. Locus a minori est habitudo minoris ad maius. Et est semper constructivus. ut miles potest expugnare castrum. ergo et rex. Ad prima. Si illud quod minus videtur inesse inest et id quod magis videtur inesse inest. Si multitudo est rerum differentium eadem qualitas. Locus a simili est habitudo unius simili um ad reliquum. Et tenet constructivie et destructivie. Constructivie sic. sicut risibile inest homini. ita hinnibile inest equo. sed risibile inest homini ut proprium. ergo hinnibile inest equo ut proprium. Ad prima. De similibus idem est iudicium.

## De locis dialecticis

Destructivie sic. sicut risibile inest homini ita hinnibile inest equo. sed risibile non inest homini ut genus. ergo nec hinnibile inest equo ut genus. Ad prima. De similibus idem est iudicium

Circa hunc textum notandum est primo quod hic consequenter autor determinat de locis a disparatis dicens quod disparata dicuntur illa que ad invicem aliquo modo opponuntur non alia qua oppositione predicatarum. Illa enim dicuntur disparata que de se invicem predicari non possunt et sunt duplicia. quia quedam sunt substantiva. ut homo et equus. Alia sunt accidentalia. ut albedo nigredo. Locus a disparatis est habitudo unius disparatorum ad reliquum et tenet affirmativie tamen. Et ad arguendum per hoc locum ponuntur aliquae regule. Prima est quod in disparatis substantialibus abstractivis et concretis ab affirmatione unius de aliquo subiecto ad negationem alterius de eodem est bona consequentia. Illa enim dicuntur disparata que sunt diversa generatim in diversis generibus. ut sicut substantiva qualitas quantitas vel diversitas aut in diversis generibus. Et quibus sequitur primo. et arguendo in terminis disparatis accidentalibus in concreto sumptis non tenet consequentia per hunc locum. ut non sequitur. album est dulce. ergo album non est amarum. Secundo sequitur quod valet consequentia per hunc locum arguendo negativie. quia non sequitur. brunellus non est homo. ergo brunellus est asinus. Tercio sequitur quod arguendo per hunc locum disparata debent poni a parte predicati nisi predicatus quod predicaretur de ipsis esset terminus singularis. Unde locus a disparatis habet reduci ad locum a contrariis. tamen disparata differunt ab ipsis contrariis in hoc quod ipsa disparata nunquam possunt predicari de eodem subiecto successivie. conveniunt tamen in hoc quod sicut contraria non predicantur de eodem simul et semel sic nec disparata. Sequitur quarto quod in locis a disparatis in terminis accidentalibus in abstracto sumptis ab affirmatione unius de aliquo subiecto ad negationem alterius de eodem valet consequentia ut bene sequitur. homo est albedo. ergo non est nigredo.

Sciendum est secundo quod hic consequenter autor determinat de loco a ma

iori et etiam a minori primo sic diffinitio maius. Maius est quod superponitur alteri in potentia et virtute. ut rex superponitur militi. Minus vero est quod supponitur alteri in potentia et virtute. ut miles supponitur regi. Maius autem et minus accipiuntur quadrupliciter. Primo modo aliquid dicitur maius aut minus secundum quantitatem. ut centum librae sunt maius quantitas quod decem. Secundo modo dicitur maius quod habet fieri difficilius. ut debellare civitatem est magis quod debellare castrum. Tercio accipitur maius pro illo quod excedit alterum in potentia vel virtute. et minus pro eo quod exceditur ab altero. Et hoc dupliciter. Uno modo accipitur maius proprie pro eo quod superponitur alteri ut rex quantum ad aliquid superponitur militi et contra de minori. Alio modo dicitur maius quod excedit alterum in potentia vel virtute. tamen ad verificationem locutionis eo quod ipsum magis videtur inesse quod aliud. et contra accipitur minus. Et secundum hunc modum generaliter illud est maius quod facilius inest aliud vero minus quod difficilius. Et hoc modo accipiendo maius et minus intelliguntur maxime posite in textu.

Unde locus a maiori est habitudo maioris ad minus. Et tenet negativie tantum. ut bene sequitur rex non potest debellare castrum. ergo nec miles. Ad prima. Si illud quod magis videtur inesse non inest nec illud quod minus.

Et ad arguendum per hunc locum ponuntur due regule. Prima est a non inesse maioris ad non inesse minoris est bona consequentia. ut bene sequitur rex non potest debellare castrum. ergo nec miles ponendo maius et minus a parte subiecti. Sed a non inesse minoris ad non inesse maioris valet consequentia. si maius et minus ponantur a parte predicati. ut bene sequitur rex non potest debellare castrum. ergo nec civitatem. Secunda est ab inesse minoris ad inesse maioris subiecto maius et minus est bona consequentia. ut bene sequitur miles potest debellare castrum. ergo rex.

Ex quo sequitur quod arguendo a maiori ad minus accipiendo maius et minus primo aut secundo modo arguendum est contrarium eo quod illud quod est maius secundum aliquem illorum modorum est minus secundum quartum et minus videtur inesse. Et contra illud quod est minus secundum aliquem illorum modorum maius videtur inesse. Secundo sequitur quod secundum hunc modum tripliciter potest argui. Uno modo comparando unum predicatum pluribus subiectis. Alio modo comparando predicata pluribus subiectis. Tercio modo comparando predicata pluribus subiectis. Et possit argui



## Tractatus quintus

scdm hunc modum a maiori ad minus. pro quo ponuntur due regulæ. Prima est ab affirmatione alicuius de minori in potentia ad affirmationem eiusdem de maiori est bona consequentia. ut bene sequitur. miles potest debellare castrum. ergo rex. Secunda est. a negatione alicuius de maiori in potentia ad negationem eiusdem de minori est bona consequentia. ut bene sequitur. rex non potest debellare civitatem. ergo nec miles. Et semper debet argui quo ad proprietates in quibus maior excedit minus. Sed locus a minori ad maius est habitudo ipsius minoris ad maius. et tenet constructivè si arguatur respectu illius in quo maior excedit minus. ut bene sequitur. miles potest debellare civitatem. ergo rex. Maxima. Si illud quod minus videtur inesse inest et illud quod magis. Et per hanc regulam confirmant aliqui logicam hanc regulam. Ad impossibile sequitur quodlibet. et similiter hæc necessarius sequitur ad quodlibet. eo quod minus videtur quod impossibile sit verum et quodcumque aliud. Ideo si impossibile sit verum quodlibet erit verum. similiter magis videtur quod necessarius sit verum et quodcumque aliud. Ideo si quodcumque aliud sit verum necessarium erit verum.

### Sciendum est tercio quod

similitudo est rerum differentis eadem qualitas et non sufficit ad similitudinem idèntitas in genere quod si sic album et nigrum essent similia cum conveniant in eadem qualitate generica. nec requiritur quod sit eadem qualitas in numero quia accidens variatur secundum variationem sui subiecti. ita quod est aliud accidens numeraliter in uno supposito et aliud in alio. sed requiritur eadem qualitas in specie. Et isto modo duo alba dicerentur similia et non capitur hic similitudo proprie prout capitur in predicamento qualitatis. sed capitur generaliter pro similitudine seu convenientia tam essentiali et accidentaliter. Et intelligitur sic diffinitio precedens. Similitudo est rerum differentis eadem qualitas. id est similitudo est relatio que habet pro fundamento et termino qualitates numero differentes. Unde locus a simili est habitudo unius similium ad reliquum. et tenet constructivè et destructivè. constructivè sic. sicut animal inest homini ita inest equo. scilicet animal inest homini ut generis. generis animal inest equo ut generis. Maxima. De similibus simile est iudicium. Destructivè sic. fortes non est humilis. ergo plato non est humilis. Maxima. Quicquid remouet ab uno similium ea parte qua similia sunt remouetur a reliquo. Unde secundum quod vult aristoteles similitudo in proposito nihil aliud est quam qualis apparetur sine similibus qua unum predicatum inest alicui subiecto qualis est apparetur

quod aliud inest alteri subiecto sicut illa duo predicata risibile et humibile respectu hominis et equi.

Et ita patet quod similitudo in proposito nihil aliud est quam predicatum quo equaliter sine similitudo videtur inesse suo subiecto sicut alteram videtur inesse suo subiecto.

### Sed contra predicta

arguitur. Primo sic. Opposita opponuntur aliquo genere oppositis. sed disparata sunt opposita. ergo opponuntur aliquo genere oppositis. Secundo arguitur sic. Non sequitur deus non potest peccare. ergo fortes non potest peccare. et tamen arguitur per locum a maiori ad minus negatiue. ergo sequitur quod talis locus non valet. Tercio arguitur sic. Non sequitur fortes potest portare decem libras. ergo potest portare centum. et tamen arguitur per locum a minori ad maius affirmatiue. ergo talis consequentia non valet. Quarto arguitur sic. Non sequitur rex non potest bibere potum vini. ergo neque miles. et tamen arguitur per locum a maiori ad minus negatiue. ergo talis consequentia non valet. Quinto sic arguitur. Non sequitur. sicut oculus inest corpori ita intellectus anime. sed oculus inest corpori ut pars integralis. ergo etiam intellectus inest anime ut pars integralis.

### Ad rationes. Ad primam

dicitur quod quamuis omnia opposita opponantur formaliter aliquo genere oppositionis. non tamen ea quod opposita sunt virtualiter cuiusmodi sunt disparata. Ad secundam dicitur quod ibi non arguitur a maiori ad minus. quia maius puta deus non excedit minus puta hominem in illa proprietate que est non peccare. neque quantum ad verificationem locutionis. quia suum oppositum salicet peccare nullo modo potest convenire deo.

Ad tertiam dicitur quod ibi non arguitur a minori ad maius secundum verificationem locutionis sed arguitur a maiore secundum quantitatem ad minus affirmatiue. quia portare decem libras magis videtur convenire alicui quam portare centum. Ad quartam dicitur quod ibi non arguitur a maiori ad minus quo ad proprietates in quibus maior excedit minus. Ad quintam dicitur quod ibi non arguitur ea parte qua sunt similia sed ea parte qua sunt distincta. intellectus enim et oculus conveniunt in hoc quod vterque est pars. sed differunt quia oculus est pars integralis corporis. intellectus vero pars potestativa anime.

### Proportio est rerum differens

## De locis dialecticis

tium eadem habitudo. Locus a proportione est habitudo unius proportionabilium ad reliquum. ut sicut se habet rector navis ad nauez. ita se habet rector scolarius ad scholas. sed in navi regenda eligendus est rector non sorte sed arte. ergo in scholis regendis eligendus est rector non sorte sed arte. Maxima. De proportionabilibus id est iudicium. Differt autem iste locus a loco a simili. quia in loco a simili sumitur comparatio secundum similitudinem inherente. ut sicut risibile inest homini ita humibile inest equo. In loco autem a proportione non attenditur similitudo inherente sed comparatio habitudinis. ut sicut se habet rector navis ad nauem ita se habet rector scolarius ad scholas. Transumptio est duplex. Quedam enim est quando dictio vel oratio unum significans transmittitur ad significandum aliud propter similitudinem aliquam in eis repertam. ut hec dictio ride re transmittitur ad significandum florere cum dicitur pratum ride re. Similiter oratio transmittitur cum dicitur littus aratur. id est opera perditur sicut solus dicitur cum

quis in vanum laborat. Et hec transumptio pertinet ad sophisticum. Alia est quando nomen magis notum sumitur pro nomine minus noto. ut si debeat probari quod philosophus non invidet et fiat transumptio ad hoc nomen sapiens. et ista transumptio pertinet ad dialecticum.

Locus a transumptione est habitudo transumptionis ad transumptum. ut sapiens non invidet. ergo philosophus non invidet. Maxima. Quicquid alicui convenit sub nomine magis noto eidem convenit sub nomine minus noto. Differt autem iste locus a loco a nominis interpretatione. quia in loco a nominis interpretatione accipitur diffinitio siue expositio nominis. ut si exponatur hoc nomen philosophus per hoc quod est amator sapientie. In loco autem a transumptione non accipitur expositio siue descriptio nominis. sed pro uno nomine noto accipitur aliud nomen magis notum per quod faciliter potest probari propositum. Auctoritas ut hic sumitur est iudicium sapientis in sua scientia. Unde iste locus solet denominari a rei iudicio. Locus ab auctoritate



Tractatus quintus

Equitur de locis medijs Quid autem sit locus medius dictum est prius. Locus mediorum alius a coniugatis alius a casibus et alius a diuisione. Coniugata et casus differunt sic quia uniuocum siue principale siue abstractum quod idem est dicitur coniugatum cum suo denominatio. ut iusticia et iustum. albedo et album. Casus autem dicuntur ea que cadunt a principali ut iustum et iuste a iusticia. Et differentiam hanc assignat aristoteles in secundo topicorum Locus a coniugatis est habitudo unius coniugatorum ad reliquum. ut iusticia est bona. ergo iustum est bonum. Maxima quicquid conuenit unius coniugatorum conuenit et reliquo. Et si unum coniugatorum inest inest et reliquum. Locus a casibus est habitudo unius casus ad reliquum. ut iustum est bonum. ergo quod iuste fit bene fit. Maxima. Quod unius casui conuenit. conuenit et reliquo. Et e conuerso sumitur argumentum a casibus et a coniugatis. Diuisionum alia fit per negationem. ut sortes est homo aut non homo. sed non est non

homo. ergo est homo. Maxima. Si aliqua duo conuidant. aliquid tertium posito uno remouetur reliquum. Alia autem fit non per negationem. et hec fit. sex modis. tribus per se et tribus per accidens. Prima diuisione per se est generis in species. ut animalium aliud homo aliud brutum. Secunda est totius integris in suas partes. ut domus alia pars est paries alia tectum alia fundamentum Tercia uero est uocis in significata. ut canis alius latrabilis. alius piscis marinus. alius sydus celeste. Diuisionum uero per accidens. Prima est subiecti in accidentia. ut animalium aliud sanum aliud egrum. Secunda diuisione accidentis in subiecta. ut sanorum aliud brutum aliud homo Tercia est accidentis in accidentia. ut sanorum aliud calidum aliud frigidum. Locus a diuisione est habitudo unius conuidentium ad reliquum. ut si fortes est animal. aut est animal rationale aut irrationale. sed non est irrationale. ergo rationale. Maxima. Posito uno membrorum diuidentium in aliquo subiecto remouetur reliquum. Et similiter in qualibet alia di

De locis dialeticis M

uisione. Et hec de locis dicta sufficiant.

Sciendum est secundo qd fallacie in dictione distinguntur penes modos multiplicis. ideo autor diffinit illos modos. Et diffinit sic multiplex. Multiplex est dictio vel oratio apparenter plura significans. Ex quo sequitur qd ad multiplex requiritur vnitatis vocis et pluralitatis significatoris. Et diuiditur multiplex in multiplex actuale et potentiale et fantasticum. Quorum sic habetur sufficientia. quia in omni multiplici est vnitatis vocis et pluralitatis significatoris. vel ergo illa vox habet vere plura significata vel apparenter. Si apparenter sic est multiplex fantasticum. Si vere hoc est dupliciter qd vel illa vox est vna actualiter et sic est multiplex actuale. vel potentialiter et sic est multiplex potentiale. Et dicitur multiplex quasi multa plura in vnum. ideo multiplex actuale in quo est





multiplix unitas plurium significatorum est potestatis multiplix et multiplix potentiale. Ideo autem primo determinat de fallacijs que habent fieri secundum multiplix actuale et de alijs.

Unde multiplix actuale est dictio vel oratio una secundum substantiam et modum proferendi diversa tamen significans. In qualibet enim dictioe sunt duo scilicet materia que fit littere et syllabe. et forma que est modus proferendi.

Et circa hoc patet omni duo dubia. Primum est utrum multiplix actuale significet sua significatione simul copulative aut disjunctive. Ad quod respondetur quod terminus multiplicem significare sua significatione copulative aut disjunctive potest esse dupliciter. Uno modo quod compositio copulativa hoc verbum significat plures sumptis. ut si dicat canis currit. canis significat canes latrabiles. et significat piscem marinum. et significat sydus celeste. et sic omnis terminus multiplix significat sua significatione etiam copulative et disjunctive. Alio modo potest intelligi sic quod oratio in qua ponitur tale multiplix subordinatur uni mentali copulative aut disjunctive compositae ex significatione illius multiplicis et sic multiplix nec significat sua significatione copulative vel disjunctive sed inconiuncte. Cuius ratio est quia si significaret ea copulative aut disjunctive tunc propositio in qua poneretur tale multiplix equaliter uni copulative aut disjunctive et sic nulla talis propositio esset distinguenda. sed omnis talis esset simpliciter concedenda vel simpliciter neganda.

Sciendum est tercio quod

aliud dubium incidens circa multiplix actuale est istud. Utrum signum universale additum termino multiplici distribuatur ipsum unica distributione pro omnibus suis significatis. Ad hoc respondetur quod non. et ratio est quia si distribuatur pro omnibus suis significatis tunc ibi esset bonus syllogismus. omnis canis currit. sydus celeste est canis. ergo sydus celeste currit. consequens est falsum. ergo et id ex quo sequitur. Et consequentia patet quia talis regularetur per dicta omnia et ibi aliquid subsumeretur sub subiecto distributo pro omnibus suis significatis. Sed si debeat talis terminus equivoce distribuatur pro omnibus suis significatis oportet quod tot distributionibus distribuatur quot habet significationes. Sed ultra hoc est dubium aliud. utrum scilicet omnis propositio in qua ponitur terminus equivoce sit distinguenda. Ad hoc respondetur per duas conclusiones. Prima est nulla propositio in qua ponitur equivoce a consilio ratione talis equivoce est distinguenda. Probat quia vel tale equivoce per se sumitur et sic stat pro eius principaliori significato. vel sumitur cum determinat de distrabente et sic stat

pro eius minus principali significato. sed nulla istarum est distinguenda ratione talis equivoce. ergo conclusio vera. Datoque patet quia distinctio provenit ratione multiplicis. sed in nulla istarum propositio ponitur equivoce a consilio sed a consilio per se vel cum restrictione. Et tales propositiones in quibus ponuntur ipsa et quivocata a consilio non sunt distinguende. ergo et cetera. Secunda conclusio est ista. Omnis propositio in qua ponitur equivoce a consilio non restrictum per aliquam restrictionem ad standum precise pro uno suorum significatorum est distinguenda. Probat quia omne tale habet plura significata eque primo. et per consequens omnis propositio in qua ponitur tale equivoce est distinguenda quia habet plures sensus ratio ne cuius multiplicis sensuum debet distinguenda. Et notanter dicitur nisi tale equivoce sit restrictum quia si esset restrictum per aliquam determinationem ad standum precise pro uno suorum significatorum tunc ratione illius propositio non esset distinguenda. Unde multiplix potentiale est dictio vel oratio eadem secundum substantiam et diversa secundum modum proferendi diversa significans. Exemplum de dictione ut populus. aliquando enim proferitur per ma longa et aliquando prima brevis et secundum hoc habet diversa significata. Exemplum de oratione ut album esse nigrum est possibile. hec enim oratio est multiplix secundum compositionem et divisionem. Et in tali multiplice est unitas vocis siue materie et non modi proferendi siue forme. Potentia enim se tenet ex parte materie. Multiplix autem fantasticum est dictio unum significans que tamen videtur aliud significare propter convenientiam eius in parte cum alia dictione. ut vigere significat qualitates eo quod significat vigorem que est naturalis potentia et tamen propter convenientiam eius. cum agere in parte cum alia dictione videtur significare actionem. Et dicitur multiplix fantasticum eo quod in rei veritate non habet plura significata sed solum secundum visionem seu apparentiam.

Sed contra predicta

arguitur. Primo sic. Unus signi tantum est verum significatum. ergo una dicitio non potest plura significare. Secundo arguitur sic. Significatio est forma dictionis. ergo dicitio plura significans non est una formaliter. Tertio arguitur sic. De ratione multiplicis est pluralitas. ergo ubi est maior pluralitas ibi est perfectus multiplix et minor unitas. Sed quando dicitio est diversa secundum significatum et modum proferendi ibi est maior pluralitas et quod est diversa secundum significata tantum. ergo multiplex actualiter unitas vocis et modi proferendi

Quarto arguitur sic. omne multiplix habet plura significata. sed multiplix fantasticum non habet plura significata. ergo tale non est multiplix.

Ad rationes. Ad primam

th cetera quod unus significatus per se formaliter sit unum significatum non tamen materialiter capere potest esse plura significata. Dicitur ultra et melius ne gando autem. quod sicut unius patris potest esse plures filij. Quis refertur ad illos per diversas paternitates. sic etiam unum signum potest esse plura significata. Quis refertur ipsa ad illa per diversas significatas ides. Ad secundam th quod si accipiat dicitio proprie scilicet per aggregato ex voce et significatione sic significatio est forma dictionis. Si vero accipiamur per vocem tamen sic modus proferendi est forma eius. Ad tertiam th quod de ratione multiplicis est quod sit multitudo significatorum sed non pluralitas vocis et modi proferendi. Ideo ubi est maior unitas vocis ubi tamen ibi sit multiplicitas perfecta significatorum ibi perfectus est ratio multiplicis. Ad quartam th quod quod multiplix fantasticum secundum rei veritatem non habet plura significata tamen habet ea secundum apparentiam et hoc sufficit. Ad hoc enim quod aliquid dicitur multiplex sufficit quod significet plura vere vel apparenter.

Equivoce est multiplicitas dictionis eiusdem secundum substantiam et modum proferendi.

ut in hoc nomine canis. Scien- dus est quod in quilibet fallacia est duplex causa. scilicet causa apparentie et causa defectus. Causa apparentie in qualibet fallacia est quod movet ad credendum id quod non est credendum. Causa defectus est que ostendit creditum esse falsum. Causa apparentie in equivoce est unitas dictionis eiusdem secundum substantiam et secundum modum proferendi diversa significantis. Causa defectus siue falsitatis est diversitas significatorum. Unitas enim predicta in equivoce movet ad credendum quod non est. scilicet

unitate significandi. Diversitas autem ostendit creditum esse falsum

Equivoce tres sunt modi. Scilicet primo videndum est quod sit fallacia a equivoce. Tunc fallacia equivoce est deceptio perveniens ex eo quod aliquis dicitio manens una secundum substantiam et secundum modum proferendi diversa significat.

Primo autem modo potest ex significatione vel significatione dictionis.

Et significatione sic paralogisat. omnis canis currit. sydus celeste est canis. ergo sydus celeste currit. Solutio utraque premissarum est duplex. quia hoc nomen canis est multiplix equivoce significans animal latrabile. sydus celeste. et pisces marinum et sic maior uno modo est vera. et alio modo falsa. et si minor. Et sic. omne expediens est bonum. malum est expediens ergo malum est bonum. Solutio expediens dicitur equivoce. Uno modo idem est quod bonum. Alio modo idem est quod necessarium quod accidit in minus malum. quod oportet fieri ad evitandum maius malum. Tunc utraque premissarum est duplex. quia uno modo est vera. alio modo est falsa. Et significatione paralogisat sic. iste panis est de aglia. aglia est terra. ergo iste panis est de terra. Non se quiet quia prima est duplex ex eo quod hec

## Tractatus sextus

prepositio de potest dicere circumstantiam cause materialis et sic est falsa. vel potest dicere locum et originem et sic est vera. vel sic in quocumque est egritudo ipsum est animal. sed in humorum inadequatione est egritudo. 6<sup>o</sup> humorum inadequatio est animal. Prima est duplex. quia hec prepositio potest dicere causam efficientem et sic est falsa. vel causam formalem sive subiectum in quo est et sic est vera. Similiter dicendum est de minori. vel sic proprius est qualitati secundum eam simile dissimile dici. sed secundum similitudinem dicitur aliquis similis vel dissimilis. ergo similitudo vel dissimilitudo sunt qualitates. quod falsum est. primo sunt relationes. Prima est duplex eo quod hec prepositio secundum potest dicere circumstantiam cause efficientis et sic est vera quia due qualitates eiusdem speciei faciunt unam similitudinem et sic qualitas est causa efficiens similitudinis. Si autem dicat circumstantiam cause formalis sic est falsa. quia qualitas non est causa formalis similitudinis. Et e converso dicendum est de minori. Similiter omne sanum est animal. vnum est sa-

na. ergo vnum est animal. vtraque premissarum est duplex quia sanum dicitur de animali ut de subiecto. et de vnum ut de signate vel iudicante. de cibo ut de efficiente. de dieta ut de seruante. et sic alio et alio modo sanitas ad hec comparatur. et secundum hoc habet diuersas significaciones. Ex significatione sic paralogizat. quicumque sanabat sanus est. laborans sanabat. ergo laborans sanus est. Minor est duplex et eo quod hoc participium laborans potest dicere presentis tempus et sic est vera et tunc est sensus laborans nunc sanabatur. Si autem dicat preteritum sic est falsa. et sic est sensus laborans tunc sanabatur. et e converso dicendum est de conclusionem. laborans enim equiuocum est ad laborantem nunc et ad laborantem tunc. Et eodem modo est hic. quicumque surgebat stat. sedens surgebat. ergo sedens stat. et eodem modo respondendum est sicut fuit responsum ad alium paralogismum: Alio modo potest fieri e converso quando dictio potest teneri materialiter vel consignificatiue sicut hic. deus est ubique. ubique est aduerbiu. ergo deus est aduerbiu. Dicendum quod prima est duplex eo quod hec dictio ubique potest

## De fallaciis.

teneri materialiter vel consignificatiue. si materialiter sic est falsa. si consignificatiue sic est vera. sed non sequitur conclusio. Secundus modus equiuocationis prouenit ex transumptione dictionis. Unde transumptio ut hic sumitur est acceptio dictionis significantis vnius et impositione ad significantum aliud per similitudinem. Et secundum istum modum sic formatur paralogismus. Quicumque ridet habet os. prateritum ridet. ergo prateritum habet os. Prima est duplex eo quod hoc verbum ridet potest teneri proprie et ex impositione vel transumptiue. Si proprie sic est vera et non sequitur conclusio. si transumptiue sic est falsa et sic sequitur conclusio. hoc enim verbum ridere est equiuocum ad ridere et ad florere. quia ridere significat ex prima impositione risum ab ore emittere. florere enim significat per quandam transumptionem florere enim et ridere quandam similitudinem habent: quia vtrique denotatur gaudium. et ideo ridere transumitur ad florere ut vult aristoteles. ideo sumentes aliquam similitudinem transferunt. Quicumque currit ha-

bet pedes. secana currit. ergo secana habet pedes. Atrique premissarum est duplex. quia hoc verbum currit vel tenetur proprie vel transumptiue. currere enim et labi assignantur in velocitate motus secundum quod currit sumitur proprie: sic maior est vera et minor falsa. si transumptiue tunc est e converso. Tertius modus prouenit ex eo quod aliqua dictio plura significat composita. separata vero vnum solum. ut hec dictio immortale vno modo dicitur quasi non potens mori. Alio modo dicitur quasi potens non mori. Et secundum hoc sic formatur paralogismus. omne immortale est perpetuum. sed omne potens non mori est immortale. ergo omne potens non mori est perpetuum. Atrique premissarum est duplex cum hoc nomen immortale sit equiuocum ut dictum est. Item omne incorruptibile est perpetuum. sed omne potens non corrumpi est incorruptibile. ergo omne potens non corrumpi est perpetuum. Atrique premissarum est duplex eo quod incorruptibile vno modo idem est quod non potens corrumpi. et sic incorruptibile est perpetuum. et sic maior est

vera et minor est falsa. Alio modo idem est quod potens non corrumpi. ut prius homo potuit non corrumpi. et in hoc sensu maior est falsa et minor vera. et sic solvendi sunt paralogismi equivoicationis per distinctionem paralogismorum secundum equivoicationem ut prius patuit. Recta solutio est manifestatio silogismi falsi et propter quid est falsus. et hoc continetur dupliciter. scilicet vel distinguendo vel aliquam premissarum interimendo. Secundo modo respondendum est ad omnes peccates in materia. et ad omnes orationes in utroque peccantes respondendum est utroque modo. scilicet distinguendo et aliquam premissarum interimendo. non secundum idem sed secundum diversa.

Curca hunc textum notandum est primo quod hic consequenter autor noster determinat de fallacijs in speciali. et primo de fallacia equivoicationis. eo quod habet fieri circa multiplex actuale dictionem quod est prius omnibus alijs multiplicibus. Et distinguitur sic equivoicatio quod est multiplicitas dictionis eiusdem secundum substantiam et modum proferendi diversa tam significantis. Et est duplex equivoicatio. scilicet a casu et a consilio. ut visus est in antepredicamentis. Patet ergo ex illa definitione quod fallacia equivoicationis habet fieri ex eo quod aliqua dicitio actualiter una plura significat. et tenetur pro diversis. Ideo causa apparente huius fallacie est unitas dictionis eiusdem secundum substantiam et modum proferendi. propter quas unitatem in voce creditur quod sit unitas in significatione. Et sumitur maxima confirmatio argumentorum factorum secundum hanc fallaciam sic.

Omnis dicitio actualiter una habet tamen unum significatum. Causa vero defectus est pluralitas significatorum. Et secundum has duas causas distinguitur fallacia equivoicationis. Sic enim potest diffiniri ex parte cause apparente quod est ydoneitas decipiendi proveniens ex idempnitate dictionis eiusdem secundum materiam et formam diversam significantis. Sed ex parte cause defectus potest sic diffiniri quod est deceptio proveniens ex pluralitate significatorum dictionis eiusdem secundum materiam et formam. Et huius fallacie tres modi assignantur ab autore. Quorum sufficientia sic habetur. Quia omnis modus fallacie equivoicationis fit ex aliqua multiplicitate dictionis. Aut ergo illa dicitio secundum se est multiplex. Aut ergo illa dicitio secundum se est simplex. Si secundum se est simplex. Si primus hoc est dupliciter. quia vel eque primo plura significat et sic est primus modus. vel principaliter significat unum et transumptive sive secundario significat reliquum et sic est secundus modus. Unde primus modus fallacie causatur ex hoc quod una dicitio principaliter et ex alijs alijs plura significat. Et sic secundus intentioem autem primus modus habet duos modos partiales. Primus est ex significante dictionis ut canis plura significat ex impositioe. Secundus est ex significatoe. Et secundum hoc dicitur quod significare in distinctionibus predictis et significatio similiter accipiuntur generaliter ut se extendunt ad significatoes proprie dictam et ad configurationationem. Et secundum hunc modum posset sic paralogisari. Qui cumque discunt sunt sapientes. ignorant discunt ergo ignorant sunt sapientes. Debet solui iste paralogismus per distinctionem utriusque premissarum. eo quod si dicere accipitur in utraque premissarum pro docere maior est vera et minor falsa. et sequitur conclusio falsa sicut et minor. Si vero in utraque accipitur pro doceri sic maior est falsa minor vera et sequitur conclusio. Et si capitur in maiore pro docere et in minore pro doceri sic premissae sunt vere et non sequitur conclusio propter multiplex eo quod ibi sunt quatuor termini. Et eodem modo solvendi sunt plures similes paralogismi. quoniam enim ambe premissae sunt multiplices ambe sunt distinguende etiam si in utroque sensu sint de aut in utroque sensu false. Et non solum secundum hanc fallaciam fiunt argumentationes silogistiche sed etiam entimematice. hic enim arguitur per hanc fallaciam. quicumque discunt sunt sapientes ergo ignorant sunt sapientes. Et debet solui per distinctionem antecedentis. Et similiter haec fallacia non solum habet fieri vel causari ex multiplicitate dictionum cathegorematicarum sed etiam ex multiplicitate dictionum sincathegorematicarum. ut hic. quicquid est in hoc vase est aqua. color est in hoc vase. ergo color est aqua.

Et debet solui per distinctionem utriusque premissae eo quod illa propositio potest dicere habitudine contentis ad contentum. vel accidentis ad subiectum. Iste etiam modus secundum autorem habet fieri cum arguitur a magis amplo ad minus amplum vel econtra. ut sic arguendo. quicumque sanabatur sanus est. laborans sanabatur. ergo laborans sanus est. in minore enim laborans tenetur pro presentibus et pro preteritis ratione verbi preteriti temporis. in conclusione vero tenetur pro presentibus tantum. Ideo patet qualiter diversimode arguitur in minore et in conclusione.

Sciendum est secundo quod secundus modus huius fallacie fit ex hoc quod aliqua dicitio principaliter unum significat et aliud transumptive. ut videre principaliter significat actum omni seu videndi et transumptive ad significandum florere. similiter currere principaliter significat modum progressivum et transumptive ad significandum fluxum aque. Et paralogismus facti secundum hunc modum non solvitur per distinctionem utriusque premissarum sed solum per distinctionem illius in qua sumitur terminus equivoicus cum aliquo pertinente ad suum scolarium significatum. Cuius ratio est quia quandoque ponitur terminus analogus sine restrictione semper accipitur pro principaliori significato. quod vero sumitur respectu predicati convenientis sibi pro significato transumptivo potest accipi pro parte sicut et transumptive. Et secundum hoc potest sic paralogisari. quicquid ridet habet os. pratum ridet. ergo pratum habet os. Similiter sic. quicquid currit habet pedes. secana currit. ergo secana habet pedes. Et debent solui isti paralogismi per distinctionem minoris eo quod dicitio transumptive accepta potest capi pro suo proprio significato et tunc minor erit falsa et maior vera et sequitur conclusio. si vero accipitur transumptive minor erit vera et etiam maior sed non sequitur conclusio propter multiplex quia ibi sunt quatuor termini.

Sciendum est tercio quod tertius modus huius fallacie secundum autorem non solum habet fieri quando aliqua dicitio simplex per se sumpta non habet plura significata. ipsa vero coniuncta cum alia plura habet significata. ut immortale tantum habet unum significatum coniunctum alteri plura significat. Et secundum hoc fit iste paralogismus. omne immortale est perpetuus. potens non movetur est immortale. ergo potens non movetur est perpetuus. et per consequens fontes qui est potens non movetur est perpetuus. Iste paralogismus solvitur per distinctionem huius quod est immortale. quia si immortale primo modo capitur per se non valet sicut non potens movetur. sic maior

est vera et minor falsa. Si vero econtra sic maior est falsa et minor vera. Et his duobus modis est bona consequentia. sed sicut consequens est falsitas et antecedens. si vero accipitur in unum modo et in alia alio modo consequentia non valet sed est fallacia equivoicationis. Sed nunc videndum est de modo solvendi paralogismos huius fallacie. et primo recitabitur opinio aliquorum cuius rationibus eorum. secundo respondebitur ad questionem secundum opinionem propriam respondendo ad rationes alterius opiniois. Est ergo opinio aliquorum quod paralogismi huius fallacie et generaliter cumsumque fallacie non sunt solvendi per distinctiones. Rationes assignantur. quia nulla propositio est distinguenda. quod probant tripliciter. Primo sic. quia omnis propositio vel est vera vel falsa. si sit vera est concedenda si sit falsa est neganda. ergo nulla propositio est distinguenda. Secundo probant sic. quod omnis propositio vel significat taliter esse sicut est et sic est concedenda vel significat taliter qualiter non est. et sic est falsa. et per consequens neganda. ergo omnis propositio est concedenda vel neganda. Tertio sic probant. quod si aliqua propositio esset distinguenda hoc esset propter multipliciter suorum sensuum et tunc vel illa propositio significat suos sensus copulative vel disiunctive. si copulative vel omnes sensus eius sunt veri. sic est vera quod ad veritatem copulative requiritur qualibet eius parte esse vera. vel aliquis eius sensus est falsus et sic est falsa ut per consequens neganda quia ad falsitatem copulative sufficit unam partem esse falsam. Si significat suos sensus disiunctive hoc est dupliciter. quia vel omnes illi sensus sunt falsi et sic est simpliciter falsa. quod ad falsitatem disiunctive requiritur utraque partem esse falsam et sic simpliciter est neganda. vel aliquis sensus est verus et sic propositio est simpliciter concedenda. quia ad veritatem disiunctive sufficit unam partem esse veram et ita patet secundum eos quod nulla propositio est distinguenda. Quamvis ergo ad hoc quod dicunt quod nulla propositio est distinguenda hoc est simpliciter falsum. Quod probatur quod propositio in qua ponitur terminus equivoicus est vera in uno sensu et falsa in alio. ergo illa est distinguenda. alias enim esset concedenda et neganda simul et tunc non posset evitari methoda redargutionis. ergo aliqua propositio est distinguenda. Ideo ad rationes eorum respondetur. Et primo ad primam concedendo quod omnis propositio una si est vera est concedenda et si falsa est neganda. sed non oportet quod omnis propositio. que est non una sit simpliciter concedenda vel neganda cuiusmodi est propositio in qua ponitur terminus equivoicus ideo in uno sensu potest esse vera et in alio falsa. Et adhuc dato quod in omnibus sensibus esset vera adhuc respondens debet solvere per

Altera de paralogismis huiusmodi est equivoicatio non esse solvenda per distinctionem

Si dicitur quod propositio est distinguenda hoc est simpliciter falsum. Quod probatur quod propositio in qua ponitur terminus equivoicus est vera in uno sensu et falsa in alio. ergo illa est distinguenda.

De opinione

quod dicitur quod propositio est distinguenda hoc est simpliciter falsum. Quod probatur quod propositio in qua ponitur terminus equivoicus est vera in uno sensu et falsa in alio. ergo illa est distinguenda.

Terminis

distinctionem ne videatur ignorare multiplici-  
 tes terminorum et sensuum propositionis. Ad  
 scdm rationem eorum dicitur qd si propositio v-  
 na significat ita esse sicut est et qd nullo mo signi-  
 ficat taliter esse qualiter non est simpliciter coe-  
 de da. Si si propositio nō vna habeat duos sen-  
 sus adhuc est distinguenda cuiusmodi est illa in  
 qua ponitur terminus equiuocus vel multiplex  
 vmo scdm doctrinam aristotelis non soluz illa qd  
 est vera in vno sensu et falsa in alio est distingue-  
 da sed etiā illa que habz plures sensus et in quo  
 libet est vera siue in quolibet falsa. Ad tertiam  
 rationem eorum respōdetur qd propositio multi-  
 plex nō significat copulatiue vel disiuctiue di-  
 uersos sensus quos habz sed significat eos pe-  
 nitus inconiuncte. et ita istud argumentum fun-  
 datur in vno falso quia supponit qd propositio  
 significat sensus suos copulatiue vel disiucti-  
 ue qd est falsum. Relinquitur ergo qd silogismi  
 huius fallacie sunt soluendi per distincōes et p-  
 coequeus multi alij paralogismi. Nū aliqui di-  
 cunt qd Quis paralogismi primi modi huius fallacie  
 sint soluendi per distincōes non tñ scdm modi  
 quoz motuum est istud. qz omne analoguz per  
 se positum de virtute sermonis stat pro famosi-  
 ri significato. id concludunt qd nulla propositio  
 multiplex penes scdm modum huius fallacie de  
 virtute sermonis est distinguenda. Sed istud  
 dictū est falsuz qz tunc sequeretur qd respondēs  
 sophista nō posset euadere metham inopinabil-  
 lis. sed hoc est inconueniens. ergo etc. sequentia  
 patet qz quicunqz negat dicta sapientissimoz et  
 approbatissimoz ducitur ad methā inopinabil-  
 fivi argumentariis fuerit coactus. sed sapiētes  
 vtiuntur ppositiōibus multiplicibus penes scdm  
 modum huius fallacie et hoc aliqui in sensu mi-  
 nō pprio et transumptiue sicut poete theologi et  
 predicatorēs vt satis patet manifeste. ergo para-  
 logismi huius secundi modi sunt soluendi per di-  
 stincōes. Sed ad hoc bñ soluendum ponitur  
 talis regula qd nunq̄ propositio aliqua est distin-  
 guenda penes scdm modum fallacie equiuocati-  
 onis nisi qñ terminus equiuocus a silio cōpa-  
 ratur ad aliqd verificabile de ipso pro eius scda-  
 rio significato. vt ista non est distinguenda hō ē  
 aial quis ponatur ibi equiuocus terminus a cō-  
 silio. et hoc ideo est qz nō cōparatur ad aliquod  
 predicatum verificabile de eo p eius scdario  
 significato. Sest ista est distinguenda vna est  
 sana. qz iste terminus sanum est equiuocus a cō-  
 silio et cōparatur ad istuz terminū vna de quo  
 verificatur pro eius scdario significato.

**Sed contra predicta ar-**  
 guitur. Primo sic. Dec vox hō pulra significat  
 scz fontem et platonem et sic de alijs hoibus et tñ  
 non est dictio equiuoca. ergo d'issinitio equiuo-

catōis non est bona. Secundo arguitur sic  
 Unitas dictionis plura significantis est causa  
 cognitionis plurium significatoz. ergo non est  
 causa deceptionis. Tercio arguitur sic. In  
 hac propositioe omnis canis currit distribuitur  
 canis pro omnibus suis suppositis cum sibi ad-  
 datur signum vniuersale. ergo illa propositio ē  
 falsa et silogismus in quo ipsa est maior est bo-  
 nus. Quarto arguitur sic. Pluralitas sig-  
 nificatorum se tenet ex parte rei. ergo causa defe-  
 ctus fallacie equiuocatiōis se tenet ex parte rei  
 et per consequens fallacia equiuocatiōis non  
 est fallacia in dictione sed extra dictionem.

**Ad rationes. Ad primā**  
 dicitur qd Quis homo significet plura contem-  
 ta sub vno principali significato et primario tamē  
 non significat primo et per se. vmo tñ primo et p-  
 se significat humanitatem. Ad secundam  
 dicitur qd apud cognoscentem et intelligentem ta-  
 lis vnitas dictionis est causa cognitionis signi-  
 ficatoz. sed est causa deceptionis apud igno-  
 rantem. Ad tertiam dicitur negando ma-  
 iorem quia solum distribuitur pro vno suo sig-  
 nificatoz. et ratio est ista quia dicitur est mul-  
 tiplicatio vni in plura. cum ergo terminus e-  
 quiuocus habeat aliquod vnum significatū se-  
 quitur qd non potest distribui vnica distributiōe  
 pro omnibus suis suppositis sed tot distributio-  
 nibus debet distribui quot habet significata.

Ad quartam dicitur qd omnes fallacie in  
 hoc conueniunt qd causa defectus sumitur a pte  
 rei ideo non dicuntur fallacie in dictione aut ex-  
 tra dictionem ex parte cause defectus sed soluz  
 a parte cause apparente que aliquando se tenet  
 ex parte dictionis et aliquando ex parte rei.

**Amphibologia est multi-**  
**plicitas oratiōis eiusdē**  
**secundum substantiam et secu-**  
**dum modum proferendi diuer-**  
**sa significatiōis. Fallacia au-**  
**tez amphibologie est deceptio**  
**proueniens ex idemptitate ora-**  
**tionis eiusdem secundum sub-**  
**stantiam et secundum modum**  
**proferendi diuersa significan-**  
**tis. Causa apparentie est idēp-**  
**titas orationis eiusdem secun-**  
**dum substantiam et secundum**

modum proferendi. Causa fal-  
 sitas est diuersitas significato-  
 rum. Et dicitur amphibologia  
 ab anphi quod est dubium et  
 bole sententia quasi dubia sen-  
 tētia. Amphibologie tres sūt  
 modi. Primus modus pro-  
 uenit ex eo qd aliqua oratio pri-  
 cipaliter plura significat. vt li-  
 ber aristotelis. hec enim oratio  
 est duplex. Vno modo idem est  
 qd liber editus ab aristotele.  
 Alio modo idēz est quod liber  
 possessus ab aristotele. Et for-  
 matur sic paralogismus. quic-  
 quid est aristotelis possidetur  
 ab aristotele. iste liber est aristo-  
 telis. ergo possidetur ab aristo-  
 tele. Atrazq; premissaruz est du-  
 plex vt dictum est. Secun-  
 dus modus amphibologie proue-  
 nit ex transumptione oratiōis  
 Transumptio autem oratiōis  
 est quando oratio proprie sig-  
 nificans vnum transumitur ad  
 significandum aliud propter a-  
 liquam similitudinem repertaz  
 in ipsis. vt littus aratur transu-  
 mitur ad operam perdi. Et for-  
 matur sic paralogismus. quic-  
 quid aratur aratro scinditur. li-  
 tus aratur quando indocilis  
 docetur. ergo quando indoci-  
 lis docetur littus aratro scin-

ditur. Adior est duplex. quia  
 littus arari significat proprie  
 terram scindi. transumitur au-  
 tem ad operam perdi. Et est si-  
 militudo in hoc qd qui littus a-  
 rat operam perdit et in frustra  
 laborat. Tercius modus  
 amphibologie prouenit ex eo  
 qd aliqua oratio composita plu-  
 ra significat. separata hō vnū  
 solum. vt seculum scit. hec enim  
 oratio est duplex. significat enī  
 qd aliquis sciat seculum. vel qd  
 seculum habeat scientiam de a-  
 liquo. Et ideo oratio ē duplex  
 ex eo qd hoc verbum scit potest  
 ordinari cum hoc quod est se-  
 culum a parte ante. et sic est ve-  
 ra. et sic non sequitur conclusio  
 vel a parte post. et sic est falsa.  
 et sic sequitur conclusio. Simi-  
 liter hic. Quicquid scit hoc scit  
 quia hec dictio hoc potest sup-  
 ponere huic verbo scit vel ap-  
 ponere. Similiter hic. Quoscu-  
 qd vellem me accipere velles qd  
 acciperent. pugnant vellem  
 me accipere. ergo velle qd pug-  
 nantes acciperent me. Adior  
 est duplex qz hec dictio me po-  
 test ordinari cum isto verbo ac-  
 cipere a parte ante. et sic est ve-  
 ra et non sequitur conclusio. vī  
 a parte post et sic est falsa et se-

Textus  
 man' qd nlla cor' q' q'  
 uoca sunt conuenit  
 respondere simpliciter  
 nec si de aliis dicitur



## Tractatus sextus

quitur conclusio. Similiter ista dictio pugnantis potest supponere vel apponere. Similiter hic. Quicquid videt aliquis hoc videt. columnam aliquis videt ergo columna videt. Ad aliorum est duplex ut dictum est in alijs. Similiter hic. Quicumque sunt episcopi sunt sacerdotes. asini sunt episcopi. ergo asini sunt sacerdotes. Et utraque premissarum est duplex et eo quod hec dictio episcopi potest esse nominatiui casus vel genitiui. Ad autem deceptio facta ex diuersitate casus faciat amphibologiam patet quia casus datus est dictioni ad hoc ut ordinetur cum alia dictione. Sed ordinatio dictionis cum dictione facit amphibologiam et non equiuocationem. hoc enim patet ab aristotele formate paralogismos amphibologie secundum diuersitates casus et non equiuocationis.

Sciendum est quod aristoteles ponit tres modos communes equiuocationi et amphibologie. Primus modus est quando dictio vel oratio plura principaliter significat. dictio ut canis. oratio. ut liber aristotelis. Secundus modus est quando sic soliti sumus dicere secun-

dam transumptionem transumptio in dictione. ut ridere. in oratione. ut litus aratur.

Tercius modus est quando compositum plura significat. separatum vero unum solum. Exemplum in equiuocatione. ut his dictionibus immortalis incorruptibile. Exemplum in amphibologia. ut in ista oratione seculum scit. In omnibus enim istis compositis plura significat. separatum vero unum solum. Queritur de distinctione istorum trium modorum communium. quorum primus est. quantum ad euationem quando unum nomen principaliter plura significat. secundus prouenit ex transumptione. tercius est quando unum nomen compositum plura significat. simplex vero unum solum. ut immortalis incorruptibile et hoc totum verum. Sed tunc obicitur deceptio proueniens ex consignificatione dictionis non continetur sub aliquo istorum trium modorum in equiuocatione. verbi gratia. sicut in hoc syllogismo. quicumque sanabatur sanus est. laborans sanabatur. ergo laborans sanus est. non continetur sub tercio modo. quia laborans non est dictio composita. nec sub secundo quia hec dictio laborans non tenetur transumptiue. nec sub primo: quia primus prouenit ex principali significatione. sed hec dictio laborans non significat principaliter tempus. sed ex consequenti per accidentiam. ergo illa deceptio facta ex consignificatione non est sub aliquo istorum trium modorum. Solutio. deceptio facta ex consignificatione dictionis continetur sub primo modo equiuocationis. Ad hoc quod obicitur quod primus modus prouenit ex principali significatione dicendum est quod principalis significatione appellatur hic. quicquid ex eadem impositione importatur per dictionem. sed ex eadem impositione significat quelibet dictio significationes et sua accidentiam. Ille enim qui imposuit hoc nomen lapis ad significandum lapidem. sub tali genere sub tali numero imposuit et sic eadem impositione imposuit ipositor. quia hec dictio laborans importat suum significatum et consignificatur et sic de alijs. Vel dicendum est quod principalis significatione ponitur in primo modo equiuocationis et

## De fallacijs.

amphibologie ad remouendum transumptionem in eos. quia transumptio significat per dictionem non principaliter. ut ridere non principaliter significat florere. sed transumptiue et per quandam similitudinem et hec dictio laborans significat presens tempus et preteritum imperfectum. Item queritur quare deceptio facta ex quibusdam accidentibus facit equiuocationem et ex quibusdam amphibologiam. Solutio. dico quod quedam sunt accidentia que consequuntur dictionem non absolute sed prout est ordinabilis cum alia dictione. sicut casus. numerus. ordinantur per dictiones adinuicem per talia accidentia. Male enim diceretur homines currit. quia ibi non est debitus numerus nec debitus casus. et deceptio ex talibus accidentibus est deceptio in oratione. et sic est in amphibologia et non in equiuocatione. Sed sunt alia accidentia absoluta que consequuntur dictionem per se ut tempus et genus et per talia accidentia non ordinantur dictiones adinuicem quia sicut bene dicitur homo currit ita bene dicitur homo currebat. An

rans non est dictio composita. nec sub secundo quia hec dictio laborans non tenetur transumptiue. nec sub primo: quia primus prouenit ex principali significatione. sed hec dictio laborans non significat principaliter tempus. sed ex consequenti per accidentiam. ergo illa deceptio facta ex consignificatione non est sub aliquo istorum trium modorum. Solutio. deceptio facta ex consignificatione dictionis continetur sub primo modo equiuocationis. Ad hoc quod obicitur quod primus modus prouenit ex principali significatione dicendum est quod principalis significatione appellatur hic. quicquid ex eadem impositione importatur per dictionem. sed ex eadem impositione significat quelibet dictio significationes et sua accidentiam. Ille enim qui imposuit hoc nomen lapis ad significandum lapidem. sub tali genere sub tali numero imposuit et sic eadem impositione imposuit ipositor. quia hec dictio laborans importat suum significatum et consignificatur et sic de alijs. Vel dicendum est quod principalis significatione ponitur in primo modo equiuocationis et

## Tractatus sextus

licz tempus varietur. manet ta-  
men ea dem constructio. 7 ideo  
non construuntur mediante te-  
pore. et sic deceptio ex talibus  
accidentibus fit in dictione.  
Et ita in equiuocatione et non  
in amphibologia.

Et circa hunc textum notandum est primo qd  
hic consequenter antea determinat de fallacia a  
phibologie que fit secundum multiplex actuale  
orationis dicens. Amphibologia est multis  
placitas orationis eiusdem secundum substantias  
et modis proferendi diuersa significatio. vt hec  
oratio liber aristotelis manes vna habet plures  
sensus secundum qd iste generatus aristotelis po-  
est constructi in habitu dicitur possessoris vel cause  
efficientis. Et dicitur amphibologia ab am-  
phi quod est dubium et bole sententia quasi du-  
bia sententia. Et licet amphibologia dicatur du-  
bia sententia non tamen quilibet dubia sententia  
est amphibologia quia illa interpretatio non est  
conuerbilis cum interpretato. Et enim aliquis  
dubitat de conclusione demonstrationis an sit  
vera vel falsa habet dubiam sententiam 7 tamen  
in illa conclusione non est amphibologia. Et  
ad istam fallaciam reducuntur omnes orationes  
in quibus est allegoria. antiphrasis. yperbole. 7 mul-  
te alie figure tropi. quia tales orationes habent  
duplicem sensum. Non tamen est intelligendum  
qd quicunqz e aliqua oratio eadem secundum materiam  
et formam 7 diuersas habet sententias qd ibi fit mul-  
tiplicitas secundum amphibologiam quia omnes  
que sunt multiplices secundum equiuocationes  
sunt eadem secundum materiam et formam. et ha-  
bent diuersas sententias 7 tamen in eis non e mul-  
tiplicitas secundum amphibologiam ymo secun-  
dum equiuocationem. Debet ergo sic intelligi qd  
aliqua oratio eadem secundum materiam et for-  
mam habens diuersas sententias et non prop-  
ter multipliciter alicuius suorum significatio-  
rum sed ratione totalis orationis talis oratio est  
multiplex secundum amphibologiam. sicut illa  
propositio. haurit aquas cribro denicus absqz  
libro. habet diuersas sententias 7 tamen non pro-  
uenit ex equiuocatione suorum significatorum.  
sed ratione totalis orationis ideo illa oratio e di-  
stinguenda secundum amphibologiam. Ta-  
men est aduertendum qd amphibologia potest ca-  
pi dupliciter. Vno modo dicitur pro quacunqz sen-  
tentia dubia 7 sic non accipitur hic. Alio modo  
accipitur specialiter pro multipliciter orationis  
eiusdem secundum substantiam et modum pro-

ferendi non proueniente ex equiuocatione alicuius  
dictionis posite in illa oratione quia sic facta fal-  
lacia amphibologie. Et causa apparen-  
te huius fallacie est vnitatis orationis eiusdem se-  
cundum materiam et formam propter quas vni-  
tatem credimus qd sicut oratio est actualiter vna  
qd habeat vnum sensum tantum. Et secundum hanc  
causam sumitur hec maxima falsa. Omnis oratio  
actualiter vna tantum habet vnum significatum  
Causa vero defectus est multiplicitas sensu-  
sum eiusdem orationis secundum materiam et formam

Et secundum has duas causas possunt dari  
due distinctiones eius. Prima enim erit ista que  
dabitur ex parte cause apparentie 7 hoc sic. Fal-  
lacia amphibologie est ydoneitas decipiendi p-  
ueniens ex idempotentia eiusdem orationis secundum sub-  
stantiam et modis proferendi diuersa significantia. Et  
ex parte cause defectus sic diffinitur. Fallacia est  
deceptio proueniens ex pluralitate sensuum ora-  
tionis eiusdem secundum materiam et formam

Et huius fallacie tres sunt modi similes mo-  
dis fallacie equiuocationis. Pro quoz declarande

### Sciendum est secundo qd

primus modus huius fallacie prouenit ex eo qd  
aliqua oratio vna secundum substantiam et mo-  
dum proferendi eque primo. habet plures sensus  
vt hec oratio cecus contingit videre habet duos  
sensus. vnus est qd contingit qd aliquis videat ce-  
cum. Alius est contingit qd cecus videat aliquem  
Similiter hec oratio contingit tacentes loqui ha-  
bet duos sensus. vnus est qd contingit qd tacens  
loquatur. Alius est contingit qd aliquis dicat a-  
liquam rem esse tacentem. et iste est verus. Et  
potest sic paralogisari. quicunqz contingit dice-  
re contingit loqui. tacentem contingit dicere. et  
ergo contingit tacentem loqui. Et soluitur per di-  
stinctionem orationis tacentem contingit loqui

Et est aduertendum qd secundum hunc modum  
omnes propositiones in quibus ponitur ablatiuus  
in designatione consequente sunt distinguende. sicut  
ista oratio. nullo homine currente tu es alius  
secundum qd potest resolui per duas aut tres co-  
iunctiones et aduerbiu temporale. scz p duz per  
si vel per quia. Similiter debent propositiones in  
quibus ponitur gerundia ablatiu casus distin-  
gi per istum modum sicut illa oratio. neutru  
oculum habendo tu potes videre. quia illa potest  
esse conditionalis causalis vel temporalis. Et  
similiter sed hunc modum reducuntur omnes  
orationes que sic se habent qd habent diuersas  
sententias propter diuersas habitudines dictio-  
nis regentis ad dictionem rectam. sicut illa ora-  
tio liber aristotelis. Et ad hoc facilius cogno-  
scendum ponuntur alique regule. Prima est  
quando plura nomina eiusdem casus. quorum  
vnum non est determinatio alterius sequuntur

De fallaciis.

## De fallaciis.

vel procedunt aliquod verum quod potest eo-  
dem modo regere vtraz et inter illa nomina po-  
nuntur infinitiuis illa oratio est distinguenda se-  
cundum predicatum modum. vt hec oratio.  
Audis grecos vixisse romanos. habet duos  
sensus. vnus sensus est. audio qd greci vixerunt  
romanos. Alius est. audio qd romani vixerunt  
grecos. Et similiter dicendum est de hac oratioe  
vellem me accipere pugnantes. et sic de similibus

Secunda regula est. omnis oratio in qua po-  
nuntur actus eum infinitiuis regente accipitur  
a parte post est distinguenda secundum hunc mo-  
dum eo qd potest regi a parte antea vel a parte post  
vt contingit tecum videre. Tercia regula est.  
omnis oratio in qua ponitur dicitio exclusiua est  
modo est distinguenda secundum hunc modum.  
eo qd potest esse exclusiua vel de exclusio subie-  
cto vel de exclusio predicato. Nam si est de exclusio  
predicato vt in ista tantum deum esse est necessa-  
rium sensus eius est. tantum hec propositio de-  
est est necessaria et ille est falsus. si autem sit de  
exclusio subiecto tunc est sensus. hec propositio  
est necessaria tantum deus est deus et ille sensus  
est verus. Eodem modo dicendum est de istis. tantum  
hominem esse fontem est verum. tantum album  
esse nigrum est impossibile. tantum homines esse  
asinum est falsum. Quarta regula est quam  
docunqz accipitur modus cum aliquo dicto in  
aliqua propositione illa potest distinguui penes hunc  
modum. vt hec oratio tacentem contingit dicere.  
secundum qd ly tacentem constructur ante infiniti-  
uum habet duos sensus. vnus est hec est conti-  
gens tacens loquitur. alius est hec demonstrando  
illum scz qui tacet loquitur. Et eodem modo dicen-  
dum est de istis possibile est sedentes nonambu-  
lare. possibile est non scribentes scribere. Quin-  
ta regula est quia in aliqua propositione ponitur ali-  
quis modus mediante aliquo verbo et mediante  
ista coniunctione qd illa propositio est distinguenda  
secundum hunc modum. vt ista propositio possibi-  
le est qd album sit nigrum. hec propositio habet  
duos sensus. vnus est. hec est possibilis album  
est nigrum. alius est. hec est possibilis hoc est ni-  
grum demonstrando per ly hoc illud quod nunc e  
album. Sexta regula est quia dictum alicuius  
propositionis ponitur cum aliquo modo mediante  
te aliquo verbo bis sumpto significante actum  
humani illa propositio est distinguenda secun-  
dum hunc modum. vt hec oratio quicunqz dicit  
te esse animal dicit verum habet duos sensus.  
vnus est quicunqz dicit hanc propositionem tu es  
animal dicit verum. et ille sensus est verus. Alius  
sensus est. quicunqz dicit aliquam propositionem  
antecedentem ad istam tu es animal dicit verum. 7  
iste sensus est falsus. nam qui dicit te esse animal  
non dicit verum. et tunc dicit vna propositionem  
antecedentem ad hanc. tu es animal. Septima

ma regula est que includit multas partiales. et  
est ista quicunqz inter duos terminos in aliqua  
propositione positos reperitur aliqua coniunctio.  
conditionalis copulatiua disiunctiua vel causalis  
aut aduerbiu locale vel temporale talis propo-  
sitiu distinguui debet eo qd ipsa potest esse ypothetice  
vel de ypothetico subiecto. vt si ponatur co-  
iunctio disiunctiua illa potest esse disiunctiua vel  
de disiuncto extremo. Et quis amite predictarum  
propositionum possint distinguui secundum compositio-  
nem et distributionem vt postea patebit. non est ta-  
men inconueniens eas distinguui penes amphi-  
bologiam cum in eadem oratione possint dari  
due tres vel aliquando omnes fallacie.

### Sciendum est tercio qd

secundus modus huius fallacie prouenit ex eo  
qd aliqua oratio actualiter vna proprie h3 vnus  
sensus et de virtute sermonis. sed ex vtu loque-  
tium accipitur seu transsumitur ad significandum  
aliam sententiam sicut hec propositio lupus est  
in fabula proprie significat qd deceptio est in li-  
po 7 transsumptiue significat qd iniquus accedit  
vel audit fabulam. Similiter hec oratio litus a-  
ratur habet vnum sensum proprium 7 aliu tran-  
sumptiuum. Et secundum hunc modum sic pa-  
ralogisatur. quicquid aratur. aratro scanditur.  
sed litus aratur. ergo litus aratro scanditur. mi-  
nor enim est duplex. qd vel illa oratio accipitur i  
sensu proprio et sic illa propositio est falsa. 7 be-  
ne sequitur conclusio. vel accipitur in sensu tra-  
sumptiuo et sic est vera sed non sequitur conclu-  
sio. vnde litus arari transumptiue est operaz p-  
di. Et secundum quosdam ad hunc modum re-  
ducende sunt omnes orationes que proprie sig-  
nificant vnu et improprie siue secundum vnu autoz  
aliud significant. vt foxes est in scipso 7 hic mo-  
dus proportionabilis est secundo modo fallacie e-  
quiuocationis. Tercius modus huius fal-  
lacie prouenit ex eo qd aliqua oratio per se sum-  
pta non habet nisi vnam sententiam. tamen propter hoc  
qd additur ei aliqua dicitio habet plura significa-  
ta. vt hec oratio seculum scit. tantum habet vnu  
significatum. scz qd seculum habet scientia de a-  
liquo. Et si dicatur seculum scit hoc habet alius  
sensus quia sensus est qd hoc habet scientias de  
seculo et est falsus sensus. Alius est qd seculum  
h3 scientias de hoc. Et iste modus huius fallacie  
proportionabilis est tercio modo fallacie equi-  
uocationis. quia sicut in tercio modo equiuoca-  
tionis aliqua dicitio per se sumpta habet tantum  
vnum significatum sed cum additur alteri effi-  
tur multiplex et plura significat. ita tercius mo-  
dus huius fallacie est cum aliqua oratio per se  
sumpta habet tantum vnam sententiam sed cum  
additur ei vna dicitio ipsa habet plures senten-  
tias.

locutio fit de liqz

omnis oratio in qua ponitur dicitio exclusiua est distinguenda secundum hunc modum. eo qd potest esse exclusiua vel de exclusio subiecto vel de exclusio predicato.

omnis

ad terminos

## Tractatus sextus

### Sed contra predicta ar

guntur. Primo sic. In fallacia compositionis et divisionis et multis alijs est dubia sententia. ergo fallacia amphibologie non est ab alijs distincta

Secundo arguitur sic. amphibologia et equivocatio habent eosdem modos. ergo non sunt fallacie distincte.

Tercio arguitur sic. multiplicitas huius orationis omnis a simi sunt episcopi. vel huius propositionis. hoies et a simi sunt a simi prouenit ex parte accidentis vnius dictionis. ergo ipsa non est distinguenda secunda amphibologiam s; scdm equivocationem. Antecedens patet quia multiplicitas non prouenit ex parte casus secundum quem ly episcopi potest esse genitini casus vel nominatiui.

Quarto arguitur sic. vna oratio tantum significat compositionem suorum extremorum. sed compositio extremorum propositio est tñ vna scdm q; duorum est tñ vna compositio. ergo nulla oratio principaliter significat plura quod est contra primum modum.

Ad rationes. Ad primam dicitur q; non quilibet dubia sententia est amphibologia. sed solum illa que prouenit ex multiplicitate orationis eiusdem scdm substantiam et modum proferendi.

Ad secundam dicitur concedendo q; habent eosdem modos generales sed non speciales. et differunt in hoc q; modi equivocationis prouenit ex hoc q; aliqua dicitio complexa actualiter est multiplex. sed modi amphibologie prouenit ex hoc q; aliqua oratio actualiter vna est multiplex multiplicitate dictionis incomplexe.

Ad tertiam dicitur q; duplicia sunt accidentia dictionis. quedam sit absoluta que conueniunt dictioni secundum se et variatio talium accidentium causat equivocationem. Alia sunt accidentia respectiva que conueniunt ei in ordine ad aliam dictionem et variatio talium accidentium causat amphibologiam.

Ad quartam dicitur q; licet duorum extremorum sit vna compositio secundum materiam possunt tamen esse plures in specie secundum q; duo extrema sub diuersis habitudinibus possunt inter se componi ideo vna oratio potest principaliter habere plures sensus.

Equitur de fallacijs facientibus multiplex potentiale. scilicet de compositione diuisione et accentu. Et prius de compositione q; de alijs. quia paralogismi fiunt efficaciores

scdm compositionem ad finem sophistici: qui est apparens sapientia et non existens. et ideo prius dicendum est de compositione q; de alijs.

Compositio est eorum que debent diuidi falsario. Diuisio vero est eorum que debent componi falsa diuisio.

Fallacia compositionis est ydoneitas decipiendi proueniens ex ydemptitate orationis vnius et eiusdem secundum materiam et secundum situm magis debitum partibus in oratione positus. Causa apparentie huius fallacie est oratio diuisa habens ydemptitatem in materia cum oratione composita. Causa falsitatis siue defectus est diuersitas sensus compositi a diuiso. Notandum q; quando est vera in sensu diuiso et falsa in sensu composito tunc est fallacia compositionis. Dicitur tamen oratio composita quando determinatio determinat determinabile illud quod magis apta nata est determinare. et similiter dicitur oratio composita quando dictiones ordinantur secundum situm magis debitum. Et dicitur oratio diuisa quando determinans determinat illud determinabile quod non est magis

## De fallacijs.

gis apta nata determinare. vel quando dictiones ordinantur secundum situm minime debitum

Unde sumitur hec oratio gratia exempli. quicquid viuit semper est. in ista oratione sunt duo determinata. scilicet hoc verbum viuit et hoc verbum est. et est vna determinatio scilicet semper. si ergo hec determinatio scilicet semper determinat hoc verbum est quod ponitur a parte predicati. sic dicitur oratio composita. quia tunc determinatio determinat determinabile quod magis apta nata est determinare. quia illud verbum est ponitur in situ determinato scilicet in predicato. Si autem determinat hoc verbum viuit. sic dicitur diuisa quia determinat illud determinabile quod est minus apta nata determinare. quia illud verbum viuit non ponitur in situ determinato ipsius verbi. et tunc dictiones ordinantur secundum situm minime debitum

Istius fallacie duo sunt modi. Primus modus prouenit ex eo q; aliqd dictum potest supponere pro se toto vel pro parte sui et secundum istum modum paralogisatur sic. quemcumque possibile est ambulare possibile est q; ipse ambulet. sedentem possibile est ambulare. ergo possibile est q; sedens ambulet. Ad hoc dicendum est q; minor est duplex. quia si hoc dictum sedentem ambulare supponit pro se toto huic predicato possibile est. id est sedens sedendo potest ambulare. tunc hec composita est falsa. sicut etiam est impossibile dicere q; sedens ambulet. Si autem istud dictum supponat pro parte sui tunc est diuisa et vera et non sequitur conclusio. et est sedens sedentem possibile est ambulare. id est sedens nunc habet potentiam ut postea ambulet. et similiter quemcumque est possibile scribere possibile est q; ipse scribat. non scribentem scribere est possibile. ergo possibile est q; non scribens scribat. Dicendum est ad istum paralogismum sicut ad primum. Secundus modus prouenit ex eo q; aliqua determinatio potest referri ad diuersa. et penes istum modum paralogisatur sic. Quicumque litteras scit nunc vidit eas. sed iste antiquus grammaticus scit litteras. ergo nunc vidit eas. Dicendum q; maior est duplex quia hec determinatio nunc potest determinare hoc verbum vidit. et sic est composita et falsa et sequitur conclusio. vel potest determinare hoc verbum scit et sic est diuisa

bile est ambulare. ergo possibile est q; sedens ambulet. Ad hoc dicendum est q; minor est duplex. quia si hoc dictum sedentem ambulare supponit pro se toto huic predicato possibile est. id est sedens sedendo potest ambulare. tunc hec composita est falsa. sicut etiam est impossibile dicere q; sedens ambulet. Si autem istud dictum supponat pro parte sui tunc est diuisa et vera et non sequitur conclusio. et est sedens sedentem possibile est ambulare. id est sedens nunc habet potentiam ut postea ambulet. et similiter quemcumque est possibile scribere possibile est q; ipse scribat. non scribentem scribere est possibile. ergo possibile est q; non scribens scribat. Dicendum est ad istum paralogismum sicut ad primum. Secundus modus prouenit ex eo q; aliqua determinatio potest referri ad diuersa. et penes istum modum paralogisatur sic. Quicumque litteras scit nunc vidit eas. sed iste antiquus grammaticus scit litteras. ergo nunc vidit eas. Dicendum q; maior est duplex quia hec determinatio nunc potest determinare hoc verbum vidit. et sic est composita et falsa et sequitur conclusio. vel potest determinare hoc verbum scit et sic est diuisa

## Tractatus sextus

et vera. et non sequitur conclusio.

Similiter hic. quod unus solus potest ferre plura potest ferre. sed quod non potest plura ferre potest unus ferre. ergo quod non potest plura ferre potest plura ferre. Dicendum quod maior est duplex quia hec determinatio solus potest determinare hoc verbum potest sic maior est falsa et composita et est sensus quod illud quod non potest ferre unum cum alio potest ferre plura. vel potest determinare hoc verbum ferre et est sensus verus et compositio diuisa vera sub hoc sensu quod potest iam ferre unus solus et ferre non plura potest plura ferre. Similiter tu scis tamen tres homines currere posito casu quod sex currant et nescias de tribus. Hec est duplex. quia hec dictio tantus potest determinare hoc verbum scis vel currere. si determinat hoc verbum currere sic est composita et falsa. si scis tunc est diuisa et vera. et paralogisat sic. tu scis tantum tres homines currere posito casu quod sex currant. sed quicquid scitur est verum. ergo tantus tres homines currere est verum. maior est duplex ut iam dictum est.

Et fallacia diuisionis.

Quid sit diuisio dictum est prius. Fallacia diuisionis est

idoneitas decipiendi proueniens ex eo quod oratio aliqua composita est una et diuisa falsa una et eadem in animis secundum materiam differens secundum formas diuersa significat que creditur esse vera in sensu diuiso eo quod veritatem habet in sensu composito. Causa apparentie huius fallacie est oratio composita habens ydemptatem in materia cum oratione diuisa. Vel causa apparentie est ydemptas orationis eiusdem secundum substantiam et secundum situm minus debitum. Causa defectus est diuersitas sensus diuisi a sensu composito. Istius fallacie duo sunt modi. Primus modus prouenit ex eo quod aliqua coniunctio potest copulari inter terminos vel inter propositiones. Et secundum istum modum paralogisatur sic. Quecumque sunt duo et tria sunt duo et tria. quinque sunt duo et tria. ergo quinque sunt duo. quinque sunt tria. Ad hoc dicendum est quod minor est duplex quia hec coniunctio et potest coniungere et copulare inter terminos vel inter propositiones si inter terminos sic est vera composita. et est sensus duo et tria in simul iuncta faciunt quinque. si inter propositiones sic est falsa. et diuisa

## De fallaciis

et est sensus quod duo sunt quinque persone et quod tria sunt quinque persone quod est falsum. Similiter est hic. quecumque sunt duo et tria sunt paria et imparia. quinque sunt duo et tria. ergo quinque sunt paria et imparia. Dicendum est quod maior est duplex. quia ibi potest esse copulatio inter terminos. et sic est vera et composita et est sensus quinque sunt duo et tria in simul coniuncta. vel ibi est copulatio inter propositiones. et sic est falsa et diuisa. et est sensus quinque sunt duo et quinque sunt tria quod est falsum.

Similiter hic. omne animal est rationale vel irrationale. sed non omne animal est rationale ergo omne animal est irrationale. Dicendum quod maior est duplex ex eo quod ista coniunctio vel potest coniungere inter terminos. et sic est vera et composita vel inter propositiones et sic est falsa et diuisa. Similiter hic omne animal vel est sanum vel egrum. Vel hic. omnis substantia est corporea vel incorporea. Vel hic. omnis linea est recta vel curva. Unde omnes iste sunt vere quando coniunctio coniungit inter terminos et sunt compositae. sed sunt false quando coniun-

ctio coniungit inter orationes et propositiones et diuise. quia coniunctio per se et primo est coniunctiva partium orationis. et consequenti ipsa coniungit orationem cum oratione. Secundus modus huius fallacie diuisionis prouenit ex eo quod aliqua determinatio potest referri ad diuersa. ut hic. quo vidisti hunc percussus hic percussus est. sed oculo vidisti hunc percussus. ergo oculo percussus est. Dicendum quod minor est duplex. quia iste ablatiuus oculo potest determinare hoc participium percussus. sic est diuisa et falsa. et est sensus tu vidisti hunc percussus oculo. et sic sequitur conclusio. vel potest determinare hoc verbum vidisti. et sic est composita et vera et tunc est sensus. tu vidisti eum oculo hunc percussus. sed tunc non sequitur conclusio.

Circa hunc textum notandum est primo quod consequenter autor hic determinat de fallaciis peccantibus secundum multiplex potentiale. Et primo de propositione et diuisione et de accetu eo quod magis ydonee sunt ad decipiendum et efficaces et fallacia accetus. Et adhuc primo determinat de fallacia compositionis et de fallacia diuisionis propter easdem causas. Et hic non accipiuntur compositio et diuisio pro quacumque compositione seu diuisione orationis. sed accipiuntur pro ordinatione dictionum. scilicet compositio pro partium orationis false secundum situm magis debitum et de secundum situm minus debitum. Sed diuisio accipitur pro ordinatione partium false secundum situm minus debitum et de secundum situm magis debitum. Si autem magis debitus est qui occurrit intellectui magis conuenienter et magis conuenit dictionibus secundum suos modos ostendit. Ex quo patet quod significandi. 6.11.



## Tractatus sextus

compositio ut hic accipitur est eorum que debent di-  
uidi falsa unio. Diuisio vero est eorum que debet  
compositio falsa separatio. Quid autem sit fallacia  
compositionis et diuisionis et que sine cause de-  
fectus et apparense eorum clare patet in textu.

Unde eadem oratio secundum substantiam  
est composita et diuisa. Quis sit alia secundum  
formam et modum proferendi. Dicitur enim com-  
posita quando partes eius ordinantur secundum  
situm magis debitum. et dicitur diuisa quando  
ordinantur secundum situm minus debitum.

Et sit fallacia compositionis quando ora-  
tio in sensu composito est falsa et in sensu diuiso  
est vera. Sed sit fallacia diuisionis contra.

Et harum duarum fallaciarum duo sunt modi  
communes. Primus est quando aliqua deter-  
minatio diuersimode determinat idem determi-  
nabile. et hic modus diuiditur in duos modos  
speciales. Primus prouenit ex eo quod modus a-  
licuius compositionis potest determinare dictum  
pro se toto et sic est composita vel pro parte sui et  
sic est diuisa. Et secundum hunc modum potest  
distingui ista propositio. Album esse nigrum  
est possibile. Nam si sit composita sensus est hec  
propositio est possibile album est nigrum et iste  
sensus est falsus. Si vero sit diuisa sensus est hec  
est possibile hoc est nigrum demonstrando per se  
hoc illud pro quo supponit album in alia propo-  
sitione. Et similiter iste due sunt distinguende se-  
detes currere est possibile. non scribentes possibi-  
le est scribere. et similes. Et potest formari paralo-  
gismi in quibus committitur fallacia compositio-  
nis qui soluantur per distinctiones ipsarum pre-  
missarum. Si vero in predicis propositionibus po-  
natur impossibile loco possibile ipse essent fal-  
se in sensu diuiso et vere in sensu composito et sic  
faceret fallacia diuisionis. et eodem modo possunt  
formari syllogismi. Secundus modus spe-  
cialis prouenit ex eo quod aliqua compositio diuersi-  
mode coniungit illa inter que ponitur quomodo ali-  
quando coniungit ea tanquam partes eiuudem extre-  
mi propositionis. et sic propositio illa est cathe-  
gonica. Aliquando vero coniungit ea tanquam partes  
diuersarum propositionum. et sic dicitur coniungere in  
ter propositiones et est propositio hypothetica. Ratio  
ne cuius possunt poni due regule. Prima est  
quod omnis oratio in qua ponitur coniunctio vel  
aduerbiis ipse vel locale inter duos terminos  
potentes facere propositiones hypotheticam est disti-  
guenda eo quod potest esse hypothetica vel de hypo-  
thetico subiecto siue predicato. ut hec est disti-  
guenda. quinquaginta sunt duo et tria. Si enim illa con-  
iunctio coniungit inter terminos sensus est quod tria  
cum duo et tria affirmantur de quinquaginta. Si vero  
coniungat inter propositiones est diuisa et est falsa  
et sensus est quinquaginta sunt duo et quinquaginta sunt tria  
Similiter iste sunt distinguende nullam a se di-

domit uigilat. ois homo est sanus vel eger. ois pro-  
positio vel est contradictoria est falsa. omne animal  
si est rudibile est asinus. Secunda regula est quicquid  
quod in aliqua oratione ponitur due coniunctio siue  
eiusdem specie sine diuersitate ipsa est distinguenda eo  
quod potest indicari hypothetica vel categorica. ut illa  
duo sunt paria sunt paria et iparia. habet tres sen-  
sus. Nam si sit hypothetica primum est secundum quod con-  
iungitur per coniunctioes primo positam. et est sen-  
sus duo sunt paria et iparia et tria sunt paria et  
iparia. Secundus sensus est secundum quod coniungitur per  
secundam coniunctioes. et sic est sensus duo et tria  
sunt iparia et duo et tria sunt paria. et quilibet  
istorum duorum sensuum est falsus. Tercius sensus est duo  
sunt paria et tria sunt iparia et sic iudicatur per  
veritatem coniunctioes et sic est vera. Si vero sit cathe-  
gonica tunc est sensus est quod aliquid que sunt duo et tria  
sunt paria et iparia. Et sicut hec et similes sunt dis-  
tinguende ois partes sunt asini uel hoies et asini  
sunt asini. Leo quod potest iudicari potest per unam comun-  
tionem aut quod alia. Et quis ois predicta propositio-  
nes et etiam si sunt possunt distinguere secundum compositiones  
et diuisionem. ut ut prius dictum est ipse potest delin-  
qui secundum apphologias et fonte facile et magis ap-  
pareret. quod difficile euidere quomodo in istis pote-  
rit assignari diuersitas sensuum propter sola diuersi-  
tatem penitatis aut modi proferendi et tunc in propo-  
sitionibus distinguendis secundum compositiones et diuisi-  
onem diuersitas sensuum ex illo debet prouenire.

### Sciendum est secundo quod

tercio modus huius fallacie prouenit ex eo quod eadem  
determinatio potest determinare diuersa determina-  
bilia. et unum determinabile potest diuersis determi-  
nabilibus determinari. Exemplum primum est. ut hec pro-  
positio quicquid uiuit semper est. Ipsi duos sensus  
eo quod illud aduerbiis semper potest determinare illud quod  
uiuit et sic est diuisa et haec est sensus quicquid semper  
uiuit. et potest determinare hoc uerbum quod est primum  
capitale et sic est composita et falsa. et est sensus quicquid  
uiuit semper. Sicut ista oratio quicquid potest uiuere so-  
lum ferre potest per se ferre huius duos sensus eo quod per se  
illud potest determinare hoc quibus potest. et sic est composita  
et falsa. nam sensus est quicquid potest solu ferre  
potest plura ferre. vel potest determinare per unum et  
sic est diuisa et haec est sensus quicquid potest ferre unum  
solu potest plura ferre. Exemplum quod idem determinabile  
le potest diuisis determinabilibus determinari. ut hic  
quadraginta uirorum centum reliquit achilles in bello.  
nam ille genius uirorum potest determinari per illud ad-  
iectiuum quadraginta. et sic est composita et falsa. et est  
sensus quod de quadraginta uiris achilles reliquit  
centum in bello. Vel potest determinari per centum et sic  
est diuisa et haec est sensus quod de centum uiris a-  
chilles reliquit quadraginta in bello. Et sic potest pa-  
ralogisari. quorumcumque uirorum achilles reli-  
quit centum in bello erant centum et magis.

## De fallaciis.

sed quadraginta uirorum centum reliquit achil-  
les in bello. ergo quadraginta erant centum et  
amplius.

### Sciendum est tercio quod

sensus compositus est quando aliqua dictio po-  
test quasi cum diuersis dictionibus constru-  
i. tamen cum illa dictione cum qua habet  
magis convenientem. Et contra sensus di-  
uisus est quando aliqua dictio constructur cum  
illa cum qua habet sensum minus convenientem.

Sed potest queri qualiter scitur quis sit  
magis vel minus convenientis partibus ora-  
tionis. Et ad hoc sciendum ponuntur due regu-  
le. Prima est si aliqua dictio possit constru-  
i duabus alijs dictionibus et unum sit propinquior  
et alteri remotior sit magis debitus est quod con-  
struatur cum dictione propinquiore. Et minus  
debitus est quod construatur cum remotiore. Ver-  
bigracia. in ista oratione. quicquid scit litteras  
nunc didicit illas. ly nunc potest constru-  
i duobus huius scit et didicit. et quia propinqu-  
ius uerbum est didicit ideo dicitur habere situm  
magis debitum si cum eo construatur. Et quia  
remotius est ab hoc uerbo scit ideo si constru-  
tur cum eo habet situm minus debitum et minus  
conuenientem. Secunda regula est quod si ali-  
qua dictio possit constru-  
i cum alijs duabus di-  
ctionibus et sit utriusque eque propinqua tunc sit  
magis debitus est quod determinatio determinet  
sequi suam determinabile. et sit minus debitus  
est si construatur cum determinabili sequen-  
te. ut patet in hoc exemplo. quicquid uiuit semper  
est. ly semper ponitur inter illa duo determina-  
bilia. scilicet uiuit et est. et tunc secundum quod di-  
cut regula si determinat ly uiuit est sit magis  
debitus. Si vero determinat ly est sit magis mi-  
nus debitus. Alij dicunt quod sit magis de-  
bitus est quando aliqua dictio potest constru-  
i cum duabus alijs tunc sit magis debitus est  
quando construatur cum propinquiore. Et sit  
minus debitus est quando construatur cum dic-  
tione minus principali. modo uerba substanti-  
ua inter omnia uerba sunt principaliora.

### Sed contra predicta ar-

guitur. primum sic. In hac propositione. hoies esse  
animal est necesse est compositio. et tamen non est  
eorum que debent diuidi falsa unio. ergo disti-  
nctio compositionis non est bona. Secundo  
arguitur sic. fallacia compositionis et diuisionis  
habent eandem causam apparentem. igitur non sunt  
fallacie distincte. antecedes patet quia causa ap-  
parente utriusque est materialis unitas dictionis  
Tercio arguitur sic. oratio primum signifi-  
cat compositionem siue diuisionem suorum ex-

remorum. sed duo extrema non possunt uniri di-  
uersis unionibus. ergo eadem oratio non potest  
habere diuersas significationes. Quarto  
arguitur sic. modus proferendi in oratione se te-  
net ex parte prolationis litterarum et sillabarum  
dictionis. sed in oratione composita et diuisa eo-  
dem modo proferuntur littere et sillabe. ergo il-  
le orationes non differunt secundum modum  
proferendi.

### Ad rationes. Ad primam

dicitur quod si accipitur compositio generaliter pro  
ordinatione partium orationis sic conceditur quod  
illa est composita. sed si accipitur specialiter pro  
ut solum reperitur incomposita falsa sic in illa  
oratione non est compositio. Ad secundam  
dicitur quod fallacia compositionis et diuisionis ha-  
bent bene eandem causam apparentem generaliter  
scilicet materialem unitatem orationis. sed non  
specialem. causa enim specialis apparentie fal-  
lacie compositionis est materialis idempitas ora-  
tionis diuise vere et compositae false. et contra  
est de fallacia diuisionis. Ad tertiam dicitur  
quod eorumdem extremorum non est diuisa com-  
positio secundum eandem acceptionem intellec-  
tus sed tamen bene possunt diuersimode compo-  
ni secundum diuersas acceptiones. Ad quar-  
tam dicitur quod licet in oratione composita et di-  
uisa eodem modo proferantur dictiones secun-  
dum se. non tamen proferuntur quantum ad uer-  
nitatem earum inter se. quia quandoque diuidun-  
tur aduicem et quandoque componuntur.

### Equitur de fallacia accen-

tus. Accetus est certa  
lex et regula ad eleuandum vel  
deprimendum sillabam uniuscu-  
iusque dictionis. Et iste accetus  
diuiditur in accentum grauem a-  
cutum et circumflexum. Grauis  
est qui deprimitur in fine. Acu-  
tus accentus est qui in fine ele-  
uatur. vel acuit. Circumflexus est  
qui acuit et deprimuntur. vel cir-  
cumflexus est qui pcedit ab ymo  
et procedit in altum. et finaliter ten-  
dit in ymu. ut hierusalē. Fal-  
lacia accetus est ydoneitas decipi

### Tractatus tertius

endi proueniens ex multipli-  
 citate dictionis eiusdē scōz sub-  
 stantiam: diuerse secundum  
 modum proferendi diuerfa sig-  
 nificantis. Causa apparentie  
 huius fallacie est unitas dictio-  
 nis secundum materiam vel se-  
 cundum substantiam solum.  
 Causa defectus est diuersitas  
 significatorum. Istius fal-  
 lacie duo sunt modi. Primus  
 modus prouēit ex eo q̄ aliqua  
 dictio potest proferri diuersis  
 accentibus. Et hic omnis po-  
 pulus est arbor. gens ē popu-  
 lus. ergo gens est arbor. Di-  
 cendū ē q̄ maior est duplex. qz  
 prima sillaba huius dictionis  
 populus potest proferri longa  
 et sic est vera et non sequitur cō-  
 clusio. vel potest esse breuis. et  
 sic est falsa. et sic sequitur con-  
 clusio. Similiter hic. ois ara  
 ē i tēplo. stabulū porcorū ē ara.  
 ergo stabulum porcorum est iu-  
 templo. Dicendum hic sicut  
 prius. Similiter hic.  
 Quicquid hamatur hamo ca-  
 pitur. mulier amatur. ergo mu-  
 lier hamo capitur. Dicendum  
 q̄ maior est duplex ideo q̄ hec  
 dictio hamat potest refferri cū  
 aspiratione. vel sine aspiratio-  
 ne. si primo modo sic est vera et

non sequitur conclusio. si secun-  
 do modo sic ē falsa et sequitur  
 conclusio. Vel sic. Quoscum-  
 q̄ viros iustum est pendere dig-  
 num est penam pati. sed iustos  
 viros iustum est pendere. ergo  
 iustos viros dignum est penam  
 pati. Unde utraq̄ premissarū  
 est duplex eo q̄ hec dictio pen-  
 dere potest proferri media lō-  
 ga vel media breui. Secū-  
 dus modus prouenit ex eo q̄ a-  
 liqua vox potest esse dictio vel  
 oratio. Et hic. Tu es qui es. s;̄  
 quies est requies. ergo tu es re-  
 quies. Dicendum q̄ maior est  
 duplex eo q̄ quies potest eē di-  
 ctio vel oratio. si sit dictio tunc  
 est falsa et sequitur conclusio.  
 si sit oratio sic est vera et non se-  
 quitur conclusio. Similiter  
 hic. Quicquid fecit deus inui-  
 te fecit deus coacte. s;̄ deus fe-  
 cit vinum in vite. ergo deus fe-  
 cit vinum coacte. Dicendum q̄  
 maior ē duplex eo q̄ inuite po-  
 test esse oratio vel dictio. si dic-  
 tio sic est vera. et non sequitur  
 conclusio. vel potest esse oratio  
 et sic est falsa et sequitur con-  
 clusio. Similiter quicumq̄  
 habet dilectionem supernam  
 habet dilectionem dei. vsura-  
 rius habet dilectōez sup̄ niaz

### De fallacijs.

ergo vsurari⁹ h;̄ dilectōez dei  
 Dicendum q̄ hec dictio super  
 nā pōt capi dupliciter. vno mō  
 vt est dictio et sic minor est falsa  
 et sequitur conclusio. Alio mo-  
 do potest esse oratio et sic est ve-  
 ra et non sequitur conclusio. si  
 militer hic metuo longas. pa-  
 reunte nocte lidia dormis vn-  
 de hec dictio metuo potest esse  
 dictio vel oratio.

Circa hunc textum notandum est primo q̄  
 hic consequenter autor determinat de fallacia  
 accentus. accentus sic diffinitur. Accentus est  
 certa lex vel regula ad eleuandum vel deprimen-  
 dam sillabam vniuscuiusq̄ dictionis. Per hoc  
 q̄ dicitur ad eleuandum vel deprimendum tan-  
 guntur causa formalis. Et per hoc q̄ si sillaba vni-  
 uscuiusq̄ dictionis tangitur causa materialis s;  
 qua. Accentus enim primo conuenit sillabis et  
 per sillabas dictionibus. et per dictiones oratio-  
 nibus. Et diuiditur in accentum grauem cir-  
 cumflexum et acutum. Accentus grauis est qui fit  
 cum deiectione. Accentus acutus est qui fit  
 cum eleuatione sillabe. Accentus vero circum-  
 flexus est qui fit cum est mixtus ex deiectione et  
 eleuatione. Ideo accentus potest capi dupli-  
 citer. Vno modo stricte solum pro eleuatione vt  
 deiectione cuiuslibet sillabe alicuius dictionis  
 et isto modo capitur a prisciano qui diuidit euz  
 in tria membra predicta. Alio modo capitur ge-  
 neraliter pro omni modo significato proferē-  
 di vel scribendi aliquam dictionem incompleta  
 et isto modo capitur hic. Et notatur dicitur mo-  
 dus significatiuus quia eleuatio vel deiectio  
 sillabarum alicuius dictionis que fit secundum  
 cantum non vocatur hic accentus quia talis ele-  
 uatio vel deiectio non fit ad aliquid signifi-  
 candum sed propter melodiam habendam. Et  
 ideo hic diffinitur accentus. Accentus est multi-  
 plicitas dictōis eiusdē scōm materiam et non se-  
 cundum modum proferendi. Unde fallacia  
 accentus est ydoneitas decipiendi proueniens ex  
 unitate materiali dictōis diuerse secundus mo-  
 dum proferendi diuerfa significantis. Et q̄ cau-  
 sa apparentie est illa materialis unitas dictōis  
 Sed causa defectus est multiplicitas significa-  
 torum illius dictionis in modo proferendi. Et  
 maxima confirmatio huius fallacie est ista. om-

nis dictio eadem secundum materiam habet v-  
 num significatum et vnum accentum.

### Sciendum est secundo q̄

huius fallacie duo sunt modi. Primus prouenit  
 ex eo q̄ aliqua dictio potest regi diuersis accen-  
 tibus sic scilicet q̄ potest habere eandē sillabā  
 longam et breuem. vel potest secundum eandē  
 sillabam scribi cum aspiratione vel sine aspira-  
 tione. vt hec dictio populus si habeat primam  
 productam significat arborem. Si vero habeat  
 primam breuem significat gentem. Similiter pe-  
 dere potest habere mediam longam et sic signi-  
 ficat penam pati. Alio modo potest accipi acti-  
 ue vt descendit ab hoc verbo pendere pendis. et  
 sic habet mediam breuem et significat inferre su-  
 spendium. Exemplum de secundo. vt si hoc ver-  
 bum amo scribatur sine aspiratione tunc signi-  
 ficat diligere. Si vero scribatur cum aspiratio-  
 ne tunc significat idem q̄ capere hamo. vel est  
 ablatiuus huius nominis hamus hamus sic sig-  
 nificat instrumentum ad capiendum pisces. Et  
 secundum hunc modum paralogisatur sic. qui-  
 cumq̄ vult pendere vult suspendi. sed totus pe-  
 dens homines vult pendere. ergo totus vult su-  
 pendii. Similiter quicquid hamatur hamo ca-  
 pitur. mulier amatur. ergo mulier hamo capit.  
 Et debent solui per distinctionem illarū propo-  
 sitionum in quibus ponitur dictio multiplex.

### Sciendum est tercio q̄

secundus modus huius fallacie prouenit ex eo  
 q̄ aliqua vox potest esse dictio vel oratio. vt pre-  
 stat potest esse dictio vel oratio. potest enim esse  
 verbum cum prepositione. Similiter supernam  
 potest esse nomen accusatiui casus. et potest esse  
 prepositio cum suo casuali. Similiter metuo po-  
 test esse vna dictio. et sic est verbum. et potest esse  
 tres dictiones. scilicet duo pronomina cum in-  
 teriectione. puta me. tu. et o. et potest esse duo pro-  
 nomina. scilicet me et tu. et potest esse ablatiuus  
 casus huius nominis metus cum hac interiec-  
 tione o. vt metuo et o. Et secundum hoc sic potest  
 paralogisari. quicumq̄ dicit metuo longas pere-  
 unt noctes lidia dormis non dicit se timere sed  
 quicumq̄ dicit metuo longas pereunte noctes  
 lidia dormis dicit se timere. ergo dicens se time-  
 re non dicit se timere. Et soluitur distinguendo  
 premissas secundum distinctionem compositas  
 Similiter sic paralogisatur. quicumq̄ dicit hamo  
 quia nam tanti cinxerunt ethera nimbis respon-  
 det. sed dicens heu quia nam tanti cinxerunt e-  
 thera nimbis interrogas. q̄ interrogas respōdy  
 Et soluitur per distinctionem huius dictōis qz  
 nam ipsum potest teneri interrogatiue vel respō-  
 siue. Et similiter possunt formari alij paralogis-  
 mi qui omnes similiter hēnt solui sicut precedens  
 S. iij.

*Parvus huius quatuor finem  
 idibus cibus iuuonis procerus  
 nec e' homines adimut amatq;  
 Janus imen.  
 Dicit huius miles huius mouebat  
 cordes aude mija mungas  
 Metuo longas pēuante nocte  
 Lidia dormis.*

## Tractatus tertius

**Sed contra predicta arguitur.** Primo sic. hec dictio populus est equiuoca. ergo facit fallaciam equiuocationis et non accentus. Secundo sic arguitur. accentus im-  
pedit deceptionem. ergo accentus non est ydo-  
neitas decipiendi. Antecedens patet quia seculum  
dum diuersos accentus distinguuntur dictiones  
penes diuersa significata. Tercio arguitur  
sic. supernam aliter scribitur quando est vna di-  
ctio et quando est plures. ergo illa non est eadem  
ex parte materie nec potest aliquem decipere ex  
parte accentus. Quarto arguitur sic. nullus  
accentus est corpus. ergo nullus accentus  
est grauis.

**Ad rationes. Ad primam**  
dicitur qd si accipiatur equiuocatio generaliter  
pro omni multiplicitate vocis sicut hec dictio po-  
pulus est equiuoca. si si capiatur specialiter pro mul-  
tiplicitate dictionis eiusdem secundam materiam et  
formam sic ipsa non est equiuoca. Ad se-  
cundam dicitur qd illa dicitio que potest regi di-  
uersis accentibus habet duo scilicet unitatem mate-  
rialem vocis et rationem illius accentus est ydo-  
neitas decipiendi. et cum hoc habet diuersos mo-  
dos proferendi qui apud sciētes sunt causa cog-  
noscendi multipliciter significatorum. Ad  
terciam dicitur qd paralogismi secundum modi ra-  
ro decipiunt in scripto. tamen bene decipiunt in  
voce eo qd in scripto facilius percipitur differen-  
tia et in voce parua est differentia quia solus in  
modo proferendi quia non potest facilius perci-  
pi. Ad quartam dicitur qd si capiatur per gra-  
ue proprie sic solum conuenit corpori. Si vero tra-  
sumptiue sic bene conuenit dictioni vel orationi

**equitur de fallacia figure dictionis.** Fallacia figure dictionis ultimo ponitur inter fallacias in dictione. quia facit multiplex fantasticum. Figura enim est que termino vel terminis clauditur. termino. ut circulus. terminis. ut triangulus. quadriangulus. et similitudinarie. Fallacia figure dictionis est similitudo dictionis cum dictione penes finalem termina-

tionem in parte non idem significante et facit multiplex fantasticum. Est autem multiplex fantasticum quando aliqua dicitio significat vnum et videtur significare aliud propter similitudinem quam habet in parte cum alia dictione. ut videre significat passionem et videtur significare actorem propter hoc qd est simile huic verbo agere. Causa apparentie huius fallacie est similitudo dictionis in parte cum alia dictione non idem significante. Causa defectus huius fallacie est diuersitas eorum que videntur esse similia. Ista autem similitudo fit tribus modis. scilicet voce. significatione et suppositione. et secundum hoc tres sunt modi huius fallacie.

Primus modus provenit ex simili terminatione dictionis cum alia dictione. Et qualiscumque est musa talis est poeta. sed musa est femini generis. ergo poeta est femini generis. Dicendum qd non sequitur qd si aliqua sint eiusdem terminationis: qd sunt propterea eiusdem generis. Similiter hic. omnis aqua est humida. fluuius est aqua. ergo fluuius est humida. Dicendum qd non oportet qd si fluuius sit aqua

## De fallaciis.

q ergo quicquid dicatur de aqua q hoc etiam dicatur de fluuio sub eadem determinatione. Et sic. Omnis homo est albus. mulier est homo. ergo mulier est albus. Unde in omnibus predictis paralogismis masculinum interpretatur femininum. Aut si formetur sic paralogismus. musa et poeta similiter terminantur. sed musa est femini generis. ergo poeta. tunc non est ibi fallacia figure dictionis sed fallacia consequentis a communitate accidentibus. ut postea patebit. Secundus modus provenit ex mutatione vnius predicamenti in aliud. vel quando vna species vnius predicamenti mutat in aliam speciem. Et hic. quicquid heri emisti hodie comediti. carnes crudas heri emisti. ergo carnes crudas comediti. Dicendum qd non sequitur. quia quicquid dicit rem de predicamento substantie. crudum dicit rem de predicamento qualitate: et sic proceditur de vno predicamento in aliud. Et similiter hic. Quicquid heri vidisti hodie vides. sed vidisti heri album. ergo album hodie vides. Dicendum qd non sequitur. quia album significat per modum q-

litatis. quicquid vero dicit rem de predicamento substantie.

Similiter hic. Do tibi solum denarium. sed solum denarius non habeo. ergo do tibi quod non habeo. Dicendum qd hec dictio solum dicit relationem. quia ut habetur in secundo elenchorum solum dicitur quasi non cum alio. et hec dicitio quod dicit substantiam. et sic proceditur a relatione ad substantiam. Similiter est hic. Aliquis dat cito equum. sed non habet cito equum ergo aliquis dat cito quod non habet. Dicendum qd non sequitur quia cito dicit modum actus siue qualitatem. et quod dicit substantiam. et sic proceditur a qualitate ad substantiam. Similiter hic. si proceditur ab vna specie vnius predicamenti ad aliam. ut quantumcumque digitos heri habuisti hodie habes. decem digitos heri habuisti. ergo decem digitos hodie habes posito qd vnius aniseris. Dicendum qd non sequitur: quia hec dicitio quantumcumque dicit quantitatem continuam. et hec dicitio decem dicit quantitatem discretam.

Tercius modus provenit ex diuersa suppositione termini. Et homo est species. ergo ali-

quis homo est species. Et hec homo est dignissima creatura. ergo aliquis homo est dignissima creaturarum. hic e processus a simplici suppositione ad personalem. Similiter hic. Omnis homo est animal. ergo animal est hoc homo. Similiter hic. Animal est fortis animal est plato. et sic de alijs. ergo animal est omnis homo. hic fit processus a pluribus de terminatis ad vnam determinatam. Et iste modus solet appellari. vniuocus. quia ille terminus animal vniuocet et equaliter sic se habet ad omnia supposita vnde in qualibz premissarum supponit pro vno. in conclusione vero pro pluribus et sic variatur eius suppositio.

Et intelligendum qd in premissis quale quid interpretatur hoc aliquid idest commune vel vniuersale interpretatur singulare. sic enim animal est hoc aliquid si tunc arguatur animal est fortis. animal est plato et sic de alijs. ergo animal est omnis homo. est bonum argumentum sicut hic. fortis currit. plato currit et sic de alijs. ergo omnis homo currit. Similiter hic non sequitur quando fit processus

ab immobili suppositione ad mobilem. vt omnis homo est animal ergo omnis homo e hoc animal et sic de alijs. hos tres modos spoiat aristoteles dicens qd figura dictionis fit quando interpretatur non idem vel diuersum. vt masculinum femininum vel neutrum vel econuerso. Et rursus quid interpretatur quale vel quantum iterum quando commune interpretatur singulare vel hoc aliquid.

Circa hunc textum notandum est primo qd consequenter autor determinat de fallacia figure dictionis que peccat secundum multiplex fantastum. Unde figura accipitur dupliciter. vno modo accipitur proprie et sic dicitur. figura est que termino vel terminis clauditur. vt triangulus vel quadrangulus. Alio modo accipitur similitudinarie pro figura dictionis et hoc modo sic dicitur. figura dictionis est similitudo dictionis in premissis cum deinde non idem significante. fallacia enim figure dictionis est ydoneitas deceptiendi proueniens ex similitudine dictionis cuius dictione in parte non idem significante. Et debet hic accipi significatum generaliter. Causa vero appretur est similitudo dictionis cuius dictione. Causa vero defectus est diuersitas earum penes significationem vel consignificationem. Et ita patet qd fallacia figure dictionis fit ex eo qd credunt similes dictiones habere similes significationes vel consignificationes. Ad hoc qd fiat fallacia figure dictionis tres conditiones requiruntur. Prima est qd ille dictiones sint eadem secundum materiam. Secunda est qd conueniant secundum vocem et etiam qd conueniant in aliquo alio modo. Tercia est qd differant in significatione vel consignificatione. Et huius fallacie tres sunt modi principales. Primus modus prouenit ex simili terminatione vnius dictionis cum alia dictione. scilicet qd prouenit ex eo qd propter similitudinem aliquarum dictionum in aliquo alio. Et quia tria sunt accidentia que communitate se consequi videntur scilicet terminatio significatio et modus significandi. ideo iste primus modus diuiditur in tres partiales. Primus

*peccat in hispanis... in fine quam delecta... hic p. de omni...*

mus prouenit ex eo qd ex simili terminatione vnius inferre similem significationem aut similem modum significandi. vt si sic arguatur calefacere significat agere. ergo vigere significat agere. quia ille dictiones similitur terminatur. vel sic musa est feminini generis. ergo papa est feminini generis quia habent similem terminationem. Secundus modus specialis prouenit quando propter similitudinem in modo significandi volumus inferre similitudinem in re significata. vt calefacere significat agere. ergo audire significat agere. eo qd habent eundem modum significandi. Tercius modus est quando propter similitudinem aliquam in re significata volumus inferre similitudinem in modo significandi. vt petra et lapis idem significant. sed petra est feminini generis. ergo lapis est feminini generis. Solutio olim predictorum paralogismorum et similibus debet dari negando consequentiam eo qd propter similem terminationem non sequitur similitudo in re significata aut in modo significandi. nec propter similitudinem in re significata sequitur similitudo in modo significandi aut econtra. Et ad istum modum reducuntur omnes paralogismi qui proueniunt ex similitudine vnius propositionis categorice cum alia categorice. scilicet qd propositiones categorice creduntur habere easdem significationes vel proprietates propter hoc qd sunt similes in voce sicut hic semper homo fuit et homo fuit semper. Et similiter reducuntur ad eum omnes paralogismi qui proueniunt ex similitudine vnius totalis argumentationis cuius alia. sic qd creditur aliqua argumentatio esse bona propter similitudinem quam habet cum alia argumentatione bona. vt sic paralogizando. quicumqz fuisse parisi fuisse homo. bis fuisse parisi. ergo bis fuisse homo. propter similitudinem quam habet cum ista. quocumqz fuisse parisi. totiens fuisse homo. bis fuisse parisi. ergo bis fuisse homo.

Sciendum est secundo qd secundus modus principalis huius fallacie prouenit ex eo qd fit mutatio vnius predicamenti in aliud. i. quando sub termino distributo vnius predicamenti fit subsumptio de re alterius predicamenti. Ut si sic arguatur. Quicquid heri emisti hodie comedisti. crudum heri emisti ergo crudum hodie comedisti. Similiter quicquid heri vidisti hodie vides. album heri vidisti. ergo album hodie vides. Similiter quicquid fuit heri nigrum hodie est album. album fuit heri nigrum. ergo album hodie est nigrum. Ad omnes istos paralogismos et similes respondetur negando consequentiam quia in illis sub termino distributo pro rebus de predicamento substantie subsumitur res de predicamento qualitatis. quicquid enim

distribuit tantum de rebus de predicamento substantie. et tamen album et nigrum et crudum significant qualitatem in concreto nec sunt in predicamento substantie. Iste etiam modus committitur quando fit mutatio vnius speciei vnius predicamenti in aliam speciem eiusdem predicamenti. vt si sic arguatur. quanto scilicet digitorum heri habuisti hodie habes. scilicet decem digitorum heri habuisti. ergo decem digitorum hodie habes. premisis existentibus veris conclusio est falsa. posito qd amiseris vnum digitorum. ideo debet negari consequentia. quia in maiore fit distributio pro quantitate continua et in minore subsumitur pro quantitate discreta.

Sciendum est tercio qd

tercius modus huius fallacie prouenit ex diuersa suppositione. Et hoc contingit vno modo arguendo a suppositione simplici ad personalem aut econtra a personali ad simplicem. vt sic arguendo homo est species. ergo aliquis homo est species. alia est genus. ergo aliquod animal est genus. aliquis homo non est species. ergo hoc non est species. et sic de similibus. Et debent sic solui ista argumenta negando consequentiam eo qd fit mutatio simplicis suppositionis in personalem aut econtra. Secundo modo fit iste modus arguendo a pluribus determinatis suppositio nibus ad vnam determinatam. Arguere autem a pluribus determinatis ad vnam determinatam est arguere ab antecedente in quo omnia singularia alicuius vniuersalis predicantur de aliquo termino indefinite aut particulariter sumpto ad consequens in quo vniuersale illoz singularium vniuersaliter sumptum predicatur de eodem termino indefinite vel particulariter sumpto. vt sic arguendo. animal est fortis. alia est plato et sic de alijs. ergo animal est omnis homo. et ibi. caput habet fortis. caput habet plato. ergo caput habet omnis homo. Ista argumenta et similia soluiuntur per negationem consequentie eo qd arguitur a pluribus determinatis ad vnam determinatam.

Sed contra predicta arguitur.

primo sic. nulla est fallacia figure orationis. ergo nulla est fallacia figure dictionis. tenet consequentia eo qd sicut figura est determinatio dictionis ita est determinatio orationis a simili. Secundo arguitur sic. res vnius predicamenti nunquam mutatur in rem alterius predicamenti. substantia enim nunquam mutatur in quantitatem vel qualitatem. ergo male assignatur secundus modus. Tercio arguitur sic. deceptio que prouenit ex parte significatorum dictionis prouenit ex parte rei. ergo fallacia figure dictionis non est fallacia in dictione sed extra dictionem. Quarto arguitur sic. multi sunt silogismi



in quibus arguitur a diuersa suppositione termini et tamen illi sunt boni et perfecti. ergo male dicitur quod tertius modus huius fallacie procedit ex diuersa suppositione termini. Antecedens patet primo et tertio modis huius fallacie in multis alijs ubi medium in prima propositione supponitur distributive et in secunda confusue dicitur vel determinate. ergo ibi est variatio suppositionis

**Ad rationes. Ad primam**

dicitur quod ibi dicitur non capitur pro dictione in complexa sed pro omni significato ad placitum in summo ideo figura dictionis reperitur tam in voce incomplexa quam oratione.

Ad secundam dicitur quod non est intelligendum quod res virtus predicamenti mutetur in rem alterius predicamenti realiter sed mutatur tantum secundum subsumptionem. sic scilicet intelligendo quod sub rebus distributis vnus predicamenti fit subsumptio pro rebus alterius predicamenti.

Ad tertiam dicitur quod paralogismi causantes fallacias figure dictionis possunt considerari dupliciter. vno modo ex parte rei et secundum se et sic sumitur fallacia extra dictionem ab ipsis. Alio modo considerantur secundum quod in ipsis vna dicitur huiusmodi ceteris alijs. et sic causant fallaciam in dictione. non est enim inconueniens quod in eodem paralogismo sint plures fallacie et in dictione et extra dictionem vno frequenter vbi est fallacia figure dictionis ibi est fallacia accidentis

Ad quartam dicitur quod tertius modus huius fallacie habet fieri quando est mutatio suppositionis vnus generis remoti in aliud genus remotum. et non propinquum.

**Equitur de fallacijs extra dictionem que sunt septem. scilicet accidens. secundum quid ad simpliciter. ignorantia elenchi. petitio principij consequens. non causa vt causa. secundum plures interrogationes vt vnam.**

Differunt iste fallacie a fallacia in dictione. quia fallacie in dictione habent causam apparentie ex parte vocis. Sed fallacie extra dictionem habent causam ap-

**parentie et defectus ex parte rei et non ex parte vocis. et propter hoc dicuntur extra dictionem**

Circa hunc textum notandum est primo quod consequenter auctor determinat de fallacijs extra dictionem que non dicuntur fieri extra dictionem eo quod cum fiant non fiant per dictionem. sed quia non sumunt causam apparentie ex parte dictionis sed ex parte rei. fallacie enim tam in dictione et extra dictionem sumunt causam defectus ex parte rei. vt fallacie in dictione ex parte pluralitatis significatorum. et fallacie extra dictionem ex parte diuersarum habitudinum diuersarum rerum inter se que habitudines ignorantur a respondente.

Sed differunt dupliciter. Primo quod fallacie in dictione sumunt causas apparentie ex parte dictionis. fallacie vero extra dictionem ex parte rei. scilicet propter partiales conuenientiam aliquarum rerum inter se. Secundo differunt in modo decipiendi. quia fallacie in dictione magis decipiunt hominem disputando cum alio quam seipso ideo quod ignorat multipliciter dictionis. Sed fallacie extra dictionem magis decipiunt hominem cum seipso disputantes et cum alio. quia homo filogisians per seipsum decipitur cum ignorat habitudinem rerum. Tertio differunt in solutione suorum paralogismorum quia omnes paralogismi in dictione soluantur per distinctionem premissarum aut conclusionis. excepta fallacia figure dictionis cuius paralogismus soluitur per negationem consequentie. Sed omnes paralogismi fallaciarum extra dictionem soluantur per negationem consequentie. excepta fallacia petitionis principij. que soluitur per negationem antecedentis.

Et sunt septem fallacie extra dictionem. scilicet accidens. secundum quid ad simpliciter. ignorantia elenchi. petitio principij. consequens. non causa vt causa. et secundum plures interrogationes vt vna. Quarum sufficientia sic habetur. Quia omnis fallacia extra dictionem peccat contra verum elenchum. aut ergo peccat in probatione tantum et sic est petitio principij. vel in illatione et hoc dupliciter. quod vel in ea est apprensio consequentie filogismi vel entimematis. Si filogismi hoc est dupliciter vel si filogismi ostensum et sic est accidens. vel ad impossibile et sic est non causa vt causa. Si vero sit ibi apprensio consequentie entimematis et habitudo logicalis hoc est quadrupliciter. quia aut ibi est apprensio locus a parte in modo ad subiectum et sic est secundum quid ad simpliciter. aut habitudo partium simul sumptarum ad subiectum et sic est ignorantia elenchi. aut habitudo conuertibilium et sic est fallacia consequentie. aut habitudo totius integralis ad suas partes

et sic est fallacia secundum plures interrogationes vt vnam.

**Sciendum est secundo quod**

fallacie extra dictionem sumunt suas causas apparentie ex parte rei. ideo numerus fallaciarum extra dictionem potest sumi secundum numerum diuisionum eius. Sane enim septem diuisiones entis quarum vna est in substantiam et accidens secundum quam sumitur fallacia accidentis.

Alia est in ens perfectum et imperfectum secundum quam sumitur fallacia secundum quid ad simpliciter. Tercia est per ens oppositum et non oppositum secundum quam sumitur ignorantia elenchi. Quarta est per idem et diuersum secundum quam sumitur fallacia petitionis principij. Quinta per prius et posterius secundum quam sumitur fallacia consequentie. Sexta est per causam et effectum secundum quam sumitur fallacia a non causa vt causa. Septima per vnus et multa secundum quam sumitur fallacia secundum plures interrogationes vt vnam.

Et quia in fallacia accidentis est maior ydoneitas decipiendi quam in alijs. ideo de ipsa auctor noster determinat priusquam de alijs. Et quis sint multe alie diuisiones entis priores istis. puta iste. Entium aliud reale aliud rationis. et entium realium aliud finitum et aliud infinitum. et realium finitorum aliud substantia aliud accidentis. et sic de multis alijs diuisionibus. tamen iste diuisiones predictae sufficienter videntur enumerari quo ad hoc scilicet vt cuiuslibet istarum possit correspondere vna fallacia.

**Sciendum est tertio quod**

solutio paralogismi est manifestatio filogismi falsi. Et diuiditur per solutionem apparentem et per solutionem rectam. Solutio apprensio est manifestatio filogismi falsi non ostendendo propter quid est falsus. vt si negetur consequentia filogismi ostendendo quod ibi est fallacia accidentis non ostendendo propter quid est fallacia. Sed solutio recta est manifestatio filogismi falsi ostendendo propter quid est falsus vt cum ostenditur in speciali in aliquo filogismo propter quid est ibi fallacia. Et quia filogismus potest dici falsus dupliciter. vno modo secundum premissas quando aliqua premissarum est falsa. Alio modo secundum illationem quando scilicet filogismus est peccans in forma ideo dupliciter potest fieri solutio recta que quidem est manifestatio filogismi falsi scilicet ostendendo falsitatem premissarum vel defectum quem habet ita quod non sunt dispositae in modo et in figura

**Sed contra predicta arguitur.**

Primo sic. fallacie solum causant deceptionem in disputatione litigiosa. sed homo sibi ipsi non facit disputationes litigiosas. ergo ma-

le dicitur est quod fallacie extra dictionem decipiunt hominem per seipsum considerando. Secundo arguitur sic. fallacia consequentie est pars fallacie accidentis. ergo non sunt fallacie distincte. Tertio arguitur sic. ignorantia elenchi magis peccat contra verum elenchum quam aliqua aliarum. ergo ipsa debet esse prior alijs. Quarto arguitur sic. paralogismi peccantes in forma debent solui per distinctionem vt dicitur secundum elenchorum. ergo paralogismi fallaciarum extra dictionem cuius sunt peccantes in forma debent solui per distinctionem et non per negationem consequentie sicut prius dictum est.

**Ad rationes. Ad primam**

dicitur quod quis homo non faciat sibi ipsi disputationem sophisticam credendo seipsum decipere. tamen quia ignorat habitudines rerum ideo disputando decipit seipsum. Ad secundam dicitur quod fallacia consequentie est pars fallacie accidentis in hoc sensu quod vbiusque est fallacia consequentie ibi est fallacia accidentis. non tamen est pars formalis fallacie accidentis quia in eodem paralogismo sub diuersis rationibus reperitur ille diuersae fallacie.

Ad tertiam dicitur quod fallacie extra dictionem non ordinantur secundum suas causas defectus sed secundum suas causas apparentie. ideo quis ignorantia elenchi magis peccat contra verum elenchum quam aliqua aliarum. tamen quia in ea non est maior causa apparentie quam in alijs ideo ipsa non debet esse prior alijs. Ad quartam dicitur quod paralogismi extra dictionem possunt solui per distinctionem diuersarum habitudinum eiusdem rei. non tamen per distinctionem alicuius propositionis multiplicis de qua distinctione intelligitur in premissis passu. et dictum aristotelis in secundo elenchorum intelligitur de distinctione diuersarum habitudinum eiusdem rei.

**Inter has autem primo dicendum est de fallacia accidentis.**

fallacia consequentis sic diffinitur. est ydoneitas decipiendi proueniens ex apparenti conuertibilitate antecedentis et consequentis. que tamen sunt cõiter diuersae inter se. Et causa apparentie huius est apparentis conuertibilitas antecedentis et consequentis. propter quam credimus quod sicut antecedens inferunt consequentes ita e converso. scilicet quod antecedens inferat antecedens. Causa vero defectus est diuersitas antecedentis et consequentis. unde cuius antecedens inferat antecedens sicut e converso. Et tunc secundum hanc fallaciam quicquid arguitur a destructione antecedentis ad destructionem consequentis. Quia tamen oppositum antecedentis sequitur ad oppositum consequentis idem equivalenter arguitur a genere ad species et ideo ipsa est fallacia consequentis. Et ipsi tres sunt modi. Primus est arguendo a destructione antecedentis ad destructionem consequentis. ut si homo est animal est. sed nullus animal est. et tunc arguendo a positioe antecedentis ad positionem consequentis. ut si homo est animal est. sed animal est. ergo homo est. Et tunc per hunc modum peccat omnis isti paralogismi qui sunt ab inferiori ad superius negative. ut alius non est homo. ergo a sine non est animal. aut tamen in terminis negationem includentibus. ut sortes differt a platone. ergo differt ab homine. sortes incipit esse albus. ergo incipit esse coloratus. Et tamen per hunc modum peccat omnis iste tamen qui sunt a superiori ad inferius affirmative aut que sunt ab inferiori distributo ad superius distributo. Et plus primo. ut animal est. ergo homo est. et exemplis secundo. ut omnis homo currit. ergo omne animal currit. Et in

omnibus istis debet negari consequentia ostendens de causam quare non habet.

### Sciendum est tercio quod

secundus modus huius fallacie fit arguendo ab insufficienti enumeratione singularium ad suam vltimam. ut sic arguendo. sortes currit. plato currit. guillermus currit. ergo omnis homo currit. Vel sic. sortes habet pedes. plato habet pedes. guillermus habet pedes. ergo omne animal habet pedes. Vel sic. homo fuit in archa noe. equus fuit in archa noe. leo fuit in archa noe. et sic de singulis speciebus animalium. ergo omne animal fuit in archa noe. Si militer si paret quod omnis homo videt omnem equum sic arguendo. ille homo videt istum equum. et ille homo videt illum equum. ergo omnis homo videt omnem equum committitur fallacia consequentis ab insufficienti enumeratione singularium. Ad sciendum autem quomodo debet fieri enumeratio singularium in illis propositionibus. ponitur hec ratio. Omnis propositio in qua ponitur signum affirmatiuum tam a parte subiecti quam a parte predicati potest induci a parte subiecti tamen et tunc totum predictum debet de quolibet subiecto singulari affirmari. id est illa debet sic induci. omnis homo videt omnem equum ab istis singularibus. sortes videt omnem equum. plato videt omnem equum. et sic de singulis hominibus. ergo omnis homo videt omnem equum. Secundo potest fieri inductio a parte predicati tamen. et tunc omnia singularia predicati debent predicari de quolibet subiecto sic et vltimo sumpto. id est predicta propositio sic inducitur. omnis homo videt hunc equum. omnis homo videt hunc equum. et sic de alijs. ergo omnis homo videt omnem equum. Tercio modo potest fieri inductio a parte vtriusque et tunc de quolibet supposito subiecti per se sumpto sub eo debent affirmari omnia singularia predicati. ut sortes videt istum equum et istum equum et sic de alijs equis. et plato videt istum equum et istum. et sic de alijs. et cetero videt istum equum et istum. et sic de alijs tam hominibus quam equis. ergo omnis homo videt omnem equum. Tercius modus huius fallacie fit arguendo in cõiter accidentibus. scilicet in illis que non necessario se mutice consequuntur. ut sortes est comptus. ergo est adulter. vel sic sortes est magnus. ergo est fortis. sortes est pulcher. ergo est bonus. in omnibus istis prima non valet quia licet ista accidentia quicquid se consequantur non tamen de necessitate.

### Sed contra predicta arguitur.

Primo sic. consequens est de intellectu antecedentis. ergo destructio antecedentis destruit consequens. et per consequens a destructione antecedentis ad destructionem consequentis est bona prima. Secundo arguitur sic. positio posteriori de necessitate prius ponitur. sed consequens est posteriori ante. ergo a positioe antecedentis ad positionem consequentis est bona prima. Tercio arguitur sic. singularia sufficienter enumerata sequuntur ad suam vltimam. ergo arguendo ab insufficienti enumeratione singularium committitur primus modus. et per consequens primus modus

non valet  
sic committitur



Tractatus sextus

scilicet modus ad ostendendum. Quarto arguatur sic. a. cetera accidentibus est bonus locus dialecticus. g. sic arguendo non sumit tertius modus huius fallacie. Ad rationes. Ad primam...

Equitur de fallacia secundum non causas ut cam. Ad cuius evidentiā sciendum quod duplex est silogismus. scilicet ostensivus et ad impossibile. Ostensivus est qui habet unam solam conclusionem. Silogismus vero ad impossibile est quando aliquis silogistice ducitur ad impossibile et propter hoc interimitur aliqua premissarum que erit causa illius impossibilis. Unde iste silogismus semper habet duas conclusiones. ut cum dicitur. est ne homo asinus. hoc concessio. Contra nullus asinus est animal rationale mortale. hoc est asinus. ergo homo non est animal rationale mortale. sed hoc est impossibile. ergo et ista homo est asinus. et ille silogismus est in quarto modo prime figure.

Sciendum est enim quod non causa ut causa sepe fit in silogismis ad impossibile. Fallacia autem scilicet non causam ut causam fit quando non causa ponitur ut causa. et propter hoc apparet sequi impossibile. et illud quod apparet esse causa interimitur. ut si queratur. est ne brunellus homo. quo concessio. Contra. nullus asinus est animal rationale mortale. sed homo est asinus et brunellus est homo. ergo homo non est animal rationale hoc autem est impossibile. ergo brunellus non est homo. In hac enim dicta argumentatio est non causa ut causa quod interimitur id quod apparet esse causa et non est. scilicet brunellus est homo. Causa apparet huius fallacie est convenientia huius quod apparet esse causa et non est cum eo quod est causa. Causa falsitas est diveritas eorum. tale enim exemplum ponit aristoteles huius fallacie. sunt ne anima et vita idem. quo concessio. Contra. mors et vita sunt contraria. sed mors est corruptio. ergo vita generatio. et per consequens vivere est generari. sed hoc est impossibile. quia quicquid vivit non generatur. sed generatur est. ergo animal et vita non sunt idem. hec conclusio peccat secundum causam ut causam.

De fallaciis.

cat secundum causam ut causas et hoc enim quod anima et vita sunt idem non sequitur impossibile et ita non debet interimi. sed ista mors et vita sunt contraria. quod in omnibus his id quod non est causa apparet esse causa. quod concitat in terminis cum aliquibus propositio nibus ex quibus sequitur impossibile. Ex istis patet quod ista fallacia non fit in silogismo ostensivus. ut omnis homo currit. sortes est homo et sol est in cancro ergo sortes currit. hic non est fallacia cause ut cause. quod hec propositio sol est in cancro non est causa neque apparet esse causa sicut apparet in silogismo ad impossibile.

Circa hunc tertium notandum est primo quod consequenter autor determinat de fallacia secundum non causam ut causam que habet fieri in silogismo ad impossibile. Est autem duplex silogismus. scilicet ostensivus et ad impossibile. Silogismus ostensivus est qui ex unico processu et duabus premissis infert suam conclusionem. Sed si silogismus ad impossibile est qui ex premissis infert unum manifeste falsum et cause falsitate interimitur aliqua premissarum et probatur oppositum illius premissis. Ex quo patet quod silogismus ad impossibile semper habet aliquam premissam falsam eo quod conclusio eius semper est falsa et veritas non sequitur falsum. Unde in silogismo ad impossibile sunt duo processus. Primus est ex eo quod proceditur a premissis falsis ad unum falsam. et iste est silogismus et hoc de in eo est aliqua fallacia. Secundus est ex quo proceditur a falsitate conclusionis ad interimitum premissarum que est causa eius falsitatis et in isto secundo modo fit fallacia secundum non causas ut causam. Dicitur autem causa in proposito illa premissa que facit illatorem conclusionis qua remota non aptius sequitur conclusio. Sed premissa non causa est premissa que non operatur ad illationem conclusionis sic quod ipsa remota non minus sequitur conclusio. Sed non causa ut causa est premissa

scilicet nihil faciens ad illatorem conclusionis que est apparet aliquid facere ad illationem conclusionis propter aliquam convenientiam quas habet in aliquo termino conclusionis. Sed fallacia non causam ut causam sic diffinitur quod est deceptio propter convenientiam premissis non cause ut cause cum conclusionem illatorem propter quod convenientiam credimus premissas non causas esse causas illatorem conclusionis. Ex quo ulterius credimus conclusionem esse falsam propter similitudinem premissis non cause ut cause. Causa vero apparet huius fallacie est falsitas conclusionis et convenientia eius cum premissa non causa ut causa. Causa vero defectus est veritas premissis non cause ut cause. et causa eo quod premissa non causa ut causa nihil operatur ad illationem conclusionis. Et ita patet quod ista fallacia fit in regressu in conclusione facta qua concipitur premissas non causam ut causam sic fallas et illa conclusio falsa. ut si arguatur sic. omnis asinus est rudibilis. et animal est asinus. omnis homo est alal. ergo omnis homo est asinus. Ista propositio omne alal est asinus est premissa causa quod ea remota aptius non sequitur conclusio. sed ista omnis asinus est rudibilis est premissa non causa quod ipsa remota vel non posita non minus sequitur conclusio. apparet tamen aliquid facere ad illatorem conclusionis. ideo si cre datur quod conclusio fit falsa propter falsitatem premissis non cause ut cause decipitur per hanc fallaciam

Sciendum est secundo quod duo sunt modi huius fallacie. Primus est quando premissa non causa convenienter est premissa causa et subiecto. ut hic. omnis asinus est rudibilis. et alal est rudibilis. et tunc fit regressus ad interimitum hanc omnis asinus est rudibilis et male fit regressus ideo committitur hec fallacia. Et solentur iste paralogismus negando consequentiam eo quod male fit regressus ad interimitum premissas falsas quod illa propositio non est falsa propter falsitatem premissis non cause ut cause sed quod alia premissa falsa est causa falsitatis. Secundus modus est quando premissa non causa ex parte sui predicari dicitur cum premissa causa. ut arguendo omnis asinus est rudibilis. et rudibile est homo. brunellus est rudibilis. ergo brunellus est homo. propositio est falsa. ergo aliqua premissarum non alia est ista. omnis asinus est rudibilis. ergo ipsa est falsa. Respondendum est quod hic male interimitur quod loco premissis cause interimitur premissa non causa. Ita quod non est causa talis impossibilis illati. Et ad fallaciam hanc reducitur argumentum quod ex possibilibus sibi invicem incompensabilibus inferitur propositio incompensabilis. ut si sic arguatur. hoc est album. hoc est nigrum. ergo album est nigrum. propositio est impossibilis. ergo aliqua premissarum. Respondetur negando propositio quod causa illius impossibilitatis non est impossibilitas alicuius premissarum sed est incompatibilitas premissarum inter se

Tractatus sextus

Sciendum est tercio q

ad hoc q copulatio sit impossibilis no requiritur q aliqua pars e sit impossibilis sed sufficit q partes e sunt impossibiles...

Handwritten marginal notes on the left side of the page.

Sed contra predicta ar

guit. Primo sic. In qualibet fallacia conclusio videtur probari p premissas que no probat...

Ad rationes. Ad primam

dicatur q non causa capit dupl. vno mo gualiter pro omni illo qd non est causa nec videtur esse causa...

hec premissa no causa ponat in primo discursu filogismi ad impossibile et in eo sit causa appa...

Propositio plures est illa

in qua plura predicantur de pluribus. vel plura de vno vel vnu de pluribus. vt sortes currit et disputat...

De fallaciis.

lari numero subiciunt vel predicant. vt hic est ne hic et hic homo demonstrato sorte et brunello. si dicat sic. ergo brunellus est homo...

Curia hunc textu notandus est primo q hic adsequenter autor determinat de fallacia secunda

dum plures interrogatōes vt vni. et ad hoc ostendens primo dicitur propositio plures. deinde ostendit quid est propositio vna. Dicitur g...

Sciendum est secundo q

huius fallacie duo sunt modi. Primus est qm in interrogatione plures plura predicantur in singulari numero...

## Tractatus sextus

sciendū q̄ ad interrogatōē plures q̄q̄ p̄t̄ de  
si vna responsio et quandoq̄ plures.

### Sciendum est tercio q̄

interrogatio p̄t̄ dici plures quinq̄ modis. Pri-  
mus modus est q̄ plura ip̄sice interrogantur  
de plurib⁹ vel plura de vno vel vni de pluribus  
sicut est illa in qua ponit termin⁹ equivoq̄. Sec-  
undus modus est q̄ in ea explicite interrogan-  
tur plura de plurib⁹ vel plura de vno ut si que-  
ras vtrū sotes sit alb⁹ sit bonus. Tercius mo-  
dus est q̄ in eadē ponunt plura ex eadem parte  
quorū vnū est determinatio alterius. ut si que-  
ras vtrū sotes alb⁹ sit bonus. Quartus mo-  
dus est q̄ in ea ponunt plures termini contine-  
ti p̄ connectōē aut adverbū. ut si que-  
ras vtrū sotes vel blandus sit alb⁹. Quintus mod⁹  
est q̄ in ea ponuntur plures termini in plurali  
numero. ut si que-  
ras vtrū isti sunt ceci vel viden-  
tes. Et inter istos quinq̄ mod⁹ interrogatōis  
plures duob⁹ primis modis nō est vna interro-  
gatio. et per hōc nō est propositio quia eadem  
est propositio et propositio vna. Et quo loquit̄  
q̄ illa nō est vna nec falsa nec cōcedenda nec ne-  
ganda s̄ distinguēda. et p̄ hōc nō est ad eā dāda  
vna responsio. Sed interrogatio plures tribus  
alijs modis est aliquo mod⁹ vna. et ad eā potest da-  
ri vna respōsio. ut demonstrato vno hōc vidēte  
et alio ceco et que-  
ras vtrū isti sint ceci vel viden-  
tes. Quis nō potest respondere q̄ sic p̄t̄ tū re-  
sponderi q̄ nō q̄ ista ista sunt videntes equiva-  
let vni copulatiue. s̄ hinc iste est videns et ille nō  
est videns. Sed negativa opposita. s̄ ista ista nō  
sunt videntes equivalet vni disiunctiue de. scilicet  
huic ille nō est videns vel ille nō est videns.

### Sed contra predicta ar-

guitur. Primo sic. eadē est interrogatio et inter-  
rogatio vna. s̄ interrogatio plures nō est inter-  
rogatio vna. q̄ interrogatio plures nō est inter-  
rogatio. Secūdo arguit sic. in illa propositōe  
sotes et plato currit predicat vnū de pluribus  
et tū est propositio vna et nō plures. q̄ est inter-  
rogatio vna. Tercio arguit sic. interroga-  
tio plures fit trib⁹ modis. q̄ debet esse tres mo-  
di huius fallacie. Quarto arguit sic. quecun-  
q̄ sunt plura sunt in plurali numero. q̄ plura  
nō subiuntur in singulari numero nec etiam pre-  
dicantur in singulari numero.

### Ad rationes. Ad primā

q̄ q̄ propositio t̄ vna dupliciter. vno mod⁹ ḡna-  
liter et sic ois pp̄ est vna in qua predicat vnus  
de vno vel plura de plurib⁹ hoc est cōiuncte. et  
sic interrogatio plures bñ ē vna. s̄ vna cōiuncte  
vna. Secūdo q̄ prop̄ illa t̄ vna in qua t̄ vnus  
de vno et sic interrogatio plures nō est interro-

gatio vna. Ad sciam cōcedo q̄ illa est vna  
cōiuncte s̄ nō vna simpliciter. Ad terci-  
am t̄ q̄ qualib⁹ istorū mod⁹ assignatorū continet  
tres modos interrogatōis plures. ideo bñ distin-  
guuntur plures. Ad quartā dicitur q̄ si ca-  
pitur numerus ut est passio rex tūc quecunq̄  
sunt plura s̄t̄ in plurali numero. sed si capiat̄  
est passio termini singularis sic est vnus mod⁹  
numeri et plura p̄t̄ accipi in singulari numero.

Est hec autem reducen-  
dum est omnes fallacias  
ad ignorantiaz elenchi. Re-  
ducere autem omnes ad igno-  
rantiam elenchi est ostendere  
qualiter fallacia quelibet pec-  
cat contra aliquam particulā  
in diffinitione elenchi positam  
aut ratioē silogismi aut contra-  
dictionis. sicut enim differētia  
adueniens generi cōstituit spe-  
ciem. ita ratio contradictionis  
adueniens silogismo constituit  
elenchus. Unde quicquid est in  
elencho aut est in eo ratione cō-  
tradictionis aut ratione silogi-  
smi. dicit enim aristoteles q̄ di-  
uidendū est omnes silogismos  
apparentes et elēchos. aut om-  
nes reducendum est ad ignora-  
tiam elenchi. Equiuocatio et ā-  
phibologia et figura dictōnis  
reducuntur ad ignorantia elen-  
chi. eo q̄ duplex esse impedit si-  
logismum et contradictionem.  
Compositio. diuisio. accentus  
reducuntur ad ignorantiaz elē-  
chi in eo q̄ non est oratio eadē  
vel idem nomen. sed differens.

## De fallacijs

oportet autem hoc scilicet no-  
men et ratioem esse eadem quē  
admodum et rem si debeat esse  
elenchus. Qui vero secundum  
accidens fiunt manifesti sunt  
diffinito silogismo. quia fiunt  
contra particulam in diffinitio-  
ne elenchi positam scilicet ne-  
cesse est aliud accidere per ea  
que posita sunt et concessa. Et  
secundum hanc fallaciam que  
est secundum accidens artifices  
et scientes sepe ab inscijs re-  
darguuntur facientibus silogi-  
smos contra sapientes. nam se-  
cundum accidens faciunt silo-  
gismos apparentes. Qui vero  
fiunt secundum quid ad simpli-  
citer reducuntur ad ignorantia-  
am elenchi. quoniam de eodez  
non est affirmatio et negatio.  
Et ethiops est albus secundum  
dentem. ergo est albus. Ad anti-  
festi sunt autem silogismi qui  
prius dicti sunt. et quales nun-  
cupantur. Qui vero fiunt secū-  
dum id quod petitur in princi-  
pio. et non causam ut causam  
peccant manifeste contra diffi-  
nitionem silogismi quia in silo-  
gismo oportet sequi aliud de  
necessitate quod nō erat in pri-

cipio. Sic oportet q̄ p̄sisse sint  
cause conclusionis silogismi.

Qui vero scōz consequens re-  
ducuntur sicut et illi qui fiunt  
secundum accidens. Qui vero  
secundum plures interrogatio-  
nes ut vnā reducuntur eo q̄  
peccant contra vnitatem pro-  
positionis. ibi enim non sumit̄  
tur propositio vna. et per con-  
sequens nec propositio. nam e-  
adem est diffinitio vnus rei et  
rei. ut hominis et vnus homi-  
nis. simile autem est in alijs. vni  
de propositio vna vnum de v-  
no affirmat. sed non est ita in  
propositōe plures in qua pre-  
dicantur plura de vno vel vni  
de pluribus. et propter hoc pec-  
cant contra vnitatem proposi-  
tionis. Item omnes fallacie in  
dictione et secundum quid ad  
simpliciter. reducuntur ad igno-  
rantiam elenchi eo q̄ peccant  
contra contradictionem. Om-  
nes autē fallacie alie extra di-  
ctionem reducuntur in hoc q̄  
peccant contra diffinitionem  
silogismi. Et hec de falla-  
cijs Petri Hispani dicta suffi-  
ciant.

Circa hunc textum notandum est primo q̄  
31.





ferentiam eorum que supponunt ab his que no supponunt. quia illa que dicuntur cum comple...

Sciendum est secundo q

suppositio conuenit solum termino ideo autor noster primo diffinit terminum. Unde ter...

Circa quam diffinitiones incidunt aliquae difficultates. Prima est quomodo ipsa potest sal...

Pro solutione prime difficultatis pro supponitur q triplex est terminus scilicet vocalis et...

Sciendum est tercio pro solutione terci dubij q vniuersale vel par...

pro solutione terci dubij q vniuersale vel particulare siue res vniuersalis vel particularis ac...

estum nec pars subiecti licet bene pars predi cati. vt sunt signa vniuersalia particularia ne...

Sciendum est tercio

pro solutione terci dubij q vniuersale vel particulare siue res vniuersalis vel particularis ac...

Ex quibus patet solutio ad tertium dubium.

non enim accipiuntur proprie vniuersale aut par...

Autem autem subuidit terminus incom...

Circa quam diuisionem incidit dubij. no enim videtur esse bona diuisio eo q multa termi...

Sed contra predicta arguitur. Primo sic. In alijs tractatibus determi...

Sed contra predicta ar

guitur. Primo sic. In alijs tractatibus determi natur de termino. ergo terminus non est subiec...

Ad rationes. Ad primam

dicatur q in alijs tractatibus no determinatur de termino sub eadem ratione formali sub qua...

Ad tertiam dicitur q ipsa significatiue ac...

Ad quartam dicitur q hec vox ho mo est animal non est vox incompleta ideo no...

Significatio vt hic sumitur est rei per vocem secundus pla citum representatio. quare cuz...

substantive vel adiective. Et significare aliquid adiective vel substantive sunt modi vocum. qz adiectivatio et substantivatio sunt compotes modi et differentie rerum que significantur et non significant.

Copulatio est acceptio ter-

mini adiectivi pro aliquo.

Circa hanc tertium notandum est primo qd hic consequenter autor diffinit significationem dicens qd significatio est rei per vocem secundum placitum representatio. Unde duplex est significatio. Quedam est naturalis qua vox aut conceptus naturaliter et sine impositione significat res. propter quod ipsi conceptus sine passionibus anime sunt eodem apud omnes. Eadem enim naturalis similitudo representat lapidem in mente greci et latini. Alia est significatio ad placitum que scilicet convenit termino ex impositione vocali. Et talis est duplex. quia quedam est primaria sine ad placitum primarium que convenit vocibus. Alia est secundaria sicut sunt scripturæ. Sic enim subordinantur conceptus voces et scripturæ. Quia conceptus primo naturaliter significant res. deinde voces ex impositione sine ad placitum ipsas significant. et postremo scripturæ eadem significant. et sic illa tria sunt signa subordinata sic voces non significant res nisi conceptus prius significant. scripturæ enim non significant nisi voces et conceptus prius significant. Unde hic non diffinitur significatio prout est communis ad istas predictas significationes. Sed sicut prius definitus est terminus vocalis sic etiam diffinitur hic significatio ad placitum primarium que est significatio vocis impositæ ad significandum. In qua diffinitio ponitur repitatio loco generis. Et ponitur secundum placitum ad differentiam significationis naturalis que convenit conceptibus et aliquibus vocibus non impositis ad significandum. Et ponitur per vocem ad differentiam scripturarum. Et dicitur rei ad differentiam sine categorematum que non significant res sed dispositiones rerum. Unde iterum significatio subdividitur. Quia quedam est rei substantive que fit per nomen substantivum. Alia est rei adiective que fit per nomen adiectivum. Cuius ratio est qd ois res significatur ut est in se ante et in alio. Si primum sic est significatio rei substantive. Si secundum sic est significatio rei adiective.

Sciendum est secundo qd

pro declarat de diffinitionis suppositiois supponit qd suppo accipit duplr. vno qd suppo de reali qd

relatione aliquid supponitur realiter alteri. tunc de ea non est hic ad propositum. Alio modo capitur ut est secunda intentio ratiōe ratiōis conveniens terminis. sic ad hoc dupliciter. vno modo ut est relatio suppositi ad appositi. et supponere hoc modo est verbo suppositum reddere. Alio modo capitur ut est scda intentio logicalis conveniens termino ut eius passio et sic accipit hic. Et diffinitur sic. Suppositio est acceptio termini substantivi pro aliquo. Et dicitur termini substantivi ad differentiam copulationis que est terminorum adiectivorum qui non supponunt s; copulant. et additur pro aliquo. s. pro re significata per terminum aut primario aut scario. Ita enim non accipitur aliquid ut est vnum particulare s; accipitur transcendenter. s. pro revelante. Circa quas diffinitiones incidant aliquæ difficultates. Prima est vtrū terminus possit supponere tñ in propositione qd extra propositiones. Ad quā dubitatio respondet qd quis scdm multos modernos logicos sit impossibile terminum supponere extra propositiones. tñ secundum auctorem nostrum possibile est terminum substantivum supponere tam in propositione qd extra propositionem. Qd patet primo qd iste terminus hō per se simpliciter supponit naturaliter. s. tam pro pñibus qd futuris et pteritis. Scdo patet qd suppositio nihil aliud est qd acceptio termini substantivi pro aliquo re significata per ipsius. Sed terminus substantivus significans rem pro ea pōt accipi tam in propositione qd extra propositionem. qd et potest supponere. Et quo infertur qd de ratiōe suppositiois non est qd sit respectu verbi vel predicati. Quis suppositio accidentalis nō sit nisi respectu aliterius adiuncti. Scda difficultas est vtrū terminus adiectivus possit supponere. Pro solutio ne supponitur qd duo significant per nomē adiectivum. vnum enim significatur de significato principali et primario et est forma accidentalis que significatur cum quadam dependentia ad subiectum. Aliud est qd significatur et minus principaliter importatur tanq; id ad quod illa dependentia terminatur. Hoc notato dicitur primo qd terminus adiectivus non potest supponere pro suo significato primario. quia illud qd supponit pro aliquo debet illud significare per modum per se stantis. Secundo dicitur qd terminus adiectivus potest supponere pro suo significato secundario sed non pro primario. Uterq; infertur qd non quilibet terminus supponit pro quolibet suorum significatorum. patet de adiectivis que non possunt supponere pro suis significans primarijs. ergo correlarium verum.

Sciendum est tercio qd

tertia difficultas est vtrū suppositio distinguat a termino supponente. De qua sunt tres modi di

condi. Primus modus est qd quilibet terminus supponens est suamet suppositio. Et vltra dicitur qd acceptio termini ut hic accipitur non est aliud qd terminus qui est acceptus vel potest accipi in propositione pro aliquo. Et istis inferuntur primo qd ad hoc qd aliquis terminus supponat nō requiritur qd actu accipatur pro aliquo in propositione. quia si sic iste terminus homo existens in libro clauso non supponeret. Sed sufficit qd si aliquis circa eum adverteret ipsum acciperet in propositione pro aliquo. Secundo infertur qd quā docunq; terminus potens supponere supponit est suppositio sua. Tñ non quā docunq; est potens supponere est suppositio sua. Quia secus si dum hunc modum dicens iste terminus suppositio est terminus connotativus qui vltra terminum connotat acceptionem eius in propositione. Et iste modus est modus dicendi Johānis dorp et aliorum nominalium. Secundus modus dicens est qd suppo accipit vtrū sine termino mē talis est met ille terminus mentalis. Sed suppositio termini ad placitū. scilicet vocalis aut scripti non est terminus vocalis aut scriptus sed est etiam terminus mentalis. Ex quo infertur pro qd sicut in voce aut scripto non est stas aut falsitas propositionalis nisi in ordine ad conceptum mentalem sibi correspondentem. sic etiam terminus vocalis aut scriptus non dicitur supponere nisi in ordine ad conceptum mentalem sibi correspondentem. Secundo infertur qd sicut hō scriptum deus est in libro clauso non est actualiter suppositio nec actualiter verum vel falsum significat eo qd actualiter non accipitur mediante alio quo conceptu. sed est propositio in potentia p pñqua. sic ille terminus deus in illo libro nō supponit actualiter sed tantum in potentia propriam qua. Et iste est modus dicendi Marculi et multorum aliorum nominalium. Tertius modus dicens est realium logicorum dicens qd suppositio logicalis nihil aliud est qd vna secunda intentio sine relatio ratiōis existens in termino causata per actum intellectus qua intellectus accipit terminum pro re significata per ipsius. Et quo infertur primo qd suppositio actualis distinguitur a termino ex natura rei et potest ab eo separari. Secundo infertur qd suppositio nō est forma termini sed est aliquis respectus consequens quidam tatem ipsius termini. Consequenter autor assignat tres differentias inter suppositionem et significationem. Prima est qd significatio est proprietas vocis. suppositio vero est proprietas termini significantis rem. Secunda differentia est qd significatio advenit simplici voci. Suppositio vero advenit termino constituto ex voce et significatione. Tercia est quia significatio est relatio signi ad significatum. suppositio vero est relatio terminus supponentis ad rem suppositam.

significatio naturalis ad placitum

No qd p no adiectivus vno significatur. sicut de sigto pñis qd primario. Aliud est significare cum pñis.

## Tractatus septimus

Consequenter autem dicitur copulationem dicitur. Copulatio est acceptio termini adiectivi pro aliquo. Et ponitur terminus adiectivi ad differentiam suppositiois que est acceptio termini substantivi. Et autem adiectivi copulatio patet quia copulare est significare aliquid alteri adiacere. Et adiectiva significant formam cum imperentia sicut adiectiva ad substantivum. ergo adiectiva copulant. Nec capitur hic copulare ut idem est quod coniungere predicatum cum subiecto quia hoc non dicitur adiectivis sed tamen copule verbali. Sed accipitur ut est liberere aut adiacere alicui sine significare aliquid cum imperentia ad substantivum.

**Sed contra predicta arguitur.** Primo sic. Si hec distinctio significatiois est bona sequeretur quod termini secunde intentionis nihil significarent cum non viderentur repñtare aliquam rem et tamen aliquid significant ergo distinctio non est bona. Secundo arguitur sic. distinctio significatiois non convenit significationi passionum nec etiam scripturarum. ergo non convenit omni contento sub distinctio. et per hoc non est bona. Tercio arguitur sic. Si distinctio suppositiois esset bona sequeretur quod terminus substantivus non possit supponere simpliciter. Quia quod terminus supponens simpliciter non capit pro aliquo. Quarto arguitur sic. suppositio est acceptio termini substantivi pro aliquo. ergo terminus adiectivus nullo modo supponit.

### Ad rationes. Ad primam

dicitur quod licet termini secunde intentionis non significant aliquam rem habentem esse reale tamen significant rem rationis habentem esse obiectivum in alia et hoc sufficit ad hoc quod aliquid significant.

Ad secundam dicitur quod solutio patet ex dictis quia hic solus dicitur significatio ex ipso nomine propria ad placitum que non dicitur conceptus aut scripturis. Ad tertiam dicitur adiectivus non supponit inquantum adiectivus. tamen bene potest supponere ratione subiecti in eo inclusi et connotati. Ad quartam dicitur quod non accipitur pro aliquo in distinctioe suppositiois particulariter et sine categorizatione et sic accipitur categorizatione et transcendente.

**Appositionum alia communis alia discreta.** Suppositio communis est que fit per terminum communem. ut homo animal. Discreta est que fit per terminum discretum. ut sortis. vel per terminum communem cum

pronomine demonstrativo. ut iste homo qui est terminus discretus. Item suppositio numerum communium. alia naturalis. alia accidentalis. Suppositio naturalis est acceptio termini communis pro omnibus his pro quibus aptus natus est participari. ut iste terminus homo per se sumptus supponit pro omnibus hominibus. tam qui sunt qui erunt et qui fuerunt.

Circa hanc tractatum notandum est primo quod consequenter autem determinat de suppositione dicitur. Unde suppositio prima sui divisione dividitur in suppositionem propriam et impropriam. Suppositio impropria est acceptio termini pro aliquo pro quo de rigore sermonis non permittitur precise supponere sed ex transumptione et visu loquendi. et de hac suppositione non loquitur hic autor. Et assignantur tres modi eius suppositionis. Quia quedam est methaphorica alia est antonomastica. et alia sinodocica. Unde suppositio impropria sinodocica est illa quando pars supponit pro toto. ut cum dicitur proa est in mari quis enim proa sit pars navis tamen supponit pro tota nave et exculatur hec locutio per sinodochem. Methaphorica autem suppositio fit quod continens ponit pro contento aut contra. ut si vas supponat pro vino vel vinum pro vase. Antonomastica autem suppositio fit quando terminus communis supponit pro uno cui maxime dicitur. ut cum dicitur philosophus fecit hoc quis enim iste terminus philosophus de virtute sermonis non plus deberet supponere pro aristotele quam platone. tamen quia aristoteles inter omnes philosophos maximus reputatur. ideo si iste terminus sumatur per se pro eo supponit per antonomasiam. Similiter cum dicitur propheta dixit hoc. tamen propheta supponit pro david. Et cum dicitur apostolus dicit hoc. tamen apostolus supponit pro paulo. Possunt etiam assignari alij modi secundum diversitatem figurarum grammaticalium. sed isti sunt modi principales quibus autores frequentius utuntur.

Suppositio vero propria est acceptio termini pro aliquo pro quo de virtute sermonis permittitur supponere et hanc dividit autor prima sui divisione in suppositionem eodem et discretam

## De suppositione

Unde alij aliter dividunt suppositionem prima sui divisione. scilicet in suppositionem personalem simplicem et materialem. Circa quam divisionem notandum aliquas difficultates. Prima est quod est suppositio materialis. pro cuius solutio supponitur quod suppositio materialis potest fieri quatuor modis. Primo modo quod vox prolata supponit pro seipsa vel scriptura pro seipso. ut si dicitur hoc est vox prolata. ista vox hoc supponit materialiter pro seipsa. Secundus modus est quando terminus scriptus supponit pro seipso prolato. vel scriptura supponit pro voce. ut cum dicitur hoc est dicitio dissillaba et homo scribatur tunc illa scriptura supponit materialiter pro illa voce hoc Tercius modus est quod terminus vel vox supponit pro alio termino vel pro alia voce simili. ut cum dicitur alal vere predicatur de hōse in hac propositione hoc est animal. ibi hoc vox homine supponit pro hac voce homo. Quartus modus fit quod terminus sumptus sub una suppositione supponit pro seipso sumpto sub alia. ut cum dicitur homo habet suppositionem personalem in hac propositione omnis hoc curru. ibi hoc supponit materialiter pro seipso supponente personaliter.

Quintus modus est quod terminus acceptus sub una suppositione supponit pro seipso non potest supponere ut si dicitur albus non potest supponere. si enim hec sit vera oportet quod subiectus supponat pro aliquo. non tamen potest supponere pro seipso supponente aut potente supponere. quia sic propositio esset falsa. Et quo in fertur primo quod propositio negativa potest esse vera quous predicatus in sit subiecto vel ei pro quo supponit. dicitur tamen non in sit illi pro quo supponit scilicet pro illo supponit. Et quo sequitur secundo quod non in omni propositione potest terminus habere suppositioes materiales. scilicet solum quod comparatur alteri extremo quod respicit ipsum scilicet quod est terminus. Et est talis propositio distinguenda per tres equivocones eo quod potest accipi personaliter aut materialiter pro significato aut signo. Tercio dicitur quod suppositio materialis est acceptio termini qua accipitur pro se vel pro alio sibi simili aut dissimili eodem modo vel aliter supponente cui non imponitur ad significandum nec significat naturaliter proprie illud pro quo supponit. et iste est modus dicendi modernorum logicorum.

### Sciendum est secundo quod

secunda difficultas est verum sit de intentione autoris non ponere suppositioes materiales. De quo sunt duo modi dicendi. Primus stat in duobus dictis. Primus dicitur est causa quare autor non determinat de suppositione materiali quod satis visitata est a patribus grammatice et de se videtur manifesta. Secundus dicitur est quod petrus hispanus non dicit quod suppositio conveniat solum termino in significanti

et quod suppositio supponat significationem eo quod suppositio solum dicitur termino pro suo significato. Nam sicut autor dicit hoc non significat sortis et platonem et tamen pro eis supponit. Sed dicit hoc eo quod suppositio solum dicitur termino aliquid significans non tamen semper pro suo significato. Et quo in fertur quod de intentione eius non fuit negare suppositioes materiales. Alius modus dicendi est quod de intentione eius fuit esse omnino negare. Quod suppositio solum dicitur termino in significanti aliquid rem. scilicet si suppositio materialis poneret non solum possent supponere voces significantes sed etiam non significantes. Tercia difficultas est vox potest salvari et etiam defendi suppositioes materiales non esse ponendas. Cuius enim videatur quod non possit salvari veritas harum propositionum homo est vox. alal est dissillaba. et sic de alijs nisi dicitur quod subiecta earum supponit materialiter. Ad quam tamen dubitatio dicitur dicitur quod in talibus propositionibus subiecta non supponunt logicaliter sed ibi non sit relatio termini ad rem significantem. Quous sit ibi suppositio grammatice que est relatio suppositio ad appositum. Et ideo non sequitur quod suppositio materialis sit inter suppositioes logicales commutandas. Est tamen alius modus respondendi quod sicut alij quos nunquam terminus materialiter acceptus est subiectum aut predicatum propositionis. Sed si videatur quod non debet teneri aliter quod materialiter tunc debet ibi suppleri aliquis terminus singularisatus per pronomine demonstrativum supponens materialiter pro illo termino. Et quo sequitur quod dicitur hoc est dicitio dissillaba ista vox hoc non est subiectus huius propositionis nec pars eius sed est illud pro quo supponit subiectus dicte propositionis. Est enim sensus hec dicitio hoc est dicitio dissillaba in qua iste terminus hoc non est subiectus sed est illud pro quo supponit subiectum.

### Sciendum est tercio quod

suppositio discreta est illa que fit per terminum discretum sine singulari singulari et univoce tenentis aut per alium sibi equivalentem sicut est terminus communis sumptus cum pronomine demonstrativo. potest et suppositio discreta fieri duobus modis. uno quod terminus discretus pro quo ponitur talis res. Terminus discretus discretus sumptus et tenentis respectu quouscumque predicatorum semper supponit discrete. ut sortis est hoc. plato est alal et sic de alijs. Alio modo potest fieri per terminum eodem singularisatus per pronomine demonstrativum et demonstrativum. ut dicendo iste hoc curru. Et quo sequitur quod terminus supponens suppositioe discreta supponit pro uno singulari tamen sic quod pro alio supponere non potest. Unde sicut quous sicut suppositio prima sui divisione dividitur in suppositioes discretas et eodem sic etiam dividit potest in simplicem personalem et materialem et ideo sicut ipsos suppositioes discretas dividitur

Ad hunc modum dicitur in libro de interpretatione...

Ad hunc modum dicitur in libro de interpretatione...

Impressio...

## Tractatus septimus

In suppositis discretis materialiter et suppositi  
onē discretas personales. ut cum dicitur iste hō  
currit vel sotes currit subiectum supponit per  
sonaliter discrete. Sed demonstrando hanc vo-  
cam sotes si dicitur sotes est dicitur dissillaba  
subiecti supponit materialiter discrete. Sed sup-  
positio cōis est illa que fit per terminū comū-  
nem cōiter tenentem. ut cum dicitur hō currit. hō  
supponit cōiter. Alij addunt vel per terminū sin-  
gularem cōiter tenentem propter suppositionē ma-  
terialiter cōdem. Nam scōis eos cui dicitur sotes  
est dicitur dissillaba sotes supponit materialiter  
cōiter. s. pro se et pro sibi similibus. Dicitur  
tur autē suppositio cōis scōis autem in suppo-  
sitionem naturalem et accidentalem. Suppositio  
naturalis est acceptio termini cōis pro oibus p  
quibus sua natura sine forma nata ē participat  
ri. ut iste terminus homo per se sumptus suppo-  
nit naturaliter pro oibus hominibus qui sunt  
fuerunt et possunt esse. Cū natura terminus in pro-  
posito dicitur esse illud quod circūscripto omni  
opere intellectus adhuc est multis comunicabile  
et natura rei ut est significatum per terminū cō-  
munes qui quidem terminus cōis et cum est ex se  
pōt accipi indifferenter pro presentibus preter-  
tis et futuris. Et quo sequitur qd hęc suppositio  
dicitur naturalis propter duas causas. Prima qd  
talitudo suppositio non convenit termino rōe alicui  
ms extrinseci sibi adiuncti. sed convenit sibi se-  
cundum se. Secunda causa est quia talis suppo-  
sitiō convenit termino ratione nature cōis p est  
significata. Sed iuxta predicta oriuntur alique  
difficultates. Prima verum necessarius sit pone-  
re suppositionem naturalem. Ad quam respon-  
detur qd sic quis multo de suppositiōibus deter-  
minantes eam omiserint. Qd autē necessarium sit  
eam ponere probatur quia non videtur qualiter  
propositiones demonstrative possint salvari nisi  
si ponendo qd terminus in ipsis naturaliter suppo-  
nant. s. pro presentibus preteritis et futuris. Nā  
si sic non esset sequeretur qd si quis heri p demō-  
strationes acquisiverit scientiam de hac conclu-  
sione ois homo est risibilis. et hodie genus est  
vniuersū hō qd ipse hō hēat pī scientiam de illa cō-  
clusionē qd videtur absurdū. Patet in sequen-  
tia quia in illa cōclusionē ois homo est risibilis  
homo heri nō supponebat pro illo homine qui  
hodie est genus. et ideo de ipso non acquisiue-  
rat scientiam et per consequens nunc non habet  
scientiam quod est falsum. Secunda diffi-  
cultas est verum suppositio naturalis convenit  
at termino solum extra propositionem. Ad quā  
respondetur communiter qd sic eorū suppositio na-  
turalis solum conveniat termino sumpto per se  
et non ratione alicuius adiuncti. Dicendum est  
tamen qd ipsa potest convenire termino tās in p  
positione qd extra propositionem ut patet p hoc

quod immediate dicitur est. scilicet dum ponit  
in propositione que est in primo modo vel secū-  
do modo dicendi per se.

### Sed contra predicta ar-

guntur. Primo sic. si in hac propositione amo est  
verbum amo supponeret tunc propositio esset  
falsa. quia ipsum materialiter sumptū nō esset  
verbum sed nomen. ergo in tali propositione nō po-  
test esse suppositio materialis. Secundo ar-  
guntur sic. Dec conceditur homines esse animal  
est verū. et tamen hęc propositio non potest sal-  
uari nisi dicendo qd hoc totum scilicet homines  
esse animal supponit materialiter pro hac propo-  
sitione homo est animal. ergo necessarius est po-  
nere suppositionem materialem. Tercio

arguntur sic. suppositio sequitur significationes  
ergo sicut est aliqua significatio ad placitum ita  
debet esse aliqua suppositio. et per consequens  
divisio suppositionis communis non est bona.

Quarto arguntur sic. suppositio naturalis  
non convenit termino ratione alicuius adiuncti  
ergo non potest et convenire in propositione.

### Ad rationes. Ad primā

dicitur qd in illa propositione amo est verbum a  
mo supponit materialiter pro sibi simili posito l  
alia propositione. et ideo licet predicatum nō cō-  
ueniat sibi secundum qd hic supponit. tamen cō-  
uenit ei p quo supponit. Ad secundā dicitur  
qd illa non procedit ad illum sensū qd hoc dicitur  
homines esse animal supponit materialiter pro  
hac propositione homo est animal. Sed ad hęc  
sensū qd hoc dicitur sine significatum homines  
esse animal denotatum per hanc propositionem  
homo est animal est verum. Et quia veritas et  
falsitas non conveniat illi dicto tanq̄ signo co-  
q non est propositio. tamen convenit sibi funda-  
mentaliter et tanq̄ rei significate. Ad tertiā  
am dicitur qd quis suppositio consequatur sig-  
nificationem tamen multum differunt inter se et  
ideo quis sit aliqua significatio ad placitum nō  
est tamen necesse aliquam suppositionem esse ad  
placitum quia suppositio alia a naturali non cō-  
uenit termino absolute sed in comparatione ad  
adiunctum. et ideo oportet qd terminus sic sup-  
ponens supponat secundum exigentiam adun-  
cti et non ad placitum. Ad quartā dicitur  
qd negatur consequentia quia quis suppositio  
naturalis non conveniat termino ratione adun-  
cti. tamen sibi potest convenire cum adiuncto.

Accidentalis suppositio ē  
acceptio termini cōmūnis pro  
omnib⁹ hīs pro quibus erigit

## De suppositione

suū adiunctum. ut homo cur-  
rit. hic iste terminus homo sup-  
ponit pro omnibus hominibus  
presentibus. Et cum dicitur ho-  
mo fuit vel hō cucurrit. suppo-  
nit pro preteritis. Et cum dicitur  
homo erit vel homo curret  
supponit pro futuris. Et sic ha-  
bet diversas suppositiones se-  
cundum diversitatem eorū que  
ei adiunguntur. Accidenta-  
lium suppositionum. alia sim-  
plex. alia personalis. Supposi-  
tio accidentalis simplex est ac-  
ceptio termini communis pro  
re vniuersali significata per ip-  
sum terminum. ut cum dicitur ho-  
mo est species. animal est gen⁹  
Ibi iste terminus homo suppo-  
nit pro homine in communi. et  
nō pro aliquo inferiori. Et iste  
terminus animal supponit pro  
animali in communi. et nō pro  
aliquo inferiori. Et similiter di-  
cendum est de quolibet termi-  
no communi. ut risibile est pro-  
prium. rationale est differentia  
album est accidens. Item  
suppositionum simplicium. alia  
est termini communis in subiec-  
to positi. ut hō est species. Ibi  
iste terminus homo simplicem  
habet suppositionem. quia so-  
lum supponit pro natura spe-

ciei. Alia ē termini communis  
positi in predicato propositio-  
nis affirmatiue. ut omnis homo ē  
animal. Ibi iste terminus ani-  
mal in predicato positi simpli-  
cem habet suppositionem. quia  
solum supponit pro natura ge-  
neris. Alia est termini commu-  
nis positi post dictionem excep-  
tiuam. ut omne animal preter  
hominem est irrationale. Ibi  
iste terminus hominem simpli-  
cem habet suppositionem. quia  
non licet fieri descēsum sub ip-  
so. unde non sequitur omne a-  
nimal preter hominem est irra-  
tionale. ergo omne animal pre-  
ter hunc hominem est irrationa-  
le. ex quo ibi est fallacia figure  
dictionis procedendo a suppo-  
sitione simplici ad personalem  
Similiter hic homo est species  
ergo aliquis homo est species  
et similiter hic. omnis homo est  
animal. ergo omnis homo est  
hoc animal. In omnibus enī  
istis fit processus a simplici sup-  
positione ad personalem. Quā-  
autē terminus in predicato po-  
situs simplicem habet supposi-  
tionem patet. quia cum dicitur  
omnium oppositorum eadem  
est disciplina. nisi ille terminus  
disciplina simplicem haberet



suppositiōnem. sic fieret descen-  
sus sub ipso. et esset falsa. Au-  
la enī particularis disciplina  
est omnium contrariorum. me-  
dicina enim non est omnium cō-  
trariorum sed solum sani et e-  
gri. grammatica non est omni-  
um contrariorum sed solum cō-  
grui et incongrui logica veri et  
falsi. et sic de alijs.

Extra hunc textum notandum est primo q  
suppositio accidentalis est acceptio termini cō-  
munis pro omnibus his pro quibus erigit sub  
adiunctum. ut cum dicitur homo est. iste termi-  
nus homo supponit pro omnibus his pro qui-  
bus erigit hoc verbum est sibi adiunctum. scilicet  
pro hominibus presentibus. Ex quo patet q  
hec suppositio dicitur accidentalis quia conue-  
nit termino respectu alicuius extrinseci. Con-  
sequenter autem dividit suppositionem acciden-  
talem in suppositionem simplicem et personalem  
Quia divisionis sic habetur sufficientia. qz om-  
nis suppositio accidentalis est acceptio termini  
communis cuius aliquo adiuncto. Aut ergo talis  
terminus communis accipitur pro re universalis  
significata per ipsum et sic est suppositio simplex  
aut pro re singulari. et sic est suppositio persona-  
lis. Unde suppositio simplex sic diffinitur  
est acceptio termini communis pro re universali  
significata per ipsum. In qua diffinitione poni-  
tur acceptio loco generis. Et ponitur terminus cō-  
munis ad differentiam suppositionis discrete.  
Et ponitur pro re universalis significata per ip-  
sum ad differentiam suppositionis personalis vel mate-  
rialis. Et iterum dividit ipsam suppositio-  
nem simplicem sic auctor. Quia quedam est ter-  
mini communis positi a parte subjecti. ut cum di-  
citur homo est species. animal est genus. ibi ho-  
mo et animal supponunt simpliciter. Alia est ter-  
mini communis positi post dictionem exceptivam  
ut cum dicitur. omne animal preter homines est  
irrationale. iste accusativus hominem habet sup-  
positionem simplicem. Quod probatur quia nō  
sequitur omne animal preter homines est irra-  
tionale. ergo omne animal preter hunc hominem  
est irrationale. sed est fallacia figure dictionis ar-  
guendo a suppositione simplici ad personalem  
Alia est suppositio simplex termini communis po-  
siti in predicato propositionis universalis affirm-  
mativæ. ut cum dicitur omnis homo est animal.

ibi animal supponit simpliciter. quod patet quia  
cum dicitur omniū oppositorum est eadē de  
sciplina propositio esset falsa. nisi iste terminus  
disciplina supponeret simpliciter. eo q nulla par-  
ticularis disciplina est omnium oppositorum.  
**Sciendū est secundo q**  
ex predicis oriuntur aliquæ difficultates. Prima  
est verum suppositio simplex sit terminus pro re  
universalis significata. De qua sunt duo modi  
dicendi contrarij fundati in diversis modis po-  
nendi universalis. Pro declaratione primi  
modi dicendi qui dicitur modernorum logicorū  
ponuntur aliquæ suppositiones. Prima est q  
non est aliqua res universalis sed omnis res est  
singularis Quis aliqui termini sint universales  
qui significant res singulares sub conceptu cō-  
muni. id est representat plures res indifferenter.  
Ex quo sequitur primo q isti termini communes  
homo. animal. et alij similes non significant ali-  
quam rem universalem sive naturam aliquam  
multis singularibus communicabilem. Sed de  
primario et de principali significato significant  
res singulares. ut sicutem platonē et sic de alijs  
Secundo sequitur q tales termini nūq suppo-  
nunt pro aliqua re universalis cum nulla sit talis  
res aut possit esse. Secunda suppositio est  
q terminus vocalis aut scriptus communis nō  
potest supponere nisi tribus modis. Uno modo  
pro rebus singularibus quas vltimate signifi-  
cat. et sic supponunt personaliter. Secundo po-  
test supponere pro alio termino vocali vel scrip-  
to ad quem vltimate significandum non est im-  
positus. et sic supponit materialiter ut prius di-  
ctum est. Tercio nō potest accipi pro conceptu  
cui subordinatur in significanda mediante quo  
significat ipsum significatum vltimate. et sic  
terminus supponit simpliciter. Ex quo patet q dif-  
ferentia est inter suppositionem materialem et  
simplicem. Patet etiam q illi qui nō ponit sup-  
positionem simplicem distinctam a materiali is-  
eam sub materiali comprehendunt magis gene-  
raliter accipiunt suppositionem materialem q sit  
prius accepta. dicunt enim omnes terminus sup-  
ponere materialiter qui supponit pro termino ad  
quem vltimate significandum non est imposi-  
tus  
Et pro hac opinione adducuntur aliquæ  
auctoritates. Et primo auctoritas aristotelis septi-  
mo metaphisice ubi ex intentione tractans istas  
conclusionem dicit q nullum universale est sub-  
stantia et q impossibile est substantia esse quod  
cūqz universale dicitur. Tres secundo me-  
taphisice impossibile est universale nomen  
substantiam esse. Item octavo metaphisice uni-  
versale nec est substantia nec genus nec accidens.  
Item in prohemio de anima. universale nihil est  
aut est posterius suo singulari. Ratione autē

OPINIO NOMINATIVI  
proponitur omnis res per se  
non est in se  
et in se

probatur sic. omnis substantia est una numero  
Quia omnis substantia vel est una res vel plu-  
res. si est una res et non plures est una numero  
hoc enim ab omnibus vocatur unum numero.  
Si est plures res vel est plures res singulares  
vel universales. Si sit prius tunc aliqua sub-  
stantia esset plures substantie singulares. et per  
consequens eadem ratione aliqua substantia es-  
set plures homines. Si sit plures res universa-  
les accipiat una illarum rerum et querat aut  
est una aut plures. Si sit secundum dicitur scilicet q  
est una tunc erit res singularis. Si sit prius que  
natur vltimus aut est plures res singulares aut  
universales. et ita erit processus in infinitum vel  
stabit q nulla substantia erit universalis. Sed  
si est aliquid universale existens in singularibus  
distinctus ab eis sequeretur q posset esse sine eis  
quia omnis res naturaliter prior alia potest per  
divinā potentiam esse sine alia. sed consequens est  
absurdum. ergo non est aliqua res universalis  
Item si illa opinio esset vera sequeretur q de  
non posset unum individuum ampliare nisi om-  
nia individua destrueret. quia si ampliet unū i-  
ndividuum destruit totū qd est de essentia illius indi-  
vidui et per consequens destruit universale qd  
est in eo et in alijs. et sic alia individua non man-  
nerent cum non possint manere sine substantia  
eorum hoc autem est absurdum. igitur etc. Item  
si tale universale non posset poni totaliter extra  
essentiam individui. ergo esset de essentia indivi-  
dui et per consequens individuum componeret  
ex universalibus et ita individuum nō est ma-  
gis singulare q universale. Item sequeretur q  
aliquid de essentia christi esset damnatum et sal-  
vatum. quia illa natura existens in christo est re-  
aliter idem illi nature existenti in damnato puta  
in iuda. et sic idem esset damnatum et salvatum  
hoc est absurdum. igitur etc. Deinde spec-  
aliter arguitur contra ponentes distinctionē for-  
malē inter naturam communem et differentiam  
individualem. quia dicitur ab illis q natura cō-  
trahitur per differentiam individualem que ab  
illa non distinguitur realiter sed formaliter et nō  
sunt due res una tamen non est formaliter alia.  
Arguitur ergo primo sic quia in creaturis nun-  
q potest esse aliqua distinctio qualitercūqz extra  
alias nisi ubi res sunt realiter distincte. Si igitur  
inter istam naturam et differentiam individua-  
les sit talis distinctio oportet q sint realiter disti-  
cte. Item eadem res non potest esse communica-  
bilis et incommunicabilis. Sed secundum illas  
opinionem differentia individualis est incommu-  
nicabilis. universale vero communicabile. ergo  
nullum universale est differentia individualis et  
per consequens non sunt eadem res. Item eadem  
res create non possunt simul convenire opposita  
commune autem et proprium sunt opposita. et

go eadem res non est communis et propria. Quia  
tamen sequeretur si natura communis et differē-  
tia individualis essent eadē res. Item si natura  
specifica esset eadem realiter cum differentia in-  
dividuali sequeretur q tot essent realiter nature  
communes quot sunt differentie individuales.  
Et per consequens nullum eorum esset commu-  
nicabile. sed quelibet natura esset incommunica-  
bilis. Item quelibet res seipsa per aliquod sub-  
intrinsecum distinguitur aut quocūqz. sed alia est  
humanitas sortis et alia platonis. ergo seipsa di-  
stinguitur. ergo non per differentiam individua-  
lem superadditam. Item secundum sententiam  
epistolæ quocūqz differunt specie differunt nu-  
mero. sed natura equi et natura hominis seipsas  
differunt specie. ergo seipsas differunt numero.  
et sic quelibet res seipsa est una numero. Sed id  
quod per nullam potentiam est communicabile  
pluribus per nullam potentiam est predicabile  
de pluribus. sed nulla talis natura si sit eadem  
realiter cum differentia individuali per nullam  
potentiam potest competere pluribus quia nul-  
lo modo potest convenire alteri individuo. et sic  
non potest esse universale. Item accipio illos dis-  
ferentiam individualem et naturam quam con-  
trahit. et quero an inter illa sit maior distinctio  
q inter duo individua aut minor. non maior qz  
non differunt realiter. duo vero individua reali-  
ter differunt. nec minor quia tunc essent eiusdem  
rationis. et per consequens si unus est de se vult  
numero ita et reliquum. Et propter has rationes  
et multas alias dicunt illi q omnis res est singu-  
laris et q nulla est universalis et q nullum est u-  
niversale nisi in representando vel in predicando

Sciendum est tercio q

pro declaratione alterius opinionis. scilicet re-  
alium logicorum ponende sunt aliquæ supposi-  
tiones. Prima est q non omnis res de se est  
singularis sed est aliqua res universalis preter  
animam ab omnibus singularibus distincta  
et natura rei et in pluribus singularibus reali-  
ter existens. Et hec suppositio inferri probabi-  
tur. Secunda suppositio est q terminus cō-  
munis univocus non est impositus ad significan-  
dum primo res singulares sed significat de pri-  
mo significato naturam communem pluribus cō-  
municabilem. ut homo primo significat naturam  
communem vel humanam communicabilem plu-  
ribus sive omnibus hominibus. Deinde sup-  
positio patuit circa diffinitionem univocorum.  
Et potest pro nunc probari quia secundum cō-  
mentatorem septimo metaphisice nomina non  
imponuntur nisi noto. Et boetius dicit q rebus  
quas vidit nomina imponit. Sed qui imponit  
hoc nomen homo ad significandum non vidit  
petrum et iohannem et sic de alijs hominibus.

OPINIO REALIUM LOGICORUM  
proponitur omnis res per se  
non est in se  
et in se

Tractatus septimus

ergo non supponit hoc nomen homo ad primo significandum petrum et alios homines singulares. Secundo sic potest probari secunda suppositio quod dicitur aristoteles in predicamentis quod secunda substantia significat aliquid et non hoc aliquid sed quale quod modo quale quod est commune multis. ergo hoc nomen homo cum sit nomen secunde substantie significat aliquid commune multis. Item hoc nomen homo significat primum aliquid et non significat primum sortem platonem et sic de alijs. quia si sic audiens hoc nomen homo et sciens quid per hanc vocem significatur indistincte et indetrumlate intelligeret sortem platonem et sic de alijs. si hoc est falsum. ergo hoc nomen homo non significat primum aliquid singulare sed aliquam naturam communem multis et natura rei. Ex quo sequitur quod terminus supponit pro per se significato si sit terminus communis supponit pro re vniuersali. Secundo sequitur quod terminus communis supponit personaliter non supponit pro suo significato quod probatur quia hoc est vera. omne album est substantia et in ista subiectum supponit personaliter et non supponit pro eo quod significat quia si supponeret pro eo quod significat tunc esset falsa quia album vel si significat accubus solam vel significat aggregatum. et subiecto et accidente et quodcumque dicitur neutrum eorum est substantia. Et si dicitur quod album est subiectum albedinis. Contra si hoc esset verum sequeretur quod voces continue cadat a suis significatis nec posset aliquis monere dignis quam vox per hoc ca deret a sua significatione et impositione. hoc autem est absurdum. consequentia tamen probatur ponendo quod sortem sic hodie albus et postea nager tunc hoc nomen albus hodie significabat sortem et postea non significaret sed neutrum significaret et ita voces continue caderent a suis significatis. Est enim suppositio simplex acceptio terminum communis pro re vniuersali significata per ipsum. Ex quo patet quod non est acceptio terminum pro conceptu anime quia si sic omnia genera et species essent accidentia cum essent conceptus anime que sunt de prima specie qualitatis. Et hic adducuntur rationes ad probandum quod sit aliqua natura communis in re natura circumscripito omni opere intellectus multiplicata in pluribus individuis que quidem natura est per se significata terminum communis. Et probatur primo sic. Quando cumque aliqua realiter conueniunt et realiter differunt per aliquid conueniunt et per aliquid differunt. puta sortem et plato realiter conueniunt in humanitate et differunt suis proprijs differentijs individualibus. ergo sequitur quod est aliquid reale ipsis communem et sunt alique differentijs individualis incommunicabiles. Secundo probatur plus conueniunt

unt sortem et plato et conueniunt sortem et alios sed non conueniunt in aliquo vno singulari numero. ergo illud in quo conueniunt non est vniuersale numero et per consequens erit aliquid commune. Tercio probatur per aristoteles in predicamentis quod omni genere est vniuersale primum quod est metrum et mensura omnium aliorum. sed nullum singulare est mensura omnium aliorum quia non est mensura omnium individuorum eiusdem speciei. ergo necessesse est dicere quod sit aliquid commune quod sit mensura omnium aliorum. Quarto sic omne superius est de essentia sui inferioris. si aliquid vniuersale est de essentia alicuius substantie. ergo aliquid vniuersale est substantia. Quanto sic probatur si nullum vniuersale esset substantia omne vniuersale esset accidens et per consequens omnia predicamenta essent accidentia et ita predicamentum substantie esset accidens. ymo etiam sequeretur quod idem esset superius ad seipsum quia illa vniuersalia siue sunt mentalia siue vocalia si sunt accidentia ut dicunt non possunt nisi poni in genere qualitatis et per consequens predicamentum qualitatis esset commune ad omnia vniuersalia. ergo esset commune ad hoc vniuersale quod est ipsummet predicamentum qualitatis. Item obiectum intellectus naturaliter precedit actum eius. sed vniuersale est obiectum intellectus. ergo naturaliter precedit actum intellectus. et per consequens est aliquid vniuersale seu quidditas communis ante omnem actum intellectus quod est propositum. Vnde autem rationes alie et autoritates possunt hic adduci que causa veritatis obmittuntur. Sed nunc soluende sunt rationes alterius opinionis quia dubiorum solutio est veritatis manifestatio. Pro cuius solutione ponuntur alique suppositiones. Primo ergo supponitur quod vniuersale tripliciter accipitur. Vno formaliter scilicet pro intentione vniuersalitatis et tunc est vna secunda intentio seu ratio rationis fundata in natura aliqua que apta nata est reperiri in multis. Alio modo potest accipi per fundamentum proprium illius intentionis et tunc est natura communis representata per speciem intelligibilem et est vniuersale obiectum numero intelligibile. et tale vniuersalitate non habet circumscripito opere intellectus. Alio modo potest accipi vniuersale per fundamentum remoto illius intentionis. et tunc est illa natura communis multiplicabilis per omnia sua inferiora et realiter existens in ipsis circumscripito omni opere intellectus. Secundo supponitur quod de vniuersali primo accepto consideratur in logica et est subiectum libri predicabilium. et tale vniuersale non habet esse nisi per operationem intellectus. Sed de vniuersali secundo modo accepto consideratur in libro de anima quia intellectus concipit illas naturas ut est vniuersale

De suppositione

obiecti numero intelligibile dicibile de multis. et tunc illa natura in christo ut sic non est eadem realiter cum illa que est in iuda vel dicitur quod non est inconueniens quod aliquid quod est eiusdem speciei cum alio sit miserum alio existente saluo. Ad rationes speciales quibus nititur probare distinctionem formalem inter naturam esse differentiam individualem. Ad primam negatur illa ratio quia ad fundandum illam distinctionem non requiritur quod sint due res si sufficit quod vna non sit alia per idempnitatem formalem. Ad secundam dicitur quod eadem res realiter est communicabilis et incommunicabilis sed non eadem res formaliter. ymo dicere oppositum est hereticum quia essentia diuina est communicabilis tribus personis et tamen paternitas que idempnitatur realiter illi non est communicabilis tribus personis. Ad tertiam dicitur quod nature de se competunt quod sit communis et tamen ratione proprietatis contrahentis sibi propriam et sic non sunt opposita quia conueniunt sibi secundum diuersa. Ad quartam dicitur quod tot sunt nature communes quot sunt differentie individualis. si hoc est per accidens cum natura solus multiplicetur per differentiam individualem. Ad quintam dicitur negando maiorem quia due species sub genere non differunt seipsis sed suis proprijs differentijs ut patet per porphyrium dicentem. differentia est qua differunt a se singula id est singule species. sic etiam duo individua numeraliter differunt per differentias individualis. Ad sextam dicitur concedendo maiorem et negando minorem quia ad hoc quod natura possit competere pluribus sufficit quod ipsa de se non sit hec. supposito tamen quod illud quod idempnitatur realiter cum differentia individuali. Ad septimam dicitur quod differentia individualis et natura sunt primo diuersa formaliter et tamen realiter idempnitantur cuiusmodi non sunt duo individua. Sed ad rationes alterius opinionis nititur respondere guillelmus ocham. Et ad primam concedit quod sortem et plato realiter conueniunt et realiter differunt. quia realiter differunt specificiter et realiter differunt numero. et per idem conueniunt specificiter et differunt numero sicut dicunt reales quod differentia individualis per idem conuenit realiter cum natura et differt formaliter quod seipsa conuenit et differt. Et si dicatur idem non est causa differentie et conuenientie. ergo res. Respondetur quod idem non est causa conuenientie et differentie scilicet opposite illi differentie quomodo est in proposito. Nam inter conuenientiam specificam et differentiam individualem siue numeralem nulla est penitus oppositio. Concedendum est ergo quod sortem et plato conueniunt specificiter et differt numeraliter a platone. Ad secundam negatur consequentia quia non requiritur

significat

conueniunt

Vniuers. R. propria accidentalis

## Tractatus septimus

ritur ad hoc qd fontes et plato plus conveniant  
qd fontes et alius dicitur aliquo communi co-  
veniant. sed sufficit qd scriptis plus conveniant.  
qd de virtute sermones non debet concedi qd for-  
tes et plato conveniant in aliquo quod sit essen-  
tia eorum sed debet concedi qd conveniant in ali-  
quibus scriptis et suis formis. Ad tertiam  
dicitur qd quis individuum non sit mensura om-  
nium individuum eiusdem generis vel speci-  
ei. idem tamen individuum potest esse mensura  
omnium individuum alterius generis vel spe-  
ciei. Uel dicitur qd philosophus loquitur de il-  
lis que habet individua quorum alia sunt maio-  
ra et alia minora et vult qd aliquod commune in-  
nus alijs sit mensura individuum saltem alio-  
rum eorum que non sunt ita parva et hoc sufficit  
pro intentione philosophi. Ad quartam di-  
citur qd proprie non debet concedi qd universale  
sit de essentia substantie. quia omne universale  
est intentio anime. sed verus est qd universale sup-  
ponit pro substantia. Ad quintam dicitur  
q d universale non est ab intellectu intelligibile. sed  
singulare quod est primo sensibile est primo in-  
telligibile quare patet cum singulare sentiat  
primo qd et primo intelligatur et sic singulare est  
obiectus intellectus. Sed contra predictas  
evasionses obicitur. dicitur enim contradictoria  
non verificantur de eodem et quarto metaphy-  
sice. et primo topicorum dicit philosophus qd  
ad sciendum utrum aliqua sint eadem vel diversa  
considerandum est utrum aliquid predicatur de  
vno et negatur de altero et si sic non sunt eadem  
sed diversa. Et si nihil affirmatur de vno quin es-  
tiam affirmatur de altero tunc illa sunt eadem.  
Tunc ex isto fundamento arguitur et evidenter  
probat qd est distinctio formalis inter univer-  
sale et singulare sic arguendo. De eodem omnino  
nihil idem affirmatur et negatur sed aliquid af-  
firmatur de universali et vere negatur de quolibet  
suo singulari et e converso. ergo inter univer-  
sale et singulare est distinctio et sic non sunt om-  
nino idem. Minor probatur multipliciter. Pro-  
fic. omne universale est in multis. nullum singu-  
lare est in multis. ergo aliquid affirmatur de uni-  
versali quod negatur de quolibet suo singulari  
Item universale diffinitur. nullum singulare dif-  
finitur ut patet septimo metaphysice. et secun-  
do posteriorum. ergo ut prius. Item universale  
puta genus dividitur per differentias contrari-  
as ut animal per rationale et irrationale. sed nul-  
lum singulare dividitur per huius differentias  
ergo ut prius. Item differentia distinguit inter duo  
individua. species vero non distinguit. ergo est  
aliqua non idempitas inter speciem et differen-  
tiam individua. et illa non est realis nec rati-  
onis tantum. ergo est formalis. Item si universa

le et singulare sunt omnino ides ex parte rei tunc  
erit tanta idempitas inter speciem et fontem ex  
parte rei quanta erit inter fontem et fontes. si illa  
non sunt simul fontes differunt fontes non differunt.  
eo qd affirmatur et negatur idem de omnino eo-  
dem. ergo non stabunt simul species hominis dif-  
ferunt a platone et fontes non differunt a platone quia  
eadem est causa repugnantie in utroque. scilicet id-  
entitas inter res pro quibus supponunt subiecta  
Item nec nulla esset res communis duobus in-  
dividuis eiusdem speciei quia omnis res extra  
animas est res singularis. sed nulla est commu-  
nis duobus individuis. ergo nulla est res com-  
munis. sed hoc est falsum. Tum primo quia di-  
cit porphyrius participatione speciei plures ho-  
mines sunt unus homo. et philosophus in diffi-  
nitione univocorum dicit qd univocorum ratio  
substantie est eadem. Item etiam circumscripto  
opere intellectus duo lapides magis conveniunt  
q d unus lapis et unus alius. sed omnis conve-  
nientia est fundata super vno. ergo est aliqua res  
extra animam in qua duo lapides conveniunt et  
in qua lapis et alius non conveniunt. Item que  
cumq d comparantur realiter in aliquo. vno compari-  
tur siue comparatur secundum magis et minus  
siue secundum equale vel inaequale. sed nullum  
singulare competit utriusq d in quo comparatur.  
ergo et c. Itus ergo rationibus ut probatur op-  
pinio nominalium et roboratur opinio realis  
dicentium qd universale est in quolibet suo indivi-  
duo existens de essentia eius dans ei esse non  
et rationem distinctam ab eo ex natura rei et for-  
maliter maxime a differentia individuali forma-  
liter. Sed circa predicta dubitatur qd non videt  
q d hoc propositio sit qd homo est dignissima cre-  
aturarum. rosa est pulcherrimus florum. secun-  
dum qd subiectum habet suppositionem simpli-  
cem. quia si habet suppositionem simplicem tunc  
subiectum supponit pro suo significato. scilicet  
pro natura rei in communi ut patet per diffini-  
onem suppositionis simplicis. sed talis natura  
non est dignissima creatura creaturarum cum  
individuum sit dignius tali natura quia convenit  
talem naturam et cum hoc aliquid quod habet  
aliquam perfectionem. scilicet differentia individuali. et  
ergo sequitur qd talis propositio non potest esse  
secundum qd subiectum habet suppositionem  
simplicem. Nec etiam potest habere suppositio-  
nem personalem quia nullum individuum huius  
est dignissima creatura creaturarum. ergo sequitur qd  
non supponit personaliter nec simpliciter et sic  
divisio accidentalis suppositionis est mala que  
dividitur in suppositionem simplicem et perso-  
nalem. Item hoc conceditur ab omnibus color  
est primum obiectum visus et tamen non est vera  
secundum qd subiectum habet suppositionem sim-

## De suppositione

plex nec secundum qd habet suppositionem per-  
sonalem. quia nullus particularis color est primum  
obiectum visus. ergo divisio et diffusio suppo-  
sitionis simplicis sunt male posite. Item ista est  
vera homo est primo visibilis. et tamen non secun-  
dum qd subiectum habet suppositionem simpli-  
cem nec secundum qd habet suppositionem per-  
sonalem quia natura communis non est primo  
visibilis. ergo divisio suppositionis accidentalis  
et diffusio suppositionis simplicis sunt male po-  
site. Ad primam objectionem dicitur qd sub-  
iectum in illa habet suppositionem simplicem. et  
dicitur ultra qd dicens illam suppositionem vo-  
luit solum habere qd inter naturas corporales cre-  
atas homo est dignior creatura. et solum voluit  
comparare naturam ad naturam. et sic hoc stat  
q d individuum est dignius illa creatura que est  
natura. sed comparatio non fit nature ad indivi-  
duum sed nature ad naturam. Ad secundam co-  
ceditur maior et negatur minor. ymo natura ho-  
minis est primo visibilis tanq d ratio formalis vi-  
dendi. sed non tanq d id quod exercet actum vi-  
dendi. Unde fontes non est visibilis neq d plato  
visibilis quia est homo. ideo homo primo est visibilis  
tanq d ratio formalis videndi. Ad tertiam dicitur  
similiter concedendo maiorem et negando mino-  
rem quia color convenit esse primum obiectum  
visus secundum qd habet suppositionem simpli-  
cem et se habet tanq d ratio formalis videndi. id  
nigredo et albedo non est visibilis nisi quia est  
color. ideo color est ratio formalis videndi.

**Sed contra predicta ar-  
guitur.** Primo sic. Si predicatum propositionis  
universalis affirmative supponeret simpliciter  
sequeretur qd hic esset fallacia figure dictionis ar-  
guendo a suppositione simplici ad suppositiones  
personales. ut omnis homo est animal. ergo quod  
dam animal est homo. sed hoc est falsum cum ibi  
sit bona consequentia. Secundo arguitur  
sic. Actus videndi non primo convenit nature  
in communi. ergo homo in hac propositione ho-  
mo est primo visibilis non supponit simpliciter.  
Tercio arguitur sic. In hac propositione  
conceptus est species qualitatis. subiectum sup-  
ponit simpliciter et tamen supponit pro concep-  
tu. ergo est aliqua suppositio simplex pro concep-  
tu. Quarto arguitur sic. In hac propositio-  
ne hic et rome venditur panis. panis supponit  
simpliciter et tamen non pro natura in commu-  
ni quia illa non venditur hic et rome. et non po-  
test aliter supponere quia non potest suppone-  
re personaliter cum nullus panis vendatur hic  
et rome. ergo contra diffinitiones suppositionis  
simplicis et divisionem suppositionis accidentalis.  
**Ad rationes.** Ad primam

dicitur negando consequentiam quia non sem-  
per committitur fallacia figure dictionis argu-  
do a suppositione simplici ad personalem. sed a-  
liquando sic et aliquando non ut postea videbi-  
tur. Ad secundam conceditur qd actus vi-  
dendi non semper primo convenit nature. sed ap-  
tudo ad videndum primo sibi convenit. Ad  
terciam dicitur qd quis in ista propositione sub-  
iectum supponat pro conceptu. tamen supponit  
simpliciter pro natura communis significata per  
ipsum eo qd iste terminus conceptus est imposi-  
tus ad significandum rem communem que est con-  
ceptus. Terminus autem nunq d supponit simpli-  
citer pro conceptu cui subordinatur in significa-  
do. Ad quartam dicitur qd vendi et emi. pri-  
mo convenit singularibus et non nature secun-  
dum se primo et per se. tamen sibi convenit ex co-  
sequenti eadem qd est in singularibus. ideo ibi  
subiectum supponit simpliciter.

**Personalis autem suppo-  
sitione est acceptio termini commu-  
nis pro suis inferioribus. ut cum  
dicitur homo currit. iste termi-  
nus homo supponit pro suis in-  
ferioribus. Item persona-  
lini suppositionum. alia est de-  
terminata alia confusa. Deter-  
minata suppositio est acceptio  
termini communis indiffinite  
sumpti. vel cum signo particu-  
lari determinatus. ut homo cur-  
rit. vel aliquis homo currit. Et  
dicitur utraq d illarum determina-  
ta. quia licet in utraq d istarum  
iste terminus homo supponit  
pro omni homine tam curren-  
te qd non currenate. tamen pro v-  
no solo homine currenate vera  
dicitur. et quia aliud est suppo-  
nere. et aliud est locutionem esse  
veram pro aliquo vel falsam.  
Igitur in predictis ut dictum**

## Tractatus septimus

est iste terminus homo supponit pro omni homine tam currente quam non currente. licet reddat locutionem veram pro currente solo. Quod autem in utraque istarum sit determinata suppositio patet quia cum dicitur animal est sortis. vel animal est platonis. et sic de alijs. ergo animal est omnis homo. ibi est fallacia figure dictionis a pluribus determinatis ad unam determinatam. Et ideo iste terminus animal indefinite positus habet determinatam suppositionem et similiter cum signo particulari. Confusa suppositio est acceptio termini communis pro pluribus mediante signo universalis. ut cum dicitur omnis homo est animal. ibi iste terminus homo supponit pro pluribus mediante signo universalis quia supponit pro quolibet suo supposito. Item confusarum suppositionum. alia est confusa necessitate signi vel modi. et alia necessitate rei. ut cum dicitur omnis homo est animal. ibi iste terminus homo mediante signo universalis confunditur siue distribuitur pro quolibet supposito. Et iste terminus animal a parte predicati positus con-

funditur necessitate rei. Et cum unusquisque homo suam habeat essentiam ideo hoc verbum est necessitate rei tenetur pro tota essentia pro quolibet hominibus tenetur iste terminus homo et cum unicuique homini insit sua animalitas ideo iste terminus animal necessitate rei tenetur pro tota animalibus pro quolibet hominibus iste terminus homo. et pro quolibet essentia hoc verbum est. unde iste terminus homo debet supponere confuse. mobiliter. et distributive tenetur quia tenetur pro omni homine. mobiliter vero quia licet fieri descensum sub eo pro quolibet suo supposito ut omnis homo est animal. ergo sortis est animal. sed iste terminus animal dicitur confundi immobiliter quia non licet fieri descensum sub eo. ut omnis homo est animal. ergo omnis homo est hoc animal. Ibi enim fit processus a simplici suppositione ad personalem. Sicut hic. homo est dignissima creaturarum. ergo hic homo vel aliquis homo. ut rosa est pulcherrimus florum. ergo aliqua rosa. Sed differunt in hoc quia in istis est simplex suppositio ex parte subiecti. in

## De suppositione

illa vero ex parte predicati licet videatur oppositum esse quod superius dictum est quod in hac propositione omnis homo est animal. iste terminus animal in predicato positus simpliciter habet suppositionem cum prius dicitur quod habet confusam.

Ad hoc dicendum est secundum quosdam quod quia genus predicatur de pluribus differentiis specie iste terminus animal quando tenetur pro ipso communi quod est genus sic habet simplicem suppositionem. Secundum autem quod ipsa natura communis ipsius generis multiplicatur per supposita hominis sic dicitur habere confusam suppositionem non mobiliter sed immobiliter. Suppositio autem confusa immobiliter potest simul esse cum simplici non secundum idem sed secundum diversa ut dictum est. Unde secundum hoc dicendum est quod suppositio confusa mobiliter non potest simul esse cum simplici nec secundum idem nec secundum diversa ut dictum est.

Sed ego credo impossibile esse terminum communem in predicato positum habere simplicem suppositionem et confusam

di mobiliter vel immobiliter signo universalis existente in subiecto affirmativo. ut omnis homo est animal. et sic de alijs consimilibus quia ut vult philosophus. Omne quod predicatur de aliquo aut est maius eo aut est equale ei de quo predicatur. et intendit de predicatione per se. sed in hac propositione omnis homo est animal est predicatio per se et non predicatur equale. ergo maius. non accidentale. ergo substantiale vel essenziale. ergo genus vel differentia. non differentia. ergo genus. sed natura generis multiplicata mobiliter vel immobiliter non est genus. ergo cum dicitur omnis homo est animal cum ibi predicetur genus non esset possibile terminum communem multiplicari mobiliter vel immobiliter quia significat naturam generis que iam actu non esset genus sicut si homo confunderetur mobiliter vel immobiliter iam non esset species.

Item hoc idem videtur per aristotelem in primo topicorum dicentem quod omne quod de alio predicatur aut predicatur conversim de eo aut non. Si conversim est definitio vel proprium.



## Tractatus septimus

Si autem non conuersim predicatur de re aut cadit in diffinitione rei aut non. si non tunc est accidens. Si cadit in diffinitione rei aut est genus vel differentia. non differentia. ergo genus. Et intendit aristoteles quod ibi sit recta predicatio. et species subiciatur secundum se. ut multiplicatur sed in hac propositione homo est animal est recta predicatio. et subicitur homo et non equale predicatur. neque accidens. ergo genus. Quare non est possibile terminum communi in predicato positum confundi mobiliter vel immobiliter. Item totum uniuersale quod est genus et totum in quantitate et opposito se habent. sed totum in quantitate est duplex. Quoddam est totum in quantitate completum. ut ubique confunditur terminus communis mobiliter. ut omnis homo est animal. Aliud est totum in quantitate incompletum. et diminutum. ut ubique confunditur terminus communis immobiliter et multiplicatur terminus communis simpliciter. ergo si impossibile est totum in quantitate esse genus in quantum huiusmodi non erit impos-

sibile terminum communem in predicato positum confundi mobiliter vel immobiliter ut dicebatur. Item comparatio illa secundum quam inferiora reducuntur ad superiora opposita est comparationi secundum quam superiora reducuntur ad sua inferiora. sed secundum primam sumitur commune in ratione communis. sed secundum secundam sumitur commune multiplicatum siue confusum. Eius ergo terminus communis ut sic sit in ratione generis non est possibile ipsius multiplicari in quantum huiusmodi. Et hec quatuor argumenta sunt concedenda. Causa autem propter quam mouebantur facilius est ad soluendum que tantum est una. Quia cum dicitur omnis homo est animal. cum unicuique homini respondeat sua animalitas siue sua essentia cum non possit esse homo qui sit animal ideo dixerunt quod iste terminus animal tenetur pro tot animalibus pro quot hominibus homo. Quod autem in illo argumento nulla sit apparentia patet. quia cum dicitur omnis homo est albus necesse est quod tot animalitates intelligantur in subiec-

## De suppositione

to quot sunt homines in quibus tenetur homo. unde nihil est dicere quod habet illas animalitates a predicato cum ibi predicetur album. Unde dicendum quod homo logice loquendo non naturaliter ex animali et rationali componitur ideo de se habet illarum animalitatum multiplicationem. unde cum dico sic. omnis homo est albus nullo modo habet illas animalitates a predicato cum ibi predicetur album ut dictum est. Sic autem est in proposito cum ibi predicetur genus de specie. ut omnis homo est animal. In hac enim propositione subicitur homo in quo intelligitur multitudo illarum animalitatum et predicatur hoc genus animal. quod nullo modo confunditur mobiliter vel immobiliter sed stat ibi pro natura siue pro essentia ipsius generis communis de pluribus predicabilis. unde animal predicatur et animal intelligitur in subiecto sicut hic omne animal rationale est animal. Similiter dico quod hoc verbum est non confunditur mobiliter vel immobiliter quia quod animal esset vel existeret in hoc homine hoc habet

subiectum de se antequam in propositione subiciatur predicato essentiali vel accidentali. Et propter hoc destruimus quandam diuisionem factam scilicet confusarum suppositionum alia est confusa necessitate rei. alia est confusa necessitate modi siue signi. Dicimus enim quod omnis confusio fit necessitate signi vel modi. ut cum dicitur omne animal rationale est animal. iste terminus animal in subiecto positus tenetur necessitate signi pro omni animali quod est homo.

Similiter hic. omnis homo est animal. iste terminus homo tenetur pro omni homine et non solum pro homine sed etiam pro omni animali quod est homo et ideo tot intelliguntur animalitates quot humanitates naturaliter loquendo quia eadem est humanitas in quolibet individuo hominis secundum viam logicorum et non secundum viam nature sic homo in communi id est est. unde quod sit hec animalitas vel illa hoc est ratione materie. In via enim nature humanitas mea differt ab humanitate tua per se. et anima mea per quam causatur humanitas mea in me. alia est ab

## Tractatus septimus

anima tua per quam causatur humanitas tua in te. Et propter hoc signum confundit hominem non tamen confundit animal in communi sed animal contractum ad hominem per suas differentias. unde sequitur quod omnis confusio fit necessitate signi vel modi. Et sic est finis suppositionum Petri Hispani et hoc quoad terminos absolutos.

Circa hunc textum notandum est primo quod suppositio personalis est acceptio termini communis pro suis inferioribus. ut cum dicitur homo currit. ibi homo supponit pro socrate et platone et sic de alijs. In qua distinctione dicitur terminus communis ad differentiam suppositiois discrete. Et dicitur pro suis inferioribus ad differentiam suppositionis simplicis. Ex quo patet falsitatem opinionis dicentium suppositionem personalem esse acceptioem termini pro suo significatione. Et hoc confirmatur quia cum dicitur omne album currit. ibi album supponit personaliter pro socrate et platone et alijs hominibus albis. et tamen non significat illos. ergo etc. Unde pro dicitur dupliciter. primo per aristotelem in predicamentis dicentem album solam qualitatem significat. ergo non significat socratem et platone. Secundo quia si album significaret socratem et platone et alios homines tunc eadem ratione frigidum et nigrum et calidum eos significaret cum possint pro eis supponere. et si sic impositio nominum continue mutaretur et non esset possibile mouere festucam quia vox significaret aliud quod significabat quorum virtus est inconueniens ergo sequitur quod quocumque terminus supponit personaliter quod non supponat pro suo significatione. Dicendum est ergo quod suppositio personalis est acceptio termini communis pro suis inferioribus vel suppositus siue sint supposita per se vel per accidens. Unde ad hoc quod aliquis terminus communis habeat suppositionem personalem non requiritur quod supponat pro aliqua re singulari cui repugnat in pluribus existere. sed sufficit quod supponat pro quibusdam inferioribus si habeat inferiora. aut pro uno si non habeat nisi unum. Et diuiditur suppositio personalis in determinatam et confusam. Suppositio

determinata est acceptio termini communis in definite aut particulariter tenet. Est enim suppositio determinata quando subiectum supponit distinctione et non est distributum per aliquod signum universale ita quod sub ipso termino potest fieri defectus ad omnia sua supposita per proportionem distinctionem. ut bene sequitur homo currit. ergo hic homo currit vel hic homo currit et sic de alijs. et non dicitur suppositio determinata quia illi termini sic supponat determinate pro uno supposito sic quod non pro alio. sed ad hoc quod ista propositio dicatur vera sufficit et requiritur quod predicatum possit enunciari de subiecto pro uno determinato supposito. Unde aliud est supponere et reddere locutionem veram ut patet in textu. Suppositio autem confusa est acceptio termini communis pro omnibus suis inferioribus mediante signo generali. Unde terminus indifferenter supponit pro omnibus suis inferioribus secundum suppositionem determinatam et confusam quia quando terminus supponit determinate tunc supponit pro omnibus suis inferioribus distinctione. Quando vero supponit confuse supponit pro omnibus suis inferioribus per se necessitate signi. Et dicitur supponere confuse et distributive eo quod supponit pro quolibet homine aut ab eo remoueri pro quolibet suo supposito. Ex quo sequitur quod petrus hispanus non diffinit suppositionem confusam ita generaliter sicut aliqui eam accipiunt. sed diffinit suppositionem confusam et distributivam. Unde et ca predicta oriuntur due difficultates. Prima est qualiter saluatur distinctioem suppositionis confuse esse bonam cum tamen terminus communis supponat confuse ubi nullum signum universale ponitur. Ad quam dicitur primo quod nihil facit terminum communem supponere confuse nisi ratione distributionis. Distributio igitur primo et per se conuenit signis vltibus et conuenit alijs per accidens. Cum ergo ea que per accidens in sunt non cadant sub arte. ideo dictum est in illa distinctione mediante signo generali. Secundo dicitur quod illa particula mediante signo generali debet intelligi quod ibi supplet vel aliquo sibi equiuallente quantum ad talem distributionem. non enim solus terminus habet suppositionem per signum universale sed generaliter quod omne illud quod potest habere virtutem distribuendi. et ideo negatio et dictiones negationes incidentes ut dictum est exceptioe exclusiue et nisi et alie faciunt terminos supra quos cadunt supponere confuse. Secunda difficultas est vtrum suppositio personalis et suppositio simplicis possint ne diuidi in suppositionem determinatam et confusam. Ad quam respondet ponentes suppositionem materialem et simplicem pro conceptu quod quolibet diuidit in discretam et determinatam et confusam. nam secundum eos

## De suppositione

si dicitur homo est vox vel homo est species sic subiectum supponit materialiter et discrete.

Sed secundum negantes suppositionem materialem dicitur quod suppositio simplex non potest diuidi in determinatam et confusam cum suppositio determinata conueniat termino solum et similiter confusa pro suis inferioribus.

### Sciendum est secundo quod

consequenter autor noster in residuo huius tractatus tria principaliter facit. Primo recitat quendam opinionem antiquorum circa suppositionem confusam. Secundo eam improbat. Tercio soluit rationes ad oppositum. Primo ergo ponit quendam distinctionem antiquorum que est hec. Suppositionum confusam alia est confusa necessitate rei. et alia est confusa necessitate signi vel modi. Suppositio confusa necessitate signi conuenit termino in propositione posito cum signo generali. Sed suppositio confusa necessitate rei conuenit termino communi posito in predicato propositionis vniuersalis affirmatiue ut in ista propositione vniuersali omnis homo est animal. iste terminus homo supponit confuse necessitate signi. Et dicitur supponere confuse et distributive eo quod supponit pro quolibet homine et copulatiue. Et dicitur supponere confuse mobiliter eo quod sub termino distributo potest fieri defectus vniuersaliter. sed iste terminus animal supponit confuse necessitate signi rei et supponit immobiliter eo quod sub ipso non potest fieri defectus. Quia autem iste terminus animal confunditur et teneatur pro pluribus probant sic. quia cuiuslibet homini inest sua essentia et sua animalitas. Cum ergo dicitur omnis homo est animal oportet quod hoc verbum est teneatur pro tot essentijs. et animal pro tot animalitatibus pro quot hominibus teneatur homo et per consequens confunditur et actualiter teneatur pro omnibus. Et cum arguebatur contra eos animal habet suppositionem simplicem. ergo non habet suppositionem confusam sed quod nullus terminus potest simul et semel habere suppositionem simplicem et confusam. Ad hoc dicebant quod licet nullus terminus possit simul habere suppositiones confusam mobilem et simplicem. tamen idem terminus potest simul habere suppositiones simplicem et confusam tantum. Quis non secundum idem sed secundum diuersa. secundum enim quod animal teneatur pro natura communi que natura est genus habet suppositionem simplicem et vltra ista natura est multiplicata per supposita et sic habet suppositionem confusam. et per consequens animal supponit simplicem et confusam immobiliter mediante signo vniuersali posito a parte subiecti. Consequenter autor reprobat hanc opinionem quoad hoc quod dicitur

dicitur vniuersalis affirmatiue supponere confuse. Et ad hoc adducit quatuor rationes fundatas in duabus suppositionibus. Prima est quod natura multiplicata per inferiora non est genus. Secunda quod natura significata per terminum confuse supponentem multiplicata est per supposita. Due prime rationes possunt accipi pro vna que est hec. In hac propositione omnis homo est animal. si animal est genus. ergo animal non confunditur mobiliter nec immobiliter. consequentia tenet quia natura multiplicata per diuisa non est genus. et antecedens probatur in textu dupliciter per autorem nostrum ut ibi clare patet. Tercia ratio est nullus terminus in quantitate potest habere rationem generis. sed omnis terminus qui confunditur habet rationem totius in quantitate vel completi vel incompleti. ergo nullus talis habet rationem generis. sed in predicta propositione predicatur genus. ergo predicatum aliud non confunditur.

Quarta ratio est clara in textu. Tercio respondetur ad rationem eorum scilicet per distinctionem huius propositionis cuiuslibet homini inest sua propria essentia et sua animalitas. Et hoc potest dupliciter intelligi quod omnis homini inest sua essentia et sua animalitas. Uno modo secundum viam logicam. Alio modo secundum viam philosophie et nature. Dicit enim quod omnibus inest vna animalitas logicaliter loquendo et omnibus hominibus inest vna humanitas eodem modo non tamen secundum viam nature. Imo cuiuslibet homini inest sua humanitas realis que causatur a forma rei. ut humanitas sortis ab animali rationali. Et quia talis animalitas inest homini per se scilicet per aliquod intrinsecum sibi et non per aliquod extrinsecum ideo multiplicatio non inest animalitati ex multiplicatioe predicati sed subiecti. ille enim animalitates prius naturaliter inherant subiecto antequam subiecto ponantur. vult enim autor per hanc solutionem dicere quod omnibus hominibus inest eadem humanitas secundum speciem et non secundum numerum.

### Sciendum est tercio quod

circa predicta incidunt aliquae difficultates. Prima est quid est suppositio confusa tantum. Pro cuius solutione supponitur secundum quosdam quod suppositio confusa diuiditur in suppositionem confusam tantum et in suppositionem confusam et distributivam. Suppositio confusa tantum est acceptio termini communis pro pluribus inferioribus qui inferuntur ex quolibet illorum et ab ipso ad nullum illorum contingit descendere copulatiue aut distinctiue sed distinctiue. Et hoc modo supponit predicatum cuiuslibet propositionis particularis affirmatiue si sit terminus confusam.

R. iij.

## Tractatus septimus

omnis ut cui dicitur omnis homo habet caput  
ly caput supponit confuse tantum. Et quo patet  
q̄ bene sequitur omnis homo habet caput ergo  
omnis homo habet hoc caput vel illud. Et ad  
maliam illorum contingit descendere copulative  
aut disiunctive. non enim sequitur omnis homo  
habet caput ergo omnis homo habet hoc caput  
et omnis hō habet illud caput. nec sequitur ois  
homo habet caput ergo omnis homo habet hō  
caput vel omnis homo habet hoc caput. Sed  
debet fieri descensus disiunctum. id est per propo-  
sitionem de disiuncto extremo ut bene sequitur  
omnis homo habet caput ergo omnis homo ha-  
bet hoc caput vel illud caput et sic de alijs.

Et ad talem suppositionem confusam tres cō-  
ditiones requiruntur. Prima est q̄ terminus cō-  
munit supponat pro pluribus. Secunda est q̄  
possit inferri ex quolibet suo singulari pro quo  
supponit. Tertia est q̄ sub termino sic supponē-  
te non contingit descendere copulative nec dis-  
iunctive sed disiunctum. Ad habendum autē  
faciliorem cognitionem quando terminus sup-  
ponit confuse et quando non ponuntur alię  
regule. Prima est quocienscūq; dicitio sinca-  
tegorumata non includens negationem im-  
portantem multitudines manens sincategorumata  
matica ponitur in aliqua propositione habet vir-  
tutem confundendi terminum cōmunit in me-  
diante sequentem confuse et distributive et termi-  
num cōmunit inmediate sequentem confuse  
tantum. ut in hac propositione omnis homo est  
animal. ly animal supponit confuse tantum eo  
q̄ est terminus cōmunit inmediate sequens illud  
sincategorumata omne importans multitudinē  
et non includens negationem. Sed subiectum  
illius propositionis scilicet ly homo supponit  
confuse et distributive eo q̄ est terminus cōmunit  
inmediate sequens illud sincategorumata  
omnis. Notanter dicebatur nō includens nega-  
tionem quia si includeret negationes faceret ter-  
minum inmediate sequentem supponere confuse  
et distributive sicut ista signa scilicet nullus et neu-  
ter. nam in propositionibus in quibus ponun-  
tur predicata supponunt eodem modo sicut sub-  
iecta scilicet confuse et distributive. Dicebatur  
ultra manens sincategorumata quia si fuisset  
pars extremi non haberet virtutem confundendi  
terminum inmediate sequentem ut in hac pro-  
positione videns omnem hominem est animal.  
ergo animal est videns omnem hominem per cō-  
ditionem simplicem. modo notum est q̄ in secū-  
da animal supponit determinate ergo et in plu-

ma. Ratio huius regule est quia in ista videns  
omnem hominem est animal hoc totum videns  
omnem hominem est subiectum. et ita signam  
universale est pars extremi. Et notanter diceba-  
tur importans multitudinem quia sincategorumata  
reumata non importans multitudinem sicut  
sunt ista aliquis et alter non habent virtutem cō-  
fundendi terminum sed sincategorumata im-  
portans multitudinem cuiusmodi sunt ista om-  
nis vterq; et adverbia numeralia ut bis ter qua-  
ter habent virtutem confundendi terminum me-  
diante sequentem confuse tantum. Ultra diceba-  
tur inmediate sequentem quia supra terminus pre-  
cedentem non habet aliquam virtutem. Et quo  
sequitur q̄ hoc est falsa animal est omnis homo  
quia animal supponit determinate cum non cō-  
fundatur ab aliquo signo. et hoc est vera omnis  
homo est animal. Alia regula est q̄ dicitio sin-  
categorumata importans multitudinem ha-  
bet virtutem confundendi terminum inmediate se-  
quentem positum in eadem propositione cate-  
gorica sed non habet virtutem confundendi ter-  
minum in alia categorica positum. ideo hoc ē  
falsa pro secunda parte omnis homo ē animal  
et aliquis homo est illud. quia homo positum in  
secunda categorica non confunditur a signo pre-  
cedenti ideo supponit determinate. et denotatur  
q̄ omnis homo est animal. et aliquis homo pan-  
is est illud vel plato et sic de alijs. et quid-  
bet eorum est falsa saltem pro secunda parte.

Alia regula est q̄ signum universale negati-  
vum positum in una categorica non habet vir-  
tutem confundendi terminum positum in alia  
categorica. nam cum dicitur nullus homo est  
a finis et aliquod animal est ille. ly animal sup-  
ponit determinate. Et predictus patet q̄ hec  
propositiones sunt vere. bis comedisti panem  
ter bibisti vinum et sic de alijs. et tamen nullum  
panem bis comedisti et nullum vinum ter potasti  
Ratio huius est quia ista adverbia numeralia  
bis ter et c. importans multitudinem ratione cu-  
ius habent virtutem confundendi terminum se-  
quentem confuse tantum. et ideo in ista bis co-  
medi panem iste accusativus panem non suppo-  
nit determinate pro illo pane vel illo quia sic ē  
falsa. nam ista est falsa bis comedi illum pa-  
nem vel bis comedisti illum et sic de alijs  
Sed hoc est vera semel comedisti vinum panem  
et alias comedisti alium. vel oportet facere de-  
scensum per propositionem de disiuncto extre-  
mo nec sequitur bis comedisti panem. ergo pa-  
nem bis comedisti. sed est fallacia figure dicitio-

## De suppositione

nis arguendo a suppositione confusa tantum  
ad determinatam panem supponit confuse  
tantum in antecedente et dicit quale quid et in  
consequente supponit determinate. et dicit hoc  
aliquid. Alia regula talis est. quando cū-  
q; arguitur a termino supponente confuse tan-  
tum respectu alicuius signi multitudinem im-  
portans ad eundem terminum supponentem  
determinate respectu eiusdem signi est fallacia  
figure dictionis. ut non sequitur omnis homo  
est animal. ergo animal est omnis homo sed est  
fallacia figure dictionis. Et si dicatur si hoc est  
verum sequeretur q̄ ibi esset fallacia figure  
dictionis omnis homo est animal. ergo quod-  
dam animal est omnis homo. quia animal in an-  
tecedente supponit confuse tantum et in conse-  
quente stat determinate. Ad hoc respondetur q̄  
non est semper fallacia figure dictionis quan-  
do arguitur a termino supponente confuse tan-  
tum ad eundem terminum supponentem deter-  
minate sed quando arguitur a termino suppo-  
nente confuse respectu dictionis sincategorumata  
multitudinem importans ad eundem  
terminum supponentem determinate respectu  
eiusdem dictionis sincategorumate tunc sem-  
per est fallacia figure dictionis. Et predic-  
tus potest inferri q̄ supposito q̄ mōdus sit eter-  
nus a parte ante et etiam a parte post hoc est ve-  
ra semper aliquis hō est vel fuit et semper homo ē  
rit vterq; tamen istarum erit falsa homo sem-  
per fuit hō semper erit. quia ut ipi dicunt hō  
mo in istis propositionibus et maxime in pri-  
ma supponit confuse tantum. eo q̄ sequitur me-  
diante aliquod signum distributum a quo ha-  
bet virtutem distribuendi. Et in secunda suppo-  
nit determinate cum sit subiectum propositionis  
indefinite. Unde istud adverbium semper inclu-  
dit signum distributum et terminum sine dis-  
tributionis et valet tantum dicere semper fuit  
homo sicut omni tempore fuit homo. Patet eti-  
am quia si successively et continue fuerit aliquis  
homo in ista domo tunc ista est vera tota die a-  
liquis homo fuit intus. Et hoc est falsa aliquis  
homo fuit tota die intus. Et q̄ prima sit vera  
patet quia quelibet singularis eius est vera.  
Nam in qualibet parte diei per casum fuit ali-  
quis homo intus. Et q̄ secunda sit falsa patet  
quia est una particularis cuius quelibet singula-  
ris ē falsa q̄ sortes nō fuit tota die i ista domo  
nec plato et sic de alijs. Supposito vero confu-  
sa et distributiva dividitur in suppositiones cō-

fusam et distributivas mobiles. Et in confusam  
mobilem. Suppositio confusa mobilis est ac-  
ceptio termini communis pro omnibus suis in-  
ferribus ad que valet descensus per propo-  
sitionem copulativam seu copulativam. ut omnis  
homo currit. homo ibi supponit confuse et distri-  
butive. Sed suppositio confusa et distributiva  
immobilis est acceptio termini communis pro  
suppositis ad que nullo modo contingit descen-  
dere respectu illius respectu cuius sit distributiv-  
us per variationem alicuius dictionis ibi po-  
ssite descensus sit possibilis. ut in hac propo-  
sitione omnis homo preter sortem currit. homo sup-  
ponit confuse et distributive immobiliter. quia  
respectu dictionis exceptionis non potest fieri de-  
scensus ad supposita. non enim sequitur omnis  
homo preter sortem currit. ergo plato preter sor-  
tem currit. Sed si variet dicitio exceptionis in hoc  
quod est aliud a sorte tunc poterit fieri descen-  
sus ad supposita. ut bene sequitur omnis homo  
preter sortem currit. ergo plato alius a sorte cur-  
rit.  
Secunda difficultas est verum petrus  
hispanus simpliciter destruat suppositiones cō-  
fusam tantum. De qua sunt duo modi dicen-  
di. Et primus stat in tribus dicitis. Primum dicitur  
est q̄ cum rationibus autōnis stat suppositiones  
confusam esse ponendam. Hoc patet q̄ ratios  
autōnis non concludunt q̄ iste accusativus ho-  
mīnez debeat accipi pro natura in communi in  
hac propositione omne animal preter hominem  
currit. nec etiam concludunt equum et piper ac-  
cipi pro natura in communi in his propositionibus  
parisius et rome venditur piper. promitto  
tibi equum et sic de alijs. Secundum dicitur est  
q̄ in hac propositione omnis homo est animal  
animal potest supponere confuse tantum sicut  
dicebant antiqui. sed tunc nō ē predicatio genes-  
ris de specie. quia predicatus non accipitur pro  
natura in communi. sed equivalet illa propo-  
sitione huius propositioni que est de disiecto extre-  
mo omnis homo est hoc animal vel illud animal  
et sic de alijs. Tertium dicitur est q̄ petrus his-  
panus simpliciter non destruit opinionem au-  
tōnorum. sed destruit solum q̄ predicatum unis-  
versalis affirmativum in qua est predicatio genes-  
ris de specie aut superioris de per se suo inferiori  
non confunditur mobiliter. ut patet considerā-  
do rationes eius. Secundus modus di-  
cendi est q̄ nullo modo est ponenda suppositio  
confusa tantum. et q̄ quis non reprobanerit  
suppositiones confusas tantum nisi quoad predicatus

## Tractatus septimus

propositionis universalis affirmativae. Tamen de intentione eius fuit eam destruere omnino. Et ideo secundum eam in omnibus propositionibus in quibus alij dicunt esse suppositiones confusam tantum est suppositio simplex. Et ideo si cui ista concedatur appeto vnum et ista promittit tibi equum et sic de alijs similibus. sic etiam iste concedatur vnum appeto equum promitto.

### Sed contra predicta arguitur.

Primo sic. Dec est indefinita homo fuit albus et tamen homo non supponit determinate posito quod nullus homo sit eo quod subiectum pro nullo supponit esse terminus non supponat pro aliquo nisi de illo verificetur. ergo definitio suppositionis determinata non est bona.

Secundo arguitur sic. In hac propositione non omnis homo currit est acceptio terminus communis pro suis singularibus mediante signo universalis et tamen non est suppositio confusa sed determinata. ergo definitio non est bona.

Tercio arguitur sic. bene sequitur omnis homo est animal. ergo quoddam animal est homo. ergo animal in prima non supponit simpliciter quia tunc argueretur a suppositione simplici ad personalem.

Quarto arguitur sic. vendi et emi non competunt nature. ergo in hac propositione hic et romae venditur piper non supponit simpliciter et per consequens supponit confuse tantum et sic oportebit ponere suppositionem confusam nisi.

### Ad rationes. Ad primam

dicitur negando maiorem. et ad probationem dicitur quod si illa propositio sit de presenti tunc non terminus supponit pro aliquo nisi de quo verificatur mediante verbo de presenti. sed si illa sit de praeterito aut futuro sufficit quod verificetur de illo pro quo supponit mediante verbo de praeterito aut futuro.

Ad secundam dicitur quod illud signum universale impeditur per negationem ideo non habet vim signi universalis. ideo in diffinitione debet intelligi mediante signo universalis non impedito.

Ad tertiam dicitur negando consequentiam quia aliquando a termino supponente simpliciter ad ipsum supponentes personaliter facta aliqua mutatio circa alterum extremorum propositionis potest valere eodem sequentia sicut in proposito. quia remouetur signum universale ab altero extremorum et additur signum universale alteri eorum.

Ad quartam dicitur distinguendo antecedens vel primo et per se et sic concedatur. vel ex consequenti et secundum quod est in suis inferioribus et sic negatur. Dicitur tamen secundum aliquos quod ibi piper supponit determinate in hac propositione parisius et romae venditur piper. sed illa propositio

est multiplex secundum compositionem et diffinitionem. in sensu enim composito est falsa ut scilicet est una categorica de copulato subiecto quia quilibet singularis est falsus. in sensu vero diuiso est vera et tunc est copulativa cuiusque libet pars est vera. et tunc sensus est piper venditur romae et piper venditur parisiis. et sic in ista copulativa sunt duae partes vere et sunt inde sumite ergo subiectum supponit determinate.

### Circa ea que dicta sunt

de suppositionibus notandum est primo quod et dictis patet quomodo suppositio secundum petrum hyspanum prima sui diuisione dividitur. Dividitur enim in suppositionem discretam et communem. Et suppositio communis dividitur in naturalem et accidentalem. Suppositio vero accidentalis in simplicem et personalem. Personales dividitur in determinatam et confusam.

Secundum quomodo alios suppositio prima sui diuisione dividitur in suppositionem propriam et impropiam. Suppositio propria dividitur in simplicem personalem et materialem et quilibet harum dividitur in communem et discretam. Suppositio vero communis in determinatam et confusam. Sed suppositio confusa in suppositionem confusam tantum et confusam et distributam. Sed suppositio confusa et distributa dividitur in suppositionem confusam et distributam mobilem et immobilem.

Et antequam facilius possit cognosci quomodo vniuersales terminus in propositione possit supponat ponende sunt aliqua regule de vnaqueque suppositione. De suppositione ergo in propria ponitur haec regula. Quandocumque terminus supponit improprie concedendum est quod eodem modo supponit quo modo terminus loco cuius accipitur supponeret si in illa propositione poneretur excepto quod supponit improprie et aliter supponeret proprie. ut cum dicitur apostolus dicit hoc. per suppositionem improprie a postolus supponit pro paulo. ideo apostolus supponit ibi discrete sicut supponeret paulus si poneretur. Similiter cum dicitur proza est in mari. proza supponit ibi determinate sicut supponeret nauis si poneret in illa proza nauis est in mari.

De suppositione vero materiali illi qui est ponit possunt hanc regulam ponere. Si duorum terminorum adiuicem complexorum vniuersales significationem vel aliquam vocis proprietatem ut quod significationem supponit possit verificari de aliquo supponente pro voce et non de supponente pro alia re. et aliter terminus non significet proprie liter vocem sed aliam rem. Et si significet proprie

## De suppositione

paliter vocem non tamen accipitur secundum quod vocem significat tunc terminus significans pro proprietatem vocis trahit alterum ad supponendum pro voce et per consequens ad materialem suppositionem. et non solum est ita si suppositio secundum talem suppositionem sit vera sed etiam si sit falsa. ut subiecta istarum propositionum sunt est dictio dissyllaba: animal est trissyllabi supponunt materialiter. Unde dissyllabum significat proprietatem vocis et sonus significat aliam rem a voce. tamen trahitur per ipsum predicatum ad supponendum materialiter. Sed secundum petrum hyspanum qui non ponit suppositionem materialem ut videtur nec conceditur. Dicendum est quod subiecta harum propositionum non supponunt materialiter sed discrete eodem modo quo prius dictum est. De suppositione autem discreta ponuntur duae regule. Prima est cuiuslibet propositionis singularis subiectum supponit discrete. ut sonus currit. plato currit. Alia regula. omnis terminus singularis supponens et omnis terminus communis sumptus cuius pronome demonstratio vbi cumque ponantur siue a parte subiecti siue a parte predicatorum siue post negationem siue non semper habent suppositionem discretam. Adhuc addunt aliqui huius particule singulariter et vniuersale et discrete tenentur quia dicunt terminum singularem posse materialiter supponere singulariter discrete determinate confuse. Et si queratur qualiter supponit subiectum huius propositionis ens quod est sonus currit. Ad hoc respondetur quod subiectum dicte propositionis est terminus singularis supponens discrete. Quod patet quia subiectum huius propositionis non est natum predicari de pluribus ideo sibi repugnat. Unde quis ens singularisatur per hunc terminum sonus. Et licet terminus singulari incompleto non possit addi signum vniuersale tamen termino singulari completo potest addi ut dicendo omne ens quod est sonus currit. Et si vterque queratur qualiter supponat subiectum huius propositionis. iste homo vel a sonus currit. Ad hoc respondetur distinguendo eam quia hoc pronomen iste potest determinare totum diuisum et sic supponit discrete. et propositio est singularis de diuiso subiecto. sed si determinet precise primam partem tunc subiectum supponit determinate et illa propositio est indefinita cum subiectum eius possit predicari de pluribus.

### Sciendum est secundo quod

de suppositione naturali ponitur haec regula. In omni propositione in qua est predicatio generis de specie differente aut propria aut alia predicatio in primo vel secundo modo dicendi per se tunc

verbum absoluitur a tempore et per consequens termini supponunt naturaliter. ut cum dicitur homo est animal. homo ibi habet suppositionem naturalem. et hoc verbum est connotat praesens est pro sed absoluitur et stat indifferentem pro praesenti pro praeterito et pro futuro. De suppositione autem determinata ponuntur tres regule. Prima est subiectum propositionis indefinite vel particularis siue illa sit affirmativa siue negativa supponit determinate. ut homo currit. quidam homo currit. quidam homo non currit. Secunda regula. cuiuslibet propositionis particularis affirmativae predicatum si sit terminus communis supponit simpliciter aut determinate. Tercia regula est. terminus communis positus post duo signa distributiva cadit super ipsum inter que nullus terminus distributivus me dicit habet suppositionem determinatam ut cuius dicitur nonnullus homo currit. iste terminus homo supponit determinate. quia illa propositio e quivaleat isti quidam homo currit. Et notanter dicitur inter que nullus terminus distributivus me dicit quia quis in hac propositione nullus homo non est animal. animal sequitur duo signa quorum quilibet potest distribuere. non tamen supponit determinate sed confuse tantum vel simpliciter. ut patet per equipollentem. quia equipollent huius omnis homo est animal. De suppositione autem confusa et distributiva ponuntur alij regule. Prima est. cuiuslibet propositionis vniuersalis siue illa sit affirmativa siue negativa subiectum supponit confuse et distributive. ut omnis homo currit. Secunda regula est cuiuscumque propositionis vniuersalis negativae cuius predicatum est terminus communis supponit confuse et distributive. Tercia regula est omnis terminus communis mediate vel immediate sequens negationem cadentem super ipsum et non impeditur supponit confuse et distributive. ut sonus non est videns homines. Et notanter dicitur si non impediatur quia dicendo sonus non est videns omnem hominem ibi hominem non distribuitur scilicet non supponit confuse et distributive quia negatio est impedita per signum vniuersale. Quarta regula est. omnis terminus includens negationem facit terminus immediate sequentes supponere confuse et distributive. Quinta regula est. omnis terminus communis sequens immediate aliquam istarum dictionum. alius. vel aliquem comparativum. vel differt tunc talis terminus supponit distributive eo quod ille dictiones includunt negationem. Ex quo sequitur quod haec est falsa sonus differt ab homine. sonus est alius ab animali. ut patet per eius exponentes. quia prima sic exponitur. sonus est. homo est. et sonus non est homo. Et de his intelligi si non impediatur quia in ista sonus differt ab omni homine ibi homine non distribuitur



## Tractatus septimus

quia negatio inclusa in illa dictione differt im-  
pediatur per signum vniuersale et ideo nō distribui-  
batur. Ex quo potest patere veritas harum pro-  
positionum. Sortes est fortior omni homine. mu-  
sica est fortior omni animali. musca est debilior  
omni substantia. et sic de alijs. quia omnes isti  
ablatiu non supponunt confuse et distributive  
sed determinate ideo ad veritatem illarum. et pri-  
mo ad veritatem prime sufficit qd sit aliquis ho-  
mo debilior sorte. vel aliquod animal debilius  
musca. vel aliqua substantia fortior musca. Ser-  
ta regula est. terminus communis cui additur ne-  
gatio infinitas a parte predicati supponit distri-  
bute quia bene sequitur sortes est non homo.  
ergo sortes non est iste homo nec ille etc. Septi-  
ma regula est. si negatio est in parte predicati  
paratio equalitatis aut excessus distribunt ter-  
minum communem immediate sequentem se. vt  
patet de ista propositione sortes est ita fortis si-  
cut aliquis homo. homo ibi supponit distributi-  
ue. Exponitur enim sic. sortes est fortis. aliquis  
homo est fortis. et fortis nō est magis fortis vt  
minus fortis aliquo homine. Exemplum de his  
per que fit comparatio ad excessum vt leo ē ma-  
gis fortis qd homo. ibi homo distribuitur. Octa-  
ua regula ē qd terminus immediate sequens com-  
paratiuum vel supellatiuum rectus ab eo suppo-  
nit distributive vt cum dicitur sortes est fortior  
equo. leo est fortissimus animalium. supponunt  
distributive. Uti si regula est qd quicquid mobi-  
leat immobilitatis immobilitatis mobilis. t. quic-  
quid facit terminus si distributus tenet distributive  
facit terminus distributus pōt tenet si distributi-  
ue. vt cum dicitur non omnis homo currit. ista  
negatio non inuenit terminum distributum per  
signum vniuersale ideo facit ipsum non distributi-  
uum.

### Sciendum est tercio qd

secundum ponentes suppositionem confuse tā-  
tum terminus communis quicquid modis confun-  
ditur non distributive. Primo modo per signum  
vniuersale affirmatiuum mediate sequens ipsu-  
m tamen construatur cum termino prius di-  
tributo per signum vniuersale et qd non sit de-  
terminatio eius. Secundo modo confunditur  
terminus non distributive quando signum vni-  
uersale precedit ipsum immediate siue sit affir-  
matuum siue negatiuum. Et aliqd signum nega-  
tiuum precedit ipsum mediate. vt cum dicitur nul-  
lus animal est omnis homo. nullus homo ē om-  
nis homo. ibi homo supponit confuse tantum.  
Tercio modo confunditur quando relatiuum  
diuersitatis precedit terminum communem. Et  
signum vniuersale negatiuum precedit ipsu-  
m relatiuum. vt cum dicitur nullus animal aliud ab  
homine est risibile. ibi homine supponit confuse  
tantum. Quarto modo confunditur per dictio-

nem importantem numerum mediate preceden-  
tem ipsu. vel quando terminus communis sequi-  
tur copulatum et aliquibus terminis positus in  
aliqua propositione. vt hic ter comedisti panes  
parisiis et romae venditur panis ibi panis in v-  
traq; propositione supponit confuse tantum.  
Quinto modo confunditur per verbum transi-  
tiuum quod natum est transire in ipsum mediū  
te alio verbo. vt cum dicitur. promitto tibi dare  
equum. volo bibere vinum. ibi vinum supponit  
confuse tantum. Nec sequitur promitto tibi equum  
ergo equum tibi promitto. appeto vinum. ergo  
vinum appeto. De suppositione autem sim-  
plici secundum ponentes eam pro conceptu vel  
intentione anime ponitur talis regula. Si duo-  
rum terminorum adiuuicem in propositione cō-  
plexorum vnus principaliter significat intentio-  
nem vel aliquam proprietatem intentionales ita  
qd significatur supponens verificari possit de  
aliquo termino supponente pro conceptu et non  
possit verificari de aliquo pro re ad extra. Et al-  
terum terminorum nō intentionem principaliter  
ter significat sed aliquam aliam rem significat  
tunc terminus intentiones significans trahit al-  
terum terminum ad supponendum pro intentio-  
ne et per consequens ad suppositionem simpli-  
cem. vt subiecta istarum propositionum sortes  
est indiuiduum. homo est species. et similia. sup-  
ponunt simpliciter pro conceptu siue propositio  
sit vera siue sit falsa. Sed secundum com-  
munem modum et maxime secundum modum  
realem de suppositione simplici ponuntur qua-  
tuor regule. Prima est terminus communis qui  
subicitur alicui secunde intentioni et non impedi-  
ditur per aliquod sibi additum supponit simpli-  
citer. Secunda regula. predicatum propositionis  
vniuersalis affirmatiue si sit terminus communis  
supponit simpliciter. vt ois homo est animal.  
Tercia regula est terminus communis suppo-  
nens vel apponens verbo spontanti actus ale in  
teriorē puta actus appetēdi vel optādi supponit  
simpliciter vt si dicitur vinum appeto vel appe-  
to vinum. vinum vbiq; supponit simpliciter.  
Quarta regula est. terminus communis suppo-  
nens pro suo significato sic qd non pro supposi-  
tus supponit simpliciter. Et generaliter omnes ter-  
minus incomplectus quem alij dicunt suppone-  
re confuse tantum secundum illos supponit sim-  
pliciter. Est autem duplex suppositio sim-  
plex quia quedam est absoluta alia vero compa-  
rata. Suppositio simplex absoluta est acceptio  
termini communis pro natura secundum se et ab-  
solute et non secundum qd habet esse in suis sup-  
positis. et isto modo supponit homo in ista pro-  
positione. homo est dignissima creatura crea-  
rarum. Suppositio simplex comparata est accep-  
tio termini communis secundum qd habet esse in

## De relatiuis

luis suppositis. vt in hac propositione parisiis  
et romae venditur piper vel vinum appeto.

### Sed contra predicta ar-

guitur. Primo sic. In hac propositione homo est  
animal copula est presentis tēporis. ergo restrin-  
gitur tantum ad standum pro presentibus sup-  
positis. Tenet consequentia per vnā regulā  
quam facit autor de restrictione facta per verbū

Secundo arguitur sic. Dec propositio ho-  
mo est species est indefinita cum non sit vniuer-  
salis aut particularis aut singularis et tam sub-  
iectum eius non supponit determinate. ergo nō  
cuiuslibet propositionis indefinite subiectus sup-  
ponit determinate. Tercio arguitur sic. in  
hac propositione. omni tempore fuit aliquis ho-  
mo hoc totum aliquis homo sequitur mediate  
signum vniuersale et tamen non supponit cōfu-  
se tantum cum supponat determinate. ergo non  
omnis terminus mediate sequens signū vniuer-  
sale affirmatiuum supponit confuse tantum. Qd  
autem supponat determinate patet quia in sua  
contradictoria scilicet ista non omni tempore fu-  
it aliquis homo supponit distributive cū sequa-  
tur negationem. ergo in alia supponit determi-  
nate. Quarto arguitur sic. Terminus co-  
pulatiuus non habet aliquam virtutem cōfun-  
dendi terminum sequentem. ergo non facit ipsū  
supponere confuse tantum.

### Ad rationes. Ad primā

dicitur qd regula autens debet intelligi in predi-  
cationibus contingentibus in quibus verbum  
non absoluitur a tempore. Ad secundam  
dicitur qd qd ista propositio non sit proprie sin-  
gularis habet tamen modum propositionis sin-  
gularis eo qd subiectum eius supponit pro na-  
tura secundum se et vt sic sibi repugnat suppo-  
nere pro pluribus quia nullus potest fieri descē-  
sus. Ad terciā dicitur negando minores  
scilicet qd non supponat cōfufe tantum. Ad pro-  
bationem negatur consequentia quia ad hoc qd  
aliquae propositiones contradicāt sufficit qd si al-  
iquis terminus supponat distributive in vna qd  
supponat distributive in alia. Ad quartā  
dicitur negando antecedēs quia copulatiuum mul-  
titudinem importat. Ratione cuius multitudi-  
nis habet virtutem confundendi terminum se-  
quentem. Et hec de suppositionibus ter-  
minorum absolutorum.

### Sequitur secundus tractatus.

**R**elatiuum est duplex  
vno modo relati-  
uum est cuius esse ē  
ad aliud quodam-  
modo se habere. et sic relatiuum  
est vnum de decem predicamē-  
tis. Aliud est relatiuum quod est  
antelate rei recordatiuum. quia  
vt vult priscianus in maiori suo  
volume relatio est ante late  
rei recordatio. vt sortes currit qd  
mouetur. ibi hoc relatiuum qui  
facit recordationem siue relati-  
onem de sorte qui est res ante  
lata. Omissis autem relatiuis  
secundum primum modum de  
relatiuis secundo modo hic in-  
tendimus. Relatiuorum au-  
tem quedam sunt relatiua sub-  
stantie. vt qui ille et similia. Que-  
dam vero sunt relatiua accidē-  
tis. vt qualis talis tantus quā-  
tus. Relatiuum autem substan-  
tie est quod refert eandem rem  
in numero cum suo antecedente.  
vt qui ille. Item relatiuo-  
rum substantie quedam sunt re-  
latiua diuersitatis. vt alius. Et  
est illud quod refert eandem re-  
in numero et supponit pro alio  
vt sortes currit et alius dispu-  
tat. Quedam vero ydemptita-  
tis. vt qui ille idē. Relatiuum aut  
substantie ydētitatis ē qd refert

## Tractatus secundus

et supponit pro eodem in numero pro quo supponit suum antecedens. ut fortes currit qui disputat. ibi hoc relatiuum qui refert fortem et supponit pro forte.

Relatiuorum substantie ydemptitatis quedam sunt nomina. ut quis. quidam. Queda sunt pronomina. ut ille. idem.

Item relatiuorum pronominum ydemptitatis. quedam sunt reciproca. ut sui. sibi. se cum suo possessiuo. ut suus sua suum. Alia non reciproca. ut ille. idem. Relatiuum autem reciprocum dicitur non quod sit patiens sed quod ponit modum patientis supra substantiam agentem. quia aliud est patiens et aliud est modus patientis. quod patet per hoc quod nominatiuus potest esse patiens. ut fortes percutitur. sed non potest habere modum patientis. unde modus patientis semper est in obliquis. et sic patet quod aliud est patiens et aliud est modus patientis. Si queratur quid addatur supra patientem per relatiuum reciprocum. Dicendum est quod addit ydemptitatem substantie et ponit eam sub modo patientis. ut fortes iubet se. ibi substantia que prius

erat. agens ponitur sub modo patientis ut in hoc pronomine se. Unde reciprocum sic potest diffiniri. Reciprocum est quod significat substantiam agentem sub modo patientis. vel sic. Reciprocum est idem quod sui passiuum. et ideo hoc relatiuum sui significat per modum patientis in quem dicitur transire actus verbi. nominatiuus autem significat per modum agentis

Item si queratur quare hoc pronomine sui sibi se caret nominatiuo. Dicendum est quod solutio patet ex premissis. quia agens non potest significare patientem siue sub modo patientis. nisi in obliquis. sed nominatiuus dicit modum agentis et ideo natura nominatiui repugnat nature huius pronominis sui. et ideo non potest habere nominatiuum.

Ex predictis patet quod relatiua ydemptitatis referunt eadem rem sub suo antecedente. et semper supponit pro eodem re in numero. Et ex hoc patet quod maior est certitudo per relatiuum ydemptitatis quam per suum antecedens loco relatiui positum ut homo currit homo disputat quia dubium est utrum de eo

## De relatiuis

dem homine dicatur. Sed cum dicitur homo currit. et idem disputat certum est quod de eodem homine dicatur. hoc enim patet per priscianum dicentem in maiori suo volumine quod cum dicitur. Ayax. venit ad troyam. et ayax fortiter pugnavit. dubium est an de eodem ayace dicatur an de diuersis. Sed cum dicitur ayax venit ad troyam et ideo fortiter pugnavit. de eodem ayace in numero statim intelligitur. Et sic patet quod maior est certitudo per relatiuum ydemptitatis quam per suum antecedens loco talis relatiui positum. Solet autem dubitari circa relatiua ydemptitatis utrum deceptio facta ex diuersa relatione fiat secundum equiuocationem vel secundum amphibologiam vel secundum aliquam aliam fallaciam. ut dicendo homo videtur asinum qui est rationalis. ibi hoc relatiuum qui potest referri ad hunc terminum qui est homo. vel ad hunc terminum qui est asinus et sunt ibi diuersae relationes. et ergo secundum aliquos solet ibi conuenienter assignari equiuocatio. Sed contrarium arguitur. hoc nomen qui secundum quod est relatiuum sig-

nificat rem unam equaliter se habentem ad illud quod significatur per modum substantie ut color qui est in corpore loci qui continet rem locatam. et sic de alijs. ergo deceptio facta ex diuersa relatione non facit equiuocationem. Item hoc nomen qui secundum quod est nomen significat substantiam infinitam sed ista substantia infinita apta nata est finitari tam per unum antecedens quam per aliud. ergo cum illa substantia infinite superata in se sit una et potest referre quodlibet antecedens. ergo significatio huius relatiui erit una quare sequitur quod ibi non erit equiuocatio. Item ratio cuiuslibet relatiui secundum quod relatiuum est tantum una hec scilicet res antelata vel rei antelate recordatiuum. ergo omnine relatiuum secundum quod relatiuum participatiuum nomen et unam rationem ergo relatiuum est uniuocum in quantum est antelate rei recordatiuum. ergo particularia relatiua. ut qui. ille. et alius in quantum sunt relatiua suorum antecedentium non sunt equiuoca. Si aliquis obiciat quod hoc relatiuum qui alterius rationis secundum quod te

## Tractatus secundus

netur in hoc antecedente homo et alterius secundum quod tenetur in hoc antecedente alius ut in predicta oratione. ergo est commune et habet rationes diversas ergo est equiuocum. Dicendum quod hoc argumentum non valet. Nam similiter posset probari quod quodlibet uniuocum esset equiuocum. ut animal esset equiuocum secundum quod est homo vel secundum quod est in homine: et aliam habet rationem secundum quod est equus vel secundum quod est in equo. et sic hoc nomen animal aliam habet rationem hic et ibi et est commune. non tamen equiuocum sed uniuocum. Soluendum est breuiter quod sicut uniuoca dicuntur habere eandem rationem non secundum se sed in uniuoco uniuocante. ut homo bos equus et similia in animali. Similiter omnia relativa dicuntur habere rationem eandem non secundum se sed in referente siue in relatione. et etiam habent idem nomen ideo uniuocantur in eo sed ille obiebat de rationibus relativorum secundum se. Unde predictas obiectiones ab ista concedimus. et ideo quod deceptio facta ex diuersa relatione non

est secundum equiuocationem. Item illa deceptio est in ordinatione dictionum inter se. ergo est in oratione. quia ordinatio dictionum nihil aliud est quam oratio. ergo non est equiuocatio cum equiuocatio solum fit in una dictione. Item quod ibi non sit amphibologia probatur ubi ubique fit amphibologia ibi est constructio unius cum alio. ut in hoc exemplo liber aristotelis quoad primum modum. quoad secundum ut hic. littus aratur. quoad tertium in hoc. scit seculum. Et secundum hoc patet inductiue per omnes modos amphibologie quod ubique est amphibologia ibi est constructio unius cum uno tantum. sed ubique sunt diuersa relativa non est constructio unius cum uno tantum. primo unius cum diuersis. ergo deceptio facta ex diuersa relatione non facit amphibologiam. Item ubique est deceptio ex eo quod aliqua dictio potest referri ad diuersa est compositio vel diuisio. sed deceptio ex diuersa relatione est ex eo quod aliqua dictio potest referri ad diuersa. ergo deceptio ex diuersa relatione est compositio vel diuisio et hoc idem concedimus.

## De relatiuis

*Ita est secundus tractatus per totum logicum in quo postquam per hunc tractatum determinatur in precedenti tractatu de suppositione terminorum absolutorum consequenter determinatur de suppositione terminorum relativorum. Cuius ordinis ratio est quia terminus relatiui sunt suppositiones trahunt a terminis absolutis ut patet in sequentibus. igitur necesse fuit prius determinare de suppositione terminorum absolutorum et relativorum. Et ponitur hic tractatus distinctus a precedenti quia non solum hic determinatur de suppositione terminorum relativorum sed etiam de quadam passione termini que vocatur relatio quia secundum diuersas relationes sepe variatur falsitas aut veritas orationis ut patet in hac oratione foris videt a finem qui est rationalis. et sic ab huiusmodi positione accipit ille tractatus distinctionem a precedenti. Et sicut dicitur est in precedentibus quod terminus in quantum a principio supponitur est subiectum eius. sic etiam potest dici quod subiectus huius tractatus est terminus relatiuis.*

### Sciendum est primo quod

ut habetur in textu duplex est relatiuum. scilicet grammaticale et logicale. Unde relatiuum logicale est cuius totum esse est ad aliud quodammodo se habere. Relatiuum vero grammaticale est rei ante late recordatum. Et conformiter potest diffiniri relatio quod est rei ante late recordatio.

Et de ista relatione grammaticali solum est hic ad propositum secundum quod propter diuersam relationem vel diuersum modum supponendi variatur veritas aut falsitas orationis.

Et dicitur hoc relatiuum grammaticale est relatiuum substantie et relatiuum accidentis. Et non dicitur relatiuum substantie eo quod semper refert substantiam sed quia refert rem se habentem per modum substantie. Similiter relatiuum accidentis dicitur non quia refert accidens sed quia refert rem se habentem per modum alteri adiacentis ut qualis talis. Et horum distinctio patet in textu.

Terminus dicitur relatiuum substantie in relatiuum idemptatis. ut ille ipse et relatiuum diuersitatis. ut aliud. Tertius relatiuum idemptatis alia sunt reciproca: ut sui sibi. Alia sunt non reciproca. ut ille ipse. et istorum distinctiones patet in textu.

Unde relatiuum idemptatis substantie est quod refert idem in numero cum suo antecedente et supponit pro eodem in numero. ut cum dicitur foris currit qui disputat. illud relatiuum quod refert foris et supponit

pro foris. si enim antecedens supponat pro voce vel significato vel supposito similiter et eius relatiuum. Et quo sequitur quod omnes ille orationes sunt falsae animal est trisyllabus et aliud est substantia. homo currit et ille est species. homo est species et ille disputat.

Et illa etiam distinctio patet quod fit maior certitudo per relatiuum idemptatis substantie positum in oratione quam per antecedens loco eius positum. quia cum dicitur homo currit et homo disputat dubium est utrum intelligatur de eodem homine. Similiter cum dicitur currit alax venit ad troiam et alax fortiter pugnavit. dubium est utrum de eodem atace intelligatur. sed cum dicitur alax venit ad troiam et ille fortiter pugnavit certum est quod de eodem atace intelligatur.

### Sciendum est secundo quod

iuxta predicta incidunt aliquae difficultates. Et primo ab auctore mouetur una in textu que talis est. Verum deceptio prouenit ex diuersa relatione termini causet equiuocationem aut amphibologiam aut aliquam aliam fallaciam.

Et primo probat auctor quod non causet equiuocationem et hoc quatuor rationibus que patent in textu. Prima in potest sic formari nomen fit equiuocatio nisi ex multiplicitate termini equiuoci. sed hoc relatiuum qui non est terminus equiuocus ergo relatio facta ex diuersa relatione termini non causet equiuocationem. Minor patet quia nihil quod significat unice impositione aliquam rem equaliter se habentem ad omne aliud quod significatur per modum substantie est equiuocum. sed hoc relatiuum qui est huiusmodi. ergo et. Minor patet quia nullum equiuocum unice impositione significat unam rem equaliter se habentem ad omnia sua supposita. ergo et. Et potest addi alia ratio declarativa que talis est. Nihil cuius tam significatio quam res significata est una est equiuocum. sed tam significatio quam res significata huius relatiui est una. ergo non est equiuocum. Minor patet quia hoc relatiuum qui significat substantiam univocam que potest finitari et terminari per quodlibet antecedens. ergo res significata per ipsum est una et per consequens et significatio. Alie rationes clare sunt in textu.

Et quod illa deceptio non causet amphibologiam probat auctor in textu quia omnis deceptio que est amphibologia prouenit ex diuersa constructione unius cum uno sicut probabile est in similibus modis. Sed deceptio ex diuersa relatione termini fit ex diuersa constructione unius cum

diversis. ergo talis deceptio non est amphibologia

Et quod sit compositio vel divisio cum nulla sit difficultas de alijs probat sic. deceptio proprie mens est eo quod aliqua determinatio potest ferri ad diversa determinabilia est compositio vel divisio. sed deceptio que fit ex diversis relatione terminum provenit ex eo quod aliqua determinatio potest ferri ad diversa determinabilia. ergo est compositio vel divisio.

Est tamen advertendum quod dicentes talem deceptionem causare equivoconem dicunt quod non oportet fallaciam equivoconem quoniam ad omnes eius modos provenire ex multiplicitate termini equivoconem. ut patet in illo paralogismo. quicumque sanabatur sanus est. laborans sanabatur. ergo laborans sanus est. in quo non ponitur terminus equivoconem in significando licet in significatione temporis eo quod laborans potest teneri pro laborante nunc vel pro laborante tunc. Et sic respondent ad rationem autem totius negando illud quod supponit. scilicet quod nisi quod sit equivoconem nisi ex multiplicitate termini equivoconem.

Similiter dicunt quidam talem deceptionem causare amphibologiam et ponunt eam in tercio modo et sic probant quia hec oratio fortes videt a finem tantum unum significat. si cum dicitur qui est irrationalis tota oratio redditur multipliciter et hoc ex diversis relatione. ergo etc. Dicitur ultra quod difficile est videre qualiter illa oratio fortes videt a finem qui est irrationalis tenet diversam punctuationem habeat diversos sensus. Et sic respondent ad rationem autem negando maiorem et probatio eius peccat penes fallaciam accidentis et consequentis ab insufficienti inductione eo quod deberet probare de quolibet modo et de omnibus individuis sub eo contentis.

Ihs tamen opinionibus dimissis pumavit datur esse probabilior et verior. Unde de relativo reciproco ponitur talis regula. Omne relativum reciprocum non possessivum semper eodem modo supponit sicut et suum antecedens ita quod si antecedens supponat personaliter ita et relativum sine discrete siue determinate siue communi et distributive. Pro quo advertendum est quod quando antecedens supponit confuse et distributive tunc relativum reciprocum quamvis supponat confuse et distributive non sic se habet confuse et distributive quod loco eius liceat ponere suum antecedens distributum aut quod possit fieri descensus copulative a parte predicati ad singularia pro quibus supponit. sed supponit distributive sigillatim ita scilicet quod antecedens et relativum reciprocum supponunt pro eisdem sed in descensu ad singularia oportet reddere singula singulis. non enim sequitur omnis homo videt se. ergo omnis homo videt omnem hominem.

nem. nec sequitur omnis homo videt se. ergo videt fortes vel platonem. guilhermum et sic de alijs. Sed debet sic inferri reddendo singula singulis. omnis homo videt se. ergo fortes videt fortes et plato videt platonem et sic de alijs.

Sciendum est tertio quod

circum predicta incidit una difficultas videtur scilicet licet illud quod dicitur est sit verum quod relativum idempnitatis substantie non supponit pro eodem in numero vel pro illo vel illis pro quo vel quibus denotatur verificari propositio in qua ponitur antecedens. Pro cuius declaratione advertendum est quod relativum idempnitatis non recipit cum quandoque tenetur pure relative. scilicet quando secum explicatur suum antecedens per modum substantivum. ut dicendo homo currit et ille homo est animal. ibi illud relativum ille est purus fincathegoremata precise habens modum significandi vel actum referendi. Alio modo accipitur relativum non pure relative sed prout simul includit actus referendi et suum antecedens. ut in hac propositione homo currit et ille movetur ibi hoc relativum ille habet actum referendi ratione cuius dicitur fincathegoremata. et per illam actum dat intelligere suum antecedens ratione cuius dicitur cathegoremata. Ideo inferunt alii quod non solum adiectiva possunt substantiari in neutro genere. sed quedam possunt substantiari in masculino vel in feminino. et dicunt quod in hac propositione homo currit et ille movetur si ille sit masculini generis tamen tenet substantivum. Et rationem assignat quia in aliquibus adiectivis facilius subintelligitur substantivum et in alijs non. in his autem in quibus facilius intelligitur substantivum illa possunt in quolibet genere substantiari sicut est in istis relativis.

Alterius advertendum est quod nullum purum fincathegoremata supponit. Patet quia nullum purum fincathegoremata aliquid significat. ergo nullum tale supponit. consequentia patet quod suppositio terminum est acceptio et pro re significata per eum. Item notatis istis secundum hanc opinionem ponuntur aliquae conclusiones

Prima est. nullum relativum idempnitatis substantie pure relative tenentem supponit. patet quia nullum purum fincathegoremata supponit. sed omne relativum idempnitatis est huiusmodi. ergo non supponit. Maior est nota et quoniam probatur quia tale relativum pure relative tenentem precise habet modum significandi. ergo non potest supponere. Ex hac conclusione patet responsio ad dubium scilicet quod nullum relativum idempnitatis substantie pure relative tenentem supponit pro illo pro quo supponit suum antecedens

patet quia nullum tale supponit. ergo nullum tale supponit pro illo pro quo supponit suum antecedens. Breviter patet ex hac conclusione et

Secunda conclusio est. relativum acceptum ut includit actum referendi et antecedens pro modo dicitur subiecti non supponit. Dicitur conclusio probant sic quod nullum aggregatum ex puro cathegoremate et fincathegoremate nisi illud sit pars subiecti aut pars predicati potest supponere sed relativum hoc modo acceptum est aggregatum ex cathegoremate et fincathegoremate. ergo non potest supponere. Nota est nota et maior patet quod in hac propositione aliquid hoc est animal. ibi hoc totum aliquid hoc pro nullo supponit et quod aggregatum ex cathegoremate et fincathegoremate. Et sic scilicet has duas conclusiones patet responsio ad dubium. scilicet ipsum negando. Sed tunc poterit aliquid quid ergo dicitur est ad eodem dicitur logicorum dicitur relativum supponere. Ad hoc respondetur quod logici nolunt habere quod relativum pure relative tenentem supponat. si volunt habere quod relativum pure relative tenentem refert suum actus pro illis vel illis suppositis scilicet talis vel tales suppositiones. ut in hac propositione hoc est animal et illud est animal. hoc relativum illud refert animal in ordine ad aliquid quod extremum. scilicet pro animalibus que sunt homines. Vel dicitur quod logici volunt quod relativum capere ut includit actus referendi actus per modum subiecti supponit. et hoc potest concedi non obstante scilicet conclusionem. Tercia conclusio et finalis. non oportet relativum idempnitatis substantie non recipere supponere precise pro illis de quibus verificatur propositio in qua ponitur suus actus. Patet quod tunc sequitur quod ista conclusio esset vera. fortes est animal si ipse est hoc. fortes movetur si ipse quiescit. consequens est falsum et contra eodem modum concipitur. ergo conclusio est vera. De hoc dubio enim per amplius videbitur inferius

Sed contra predicta arguitur.

Primo sic. De relativo grammaticali habet determinare grammaticus. ergo male dicitur quod hic determinatur de relativo grammaticali.

Secundo arguitur sic. In hac propositione ne mulier que dicitur salvanit. lignum fuit causa mortis et ipsum fuit causa vite. ibi relativum non refert idem in numero cuius suo antecedente et tamen est relativum idempnitatis substantie. ergo male dicitur est quod relativum idempnitatis substantie refert idem in numero cuius suo antecedente.

Tercio arguitur sic. hoc relativum qui est alterius rationis quando refert sortem et animal et tamen ipse est aliquid commune scilicet ens et secundum illud nomen ratio est diversa. ergo est equivoconem. Quarto arguitur sic. Loco relativi licet ponere suum antecedens ergo idem est omnis homo videt se et omnis homo videt omnem hominem.

mo videt omnem hominem.

Ad rationes. Ad primam

dicitur quod hic determinatur de relativo prout quod ipsum causatur veritas vel falsitas in oratione. in grammatica vero determinatur de eodem prout per ipsum causatur congruitas et hoc non est inconveniens quod in diversis scientijs de eodem determinetur sub diversis rationibus.

Ad secundam dicitur quod illa definitio est data de relatione personalis et non simplicis. modo in istis propositionibus est relatio simplex. Unde dicitur relatio simplex quando relativum refert idem in specie. et supponit pro eodem in specie. Sed relatio personalis est quando relativum refert idem in numero cum suo antecedente.

Ad tertiam dicitur quod quis hoc relativum qui sit alterius rationis loquendo de relationibus specialibus antecedentium non tamen loquendo de relatione in generali sumpta secundum idem nomen in quo conveniunt antecedentia.

Ad quartam dicitur negando antecedens quia hoc non est verum in relativis reciprocis saltem ponendo antecedens cuius sua dispositio quis hoc sit verum in aliquibus alijs. et de hoc inferius videbitur.

Sequitur de relativis

diversitatis. Relativum

diversitatis est quod

supponit alio ab eodem quod

refert. ut fortes currit et alius

disputat ibi hoc relativum alius

refert sortem et supponit pro

alio a sorte. et ita facit recordationem de sorte.

De relativis autem diversitatis talis datur regula.

Si relativum diversitatis addatur superiori fit inferius.

et si addatur inferiori fit superius.

verbi gratia cum dicitur aliud ab animali. ergo aliud ab homine.

ibi est locus a specie ad genus siue a parte subiecta ad suum totum videlicet in hac propositione

in hac propositione

in hac propositione

in hac propositione



## Tractatus secundus.

positōne aliud ab animali hoc  
relatiuuz diuersitatis aliud cū  
additur aiali qd est superi⁹ ad  
hominē facit ipsuz inferi⁹. ⁊ in  
hac aliud ab homine addit in  
feriori. s. homini. et ergo facit  
ipsuz superi⁹. et ergo aliud ab  
hoīe est inferi⁹ ad illud ab ho  
mine. et ideo ibi est locus a spe  
cie siue a parte subiectiua.

De relatiuis idētitatis da  
tur regula ab antiquis. Nulla  
ppositio inchoata a relatiuis i  
dētitatis hz contradictoriā. Et  
assignant talē causaz qz cuz dī  
omnis hō currit ⁊ ille disputat  
hoc relatiuū ille habet respec  
tus ad hoc antecēdēs hō pꝑo  
ter dependentiā sue relationis  
sz cū negatio aduenit propo  
sitioni inchoate a relatiuo dicē  
do sic. ille non disputat tūc ne  
gatio negat verbus qd sequit.  
et non negat respectū relatiōis  
quez habet ad antecēdēs. ergo  
negatio nō negat totū quicqd  
affirmatio affirmat. ergo nō cō  
tradicit. sz cū hoc fit in quali  
bet propositione inchoata a re  
latiuis sequit q nulla propo  
sitione inchoata a relatiuis hz con  
tradictoriaz. Sed pꝑa hoc  
obicitur. quicquid cōtingit af  
firmare contingit ⁊ negare de

quolibet supposito. sed verbus  
contingit negare de quolibet  
supposito. ergo et affirmare cō  
tingit de quolibz supposito qd  
est dictō relatiua. ergo. quelibz  
propositio inchoata a relatiuis  
habet contradictoriam. Item  
quelibet propositio siue enun  
ciatio que est vna habet cōtra  
dictoriaz. sed propositio incho  
ata a relatiuis. dum ibi non  
fit aliqua dictio equiuoca neq  
plura subiciantur neqꝑ predicē  
tur est vna propositio. ergo pro  
positio inchoata a relatiuis hz  
contradictoriam. Itē dicit an  
stoteles in primo periarmentis  
as circa affirmatiōem et nega  
tionem q vni affirmatiōi vna  
negatio est opposita. et econ  
uerso. vni negatiōi vna affir  
matōi inchoate a relatiuis ne  
gatio vna est opposita. Quod  
concedimus dicentes predictā  
regulam esse falsam. Ad ra  
tionem eoruz respondemus q  
relatiuuz comparatur ante an  
tecedens ⁊ comparatur ad ver  
bum cui subicitur. vnde cuz af  
firmatio et negatio sit oratio  
affirmatiua vel negatiua alicu  
ius de aliquo vel alicui⁹ ab ali  
quo. hoc ē pdicari de subiecto

## De relatiuis

Et ideo sicut patet per diffini  
tionem predictam affirmatiō  
nis et negatiōnis. affirmatiō ⁊  
negatiō respiciunt tantummo  
do comparationez subiecti ad  
predicatum. ergo in propositō  
ne inchoata a relatiuis tantum  
modo sumitur contradictoriuz  
per comparationez relatiui ad  
verbum cui subicitur et nō per  
comparationem relatiui ad an  
tecedens. quia ille respect⁹ nō  
est ibi pꝑoꝑter naturaz affirma  
tionis. ne cꝑoꝑter dependen  
tiam subiecti in quantum ē sub  
iectum sed pꝑoꝑter dependen  
tiam ei⁹ qd est subiectū dicen  
dum tamen est subiectum. quia  
aliud est subiectum in quantum  
subiectum. et id quod est subie  
ctum. et aliud est predicatum ⁊  
illud quod est predicatum. et sic  
quicquid affirmatur in propo  
sitione inchoata a relatiuis ne  
gatur in sua contradictoria. qz  
contradictoria istius ille dispu  
tat est ista non ille disputat ne  
gatione pꝑoꝑta relatiuis.

De relatiuis autez ydemp  
titatis non reciproco talis da  
tur regula. Omne relatiuuz y  
demptitatis non reciproci ha  
bet eandem suppositionez quā  
habet suum antecēdēs. vt cuz

dicatur omnis homo currit ille  
est fortes. hoc relatiuū ille sup  
ponit pro omni homine quia ē  
sensus omnis homo currit et il  
le est fortes. id est omnis homo  
est fortes. Dico autem non re  
ciprocum. quia cuz dicitur om  
nis homo videt se non est sen  
sus. omnis homo videt omnez  
hominem. vnde loco huius re  
latiui se non licet ponere suum  
antecēdēs. loco autem alteri  
us licet ponere.

Circa hunc textum notandum est primo q  
consequenter autor determinat de relatiuis di  
uersitatis primo diffiniens ipsuz relatiuis diuer  
sitate substantie. Et est quod supponit pro alio  
ab eo quod refert. vt cum dicitur fortes currit ⁊  
alius disputat. hoc relatiuum alius refert forte  
de quo prius fuit facta mentio et supponit pro  
alio a forte. quod patet quia loco eius non licet  
ponere suum antecēdēs. ille enim non equiva  
lent fortes currit et alius disputat. et fortes cur  
rit et fortes disputat. Non est tamen intelligēdi  
q relatiuis diuersitatis substantie nunqꝑ suppo  
nat pro eodē pro quo supponit suū antecēdēs  
Sed hoc debet intelligi quo ad verificationem  
locutionis quia pꝑoꝑta o m qua ponitur rela  
tiuum diuersitatis pro illo eodem supponit pro  
quo verificabatur propositio in qua pꝑoꝑta an  
tecedens. Et hoc patet in hac propositione demō  
stratis duobus contradictionis scilicet alterum  
istorum est falsum et reliquum est verum. ibi hoc  
relatiuum alterum supponit distributive pro v  
troqꝑ sed reddit locutionem veram pro vno. cū  
gꝑ relatiuis supponat p vno sequit q pro eodē  
supponit relatiuis diuersitatis et suū antecēdēs licet  
nō totaliter. sz qz ista pꝑoꝑta aliter istoz ē verū  
solū verificatur p vno. s. pro eo cui pꝑoꝑta ē verū  
Et alia pꝑoꝑta in qua ponitur relatiuis verificat so  
lū p eo cui pꝑoꝑta ē falsū. id ille pꝑoꝑta s quib⁹  
ponit antecēdēs ⁊ relatiuis diuersitatis nunqꝑ verificā  
tur p eodē. Et de ipsis dat autor talē regulam  
Si relatiuis diuersitatis addat supiori ⁊ inferiori  
ū supiori sit inferi⁹ ⁊ de inferiori supi⁹. Nā dñs ab  
aliali ē inferi⁹ ad hō qd ē dñs ab hōle. Et hoc dñs  
ē bōa ab inferi⁹ ad supi⁹ fortes dñt ab aliali. gꝑ  
dñt ab hōle. Sāt hīc a supiori ad inferi⁹ negatiue  
7. ij.

Tractatus secundus.

Sortes non differt ab homine. ergo non differt ab animali. Et huius regule ratio est quia relatiuis diuersitatis includit negationem. ergo per ad ditionem eius ad superius de superiori fit inferius et e contra. Et patet sic quia negatio addita superiori plura negat quae additur inferiori. sed quia plura negantur plura remanent de quibus talis terminus negatur debet affirmari. g. et c.

Deinde autor recitat unam regulam datam ab antiquis de relatiuis in communem que est ista nulla propositio incipiens a relatiuo habet contradictionem. Quia improbat tribus rationibus in textu. Prima est quicquid conuenit affirmare contingit et negare. h. contingit affirmare verum de termino relatiuo. g. contingit idem negari de eodem et sic propositio incipiens a relatiuo potest habere contradictionem. Alie due rationes patent in textu.

Sciendum est secundo quod

circa ea que dicta sunt incidit una difficultas qua liter. i. debeat dari contradictio in propositibus in quibus ponitur terminus relatiuus quoniam relatiuum et ante sunt in eadem categoria. ut hic sortes qui currit disputat. De hac aliter difficultas sunt duo modi dicendi. Unus est quod debet dari contradictio ponendo negationem inter duo verba. et sic contradictoria sunt sortes qui currit disputat est ista sortes qui currit non disputat. Sed iste modus reprobat quia quicquid affirmatur in affirmativa debet negari in negativa sibi contradictoria. h. in illa affirmativa sortes currit qui disputat affirmantur duo de sorte. i. currere et disputare. g. illa duo debent negari in negativa sibi contradictoria. h. hoc non potest esse negatione positam in medio propositus eo quod negatio nihil negat quod sit dictum ante se. g. et c. Alius modus dicendi talis est quod contradictorium debet dari et in subiectis propositibus proponendo negationem toti propositi ut sortes currit qui disputat. in contradictione est hec non sortes currit qui disputat. Et equiualeat hanc disimulasse sortes non currit vel sortes non disputat. Pila quo equiualeat hanc copulatiue affirmatiue sortes currit et sortes disputat. Et iste modus est verior. Et iuxta hanc rationem eodem modo est verum dare contradictores quod toti propositi preponere negationem. Ex quo satis patet quod iste propositus chimera que currit non mouetur. antequam qui sunt non disputat sunt false. Nec contradicunt illis chimera que currit mouetur. antequam qui sunt disputat cum omnes sint false.

Sciendum est tertio quod

inter autor dat aliam regulam de relatiuis id est substantie que talis est. Omne relatiuum id est substantie non recipiendi habet eandem suppositionem sicut sui ante. Et tunc notatur non recipiendi quod ut patet dictus quod ante habet suppositionem confusam et distributam nam relatiuum recipiendi habet suppositionem confusam et distributam.

lata et ita omnimode non habet eandem suppositionem. Et quo autor infert obiam inter relatiuum recipiendi et non recipiendi quod loco relatiui non recipiendi licet ponere sui ante. non autem loco relatiui recipiendi. id est cum est dicere omne habet currit et ille est sortes ac si diceret omne habet currit et omne habet est sortes. non autem est idem dicere omne habet videt se et omne habet videt omnes homines. Sed circa predicta omnia aliam difficultatem videtur. scilicet relatiuum eodem modo supponat sicut sui ante. Ad quod respondet quod non. patet primo de relatiuis accipiuntur. sicut de relatiuis diuersitatis quod non supponit eodem modo sicut substantie huiusmodi ipsorum secundum varietatem sine categoriam aut aliam dictionem eis adiectam. ut si dicitur conuenit et niger et quilibet ethiops et talis. hic habet currit et nihil aliud ab ipse currit. patet etiam de relatiuo id est substantie recipiendi et eius possessiuo. ut hoc equitat omni sui equis. Sed de relatiuo substantie non recipiendi est maior difficultas. et de ipso sunt duo modi dicendi. Primus modus est quod relatiuum id est substantie non recipiendi aliquibus casibus supponit alter quod supponat sui ante. puta si relatiuum supponat personaliter et sui ante materialiter. ut hic alal et trisyllabi et illud non est bisyllabi. Secundus modus est quod ante supponit eodem relatiuo supponit discrete. ut hic habet est sortes et ille est risibilis. hic hoc nomen ille supponit discrete. quod sensus est ille habet qui est sortes et risibilis. Terminus modus est quod ante supponit confusam et distributam et relatiuum supponit singulariter. ut hic omne habet est mer. non tamen sequitur. g. omne habet est sortes et omne habet est plato et plato. et sic de alijs. Ex quibus patet quod secundum hunc modum dicendi non est eadem suppositio relatiui et ante. Sed quia hic modus non placet id dicendum est aliter et magis ad intentionem autoris. scilicet quod relatiuum id est substantie habet eandem suppositionem cum suo ante quoad suppositionem simplicem et confusam. sic quod si ante habet suppositionem simplicem sic et relatiuum. Si vero habet suppositionem confusam sic et relatiuum. Et intelligitur de suppositione confusa et distributa. Ex quo potest haberi solutio istarum duarum difficultatum. Quarum prima est verum relatiuum id est substantie non recipiendi possit distribui antecedente non distributo. Secunda est verum relatiuum possit ampliari vel restringi antecedente non ampliato vel restricto. Ad quas duas difficultates respondetur quod non. Sequitur etiam quod iste due sunt simul vere. aliquis homo est risibilis et sortes est ille. aliquis homo est risibilis et plato non est ille. Neque due vitime partes contradicunt. In nulla enim earum habet relatiuum distributum. Quod patet sic quia relatiuum non habet suppositionem nisi a suo antecedente. ergo siue addatur relatiuo negatio siue non nihilominus supponit semper suppositionem sui ante.

De relatiuis

Sed contra predicta ar

guntur. Primo sic. In non entibus non sunt genera aut species. h. non alal et non habet sunt non entia. g. vult non est genus alteri quod est contra regulam de relatiuis diuersitatis. Secundo arguitur sic. Quicquid affirmatur in affirmativa debet negari in negativa sibi contradictoria. h. negatio non potest negare respectu que habet relatiuum ad sui ante. ergo propositio incipiens a relatiuo non habet contradictionem.

Tercio arguitur sic. In hac propositio habet currit et ille est species hoc relatiuum ille supponit simpliciter et tamen antecedens est suppositio personaliter. g. non oportet relatiuum eodem modo supponere sicut sui ante. minor patet quod huiusmodi adiungitur illa scilicet intentio speciei denotans illud subiectum supponere simpliciter iuxta illas regulas. talia sunt subiecta qualia permittuntur a suis predicatis.

Quarto arguitur sic. In hac propositio habet currit et ille disputat hoc relatiuum ille supponit discrete. et tamen sui ante supponit determinate. g. non oportet relatiuum et sui ante eodem modo supponere. maior patet quod illud relatiuum alie est subiectum propositionis singularis. ergo et c.

Ad rationes. Ad primam

dicatur quod quoniam in non entibus non sunt vera genera et vere species. tamen bene reperiuntur genera et species secundum modum huiusmodi que se habent per modum superiorum et inferiorum. Ad secundam tamen quod dupliciter aliqua possunt affirmari de aliquo. quedam enim affirmantur de aliquo subiecto ut est subiectum et sic affirmantur mediante copula et de illis habet maior veritatem. Alie sunt que affirmantur de subiecto non secundum quod est subiectum sed quantum ad id quod significatur per subiectum et illa non affirmantur mediante aliquo verbo. et de illis negatur maior. Respectu autem affirmatur de subiecto secundum quod est relatiuum aut secundum quod ipse conuenit rei significate per subiectum et non secundum quod est subiectum. Nec affirmatur ille respectus mediante copula aliqua. et ideo quia affirmatio et negatio solus respiciunt compositiones predicati cum subiecto que significantur per verbum ideo in negativa debet solus negari id quod mediante aliquo verbo affirmabatur in affirmativa. Ad tertiam negatur minor quia sicut virtute negationis precedentis relatiuum non mutat suppositionem quas habet ab ante. ita etiam non mutat virtute alicuius adiuncti suppositionem antecedentis nisi prius fiat mutatio circa suum antecedens. ideo sicut antecedens supponit personaliter ita et relatiuum et propositio est falsa. Ad quartam negatur quod illud sit subiectum propositionis singularis. vbi hec dictio ille et similes possunt capi dupliciter. Uno modo demonstratiue et sic faciunt propositiones singulares. Alio modo relatiue et sic faciunt propositiones vbi et aliqui singulares sicut exigit suum antecedens

abito de relatiuo substantie dicendum est de relatiuo accidentis. Relatiuum autem accidentis est quod refert eandem rem per modum denominationis. ut tale quale. et c. Unde hec est differentia relatiui substantie ad relatiuum accidentis. quia relatiuum substantie refert rem vniuersalem per modum quod quid est. ut albedo que est in pariete. color qui est in corpore. Relatiuum autem accidentis est quod refert rem suam per modum denominationis. ut sortes est albus et talis est plato. Alia autem differentia datur eorum quia relatiuum substantie refert idem in numero. Relatiuum vero accidentis refert idem in specie. ut sortes est albus et talis est plato. quia idem in numero non potest esse in diuersis subiectis sed bene idem in specie. Relatiuum autem accidentis aliud est relatiuum id est substantie. ut talis. Aliud vero diuersitatis. ut alter. Relatiuum accidentis id est substantie est quod refert eandem qualitatem in specie et supponit per eadem in specie. ut sortes est albus et talis est plato. Relatiuum autem accidentis diuersitatis est quod refert eandem qualitatem in specie. sed supponit per alia diuisa in specie ut sortes est albus et alteri modo est plato.

M. D. L. V. L. D. 2

## Tractatus secundus.

Differt autem relatiuum substantie ydemptitatis a relatiuis accidentium ydemptitatis quia relatiuum ydemptitatis substantie refert eandem substantiam in numero. relatiuum autem ydemptitatis accidentis non refert idem accidens in numero sed solum idem accidens in specie. Relatiuorum ydemptitatis accidentis aliud est relatiuum quantitatis continue vt tantus. Aliud vero quantitatis discrete. vt tot quot. Item relatiuorum numeroz quedam sunt nomina. vt totidem. quedam sunt aduerbia. vt totiens. Sciendum qd talis. tantus. tot. totiens. totides posunt dici relatiua redditua et demonstratiua. Relatiua vt si ad presentes referantur. Demonstratiua vt cum dicimus demonstrando mare tale est rubrum. demonstrando hercules talis fuit plato. Si autem non referentes siue per demonstrationem rerum presentium tunc sunt redditua. quia reddunt in interrogatoe precedente. vt qualis est plato talis est sortes. Relatiua quando sine interrogatoe preferuntur. vt talis est sortes qualis est plato. Et qua

do ad nomina adiectiua dicuntur specialium accidentium. vt ethiops est niger et talis est coruus. et sortes est albus et talis fuit plato.

Circa hunc textum notandum est primo qd relatiuum accidentis est quod refert res sua per modum denominationis. Unde refert res suam per modum denominationis est eam referre per modum alteri adiectiuo. Cum enim dicitur sortes est albus et talis est plato. hoc relatiuum talis refert illud antecedens albus et denotat platonem album. Et quo sequitur primo qd non dicitur relatiuum accidentis quia refert rem de genere accidentis sed quia refert rem significatam per modum denominationis scilicet adiectiuo. Secundo sequitur qd relatiuum accidentis potest referre rem de genere substantie. vt dicendo sortes est humanus et talis est plato. Res enim de predicamento substantie potest significari per modum denominationis quando adiectiuo significatur. Et per hoc differt relatiuum accidentis a relatiuo substantie quia relatiua substantie referunt rem suam per modum per se substantie et non alteri impertentis. Relatiua vero accidentis referunt rem suam per modum denominationis.

Et dicitur sic relatiuum accidentis quia aliud est relatiuum ydemptitatis. vt talis qualis aliud est relatiuum diuersitatis. vt alter reliquus et sic de alijs. Unde relatiuum accidentis ydemptitatis est quod refert idem in specie cum suo antecedente et pro eodem supponit. Et dicitur notanter idem in specie et non in numero qd relatiuum ydemptitatis accidentis significat aliqua plura habere idem accidens. sed idem accidens in numero non potest esse in diuersis substantiis ideo relatiuum ydemptitatis accidentis non refert aut supponit pro eodem in numero sed pro eodem in specie. Et per hoc patet differentia inter relatiuum ydemptitatis substantie quod refert suum antecedens et supponit pro eodem in numero. et relatiuum ydemptitatis accidentis quod refert et supponit pro eodem in specie. Sed relatiuum diuersitatis accidentis est quod refert idem accidens in specie cum suo antecedente sed supponit pro alio in specie vt sortes est albus et alterius modi est plato. Item eius enim est sortes habet albedinem et illam non habet plato sed aliam qualitatem. Differunt enim relatiui diuersitatis accidentis et relatiui diuersitatis substantie qd relatiui diuersitatis substantie aliqui supponit pro alio in specie et aliqui non. Relatiui diuersitatis accidentis semper supponit pro alio

## De relatiuis.

in specie a suo ante. Deinde dicitur autor relatiuum ydemptitatis accipit. qd aliud est quod dicitur talis. vt quod est. et aliud est qualitas. vt talis qualis. Et capitur quantitas et qualitas pro eo qd significat per modum qualitatis aut quantitatis. Item dicitur relatiuum ydemptitatis quod dicitur qd aliud est quod dicitur continue et aliud est quod dicitur discrete. Item subdividitur qd quedam sunt nota. vt tot quot. alia sunt aduerbia vt totiens quotiens. Et sequenter autor in fine huius tractatus ponit vna notabile. scilicet qd relatiua ydemptitatis accipit aliqui sunt relatiua simpliciter. aliqui sunt demonstratiua. aliqui redditua. Cuius demonstratiua dicuntur inquantum significant aliquid quod rem esse talis vel qualis vel quantitas vel quanta est res demonstrata. vt si demonstratur sortes dicitur talis est plato. talis est iohannes tantus est henricus. et quicquid demonstratur pro parte significat vt presens et existens. Si redditua sunt quia ipsa respondent ad interrogatoes prece dentes. vt si queratur qualis est sortes et respondetur talis qualis est plato. Cui vero sine interrogatoe et demonstratur ponunt tunc sunt relatiua vt si dicitur talis est sortes qualis est plato. Et etiam qui referunt ad nota accipit. vt cum dicitur ethiops est niger et talis est plato.

### Sciendum est secundo qd

circa materia relatiuorum restant aliquae difficultates soluede. Prima est vtrum relatiuis pueniat supponere. Et videtur qd non qd relatiua sunt quedam siue categorumata. qd non supponunt. Item relatiua sunt adiectiua. si adiectiua non supponunt vt patet per diuersitates suppositiois. qd et. Ad difficultatem soluet dupliciter responderi. Uno modo qd relatiuis relatiue tenentur non supponit. Et est arguitur logica dicit qd relatiuis supponit. qd et. Respondetur qd logici solus voluit hoc habere qd relatiuis relatiue tenentur refert suum antecedens pro isto vt illo aut scdm tale aut tale suppositiois non tunc ita qd supponat. Alter responderi qd relatiuis dicitur accipit. Uno modo vt tenentur pure relatiue. scilicet quia exprimitur suum antecedens cum ipso. vt cum dicitur currus et ipse hoc disputat. et sic est purum syncategoremata sicut sunt signa vna aut particularia. et hoc modo relatiuis non supponit. Alio modo accipit non pure relatiue. scilicet prout includit actus referendi et suum antecedens tanquam relatiuis. et hoc modo non est purum syncategoremata et sic potest supponere. Et de hoc modo sumi qui non exprimit suum antecedens per modum substantiuum. vt hic hoc currus et ille mouetur et hoc potest responderi ad illud quod obiebat

### Sciendum est tercio qd

est alia difficultas videlicet vtrum omne relatiuis supponat precise pro eis vel eodem sicut suum antecedens vel vtrum supponat tunc pro eo pro quo locutio sui

antecedentis reddat vel denotat reddi vera.

Ad quod breuiter respondetur de relatiuis accidentis et de relatiuis substantie diuersitatis et de reciprois qd non. Sed de relatiuis ydemptitatis sube non reciproci sunt duo modi dicendi. Primum stat in his tribus propositionibus. Primum est non oportet relatiuis ydemptitatis substantie non reciproci cum in propositione condicionali precise supponere pro illo vel illis pro quo vel quibus verificatur ille propositio in qua ponitur suum antecedens vel qd denotatur supponere pro illis pro quibus denotatur verificari propositio in qua ponitur suum antecedens. Secundo est. relatiuis ydemptitatis substantie non reciproci in propositione disiunctiva non solum supponit pro illo vel illis pro quo vel quibus verificatur propositio sui antecedens. sed supponit etiam pro illo pro quo supponit suum antecedens si ipsum supponat. Tercia est. relatiuis ydemptitatis substantie non reciproci in propositione copulativa supponit solum pro illo pro quo verificatur vel denotatur propositio sui antecedens verificari.

Alius modus dicendi est qd relatiuis ydemptitatis substantie non reciproci in quacumque propositione ponat supponit precise pro illo pro quo propositio in qua ponit suum antecedens verificatur aut denotatur verificari. Probatur sic qd si relatiuis supponit pro oibus illis pro quibus supponit suum antecedens. tunc iste propositioes essent vere alia est hoc et illud est affirmatiue. aliquod ens est album et illud est nigrum. alia est sortes et plato illud et multae alie que sunt manifeste false. Nec potest tunc maior assignari ratio de propositione copulatiua qd de alijs. Ideo relatiuis ydemptitatis substantie non reciproci in quacumque propositione ponat supponit precise pro eo pro quo suppositio sui antecedens verificatur aut denotatur verificari.

Alia difficultas est vtrum loco cuiuslibet relatiui licet ponere suum antecedens. Ad quam respondetur de relatiuis accidentis diuersitatis substantie et non reciproci qd non. Sed de relatiuis ydemptitatis substantie non reciproci qd primo qd si antecedens sit terminus cuius indefinitus aut particulariter sumptus tunc loco relatiui non licet ponere suum antecedens. Non enim est idem dicere alia est homo et illud est animal. et dicere animal est homo et animal est animal. quia prima est falsa et secunda vera. Secundo dicitur qd si ante relatiuum ponatur negatio et antecedens supponat determinate tunc loco relatiui non licet ponere suum antecedens quia non est idem dicere sortes est animal et plato non est illud. et dicere sortes est animal et plato non est animal. Tercio dicitur qd si antecedens sit terminus singularis supponens materiam tunc loco relatiui non licet ponere suum antecedens. Quia non est idem dicere sortes est dictio dissillaba et ille est animal. et dicere sortes est dictio dissillaba et sortes est animal. Quarto dicitur qd loco relatiui ydemptitatis

## Tractatus tercius

entis substantie nō recipi licet ponere suū  
concordens si ipsum sit terminus singularis nō  
supponens materialiter. aut etiā si sit terminus cō  
muniū distributionis. Et per hoc patet respectu  
ad questum.

### Sed contra predicta ar

guit. Solo sic. relatiū accitū pōt referre res de  
gē substantie et tū in substantia nō est denotatiō  
gē nō sō refert rē p modū denotatiōis. Scō  
sic arguit. ascēdens relatiū accitū nō sup  
ponit sō copulat cū sit adiectiuū. gē male tū q re  
latiuū diuersitatis a cōstitū refert idē in specie cū  
suo ante r q supponit p alio l spē a suo ante. Et  
nō q si ū supponit ū supponit p alio ab ante.

Tercio arguitur sic. bñ dicim⁹ tūta est illa  
sillaba quāta est illa. gē predicatum pōt referre  
quantitatē discretā. Tenet nō q sillaba ē quā  
tas discreta. Quarto arguitur sic. In hac  
propōe comus est niger et talis est iste ethiops  
hoc relatiū talis nō supponit pro eodē in spē  
cū suo ante. gē nō semper relatiū idēmpneitatis  
accitū supponit pro eodē in specie cū suo  
ante. Aliis p q talis ibi supponit pro nigredie  
r nigrū supponit pro comū.

### Ad rationes. Ad primā

th q Quis in substantia nō sit vera denotatiō. nō  
pōt esse aliquid se hēns per modū denotatiōis  
vt cū substantia significatur adiectiue. Ad  
scōm tū q nō accipit hic suppositio specialiter  
prout se extendit ad copulationē. Vel tū q illud  
adiectiuū accipit pro eodē cū suo substantiue.  
ratōe cuius dicitur supponere. Ad terciā  
th q Quantū et cōstitū non reperitur in sillaba  
aut oratiōe scōm se sed solum ratione temporis  
mensurantis sillabā in quo tempore ipsa infer  
tur. Ad quartā dicitur q illud relatiū  
talitatis supponit pro eodē in specie cum suo an  
tecedente. id est supponit pro aliquo habente eā  
dem formam cum forma que importatur per an  
tecedens. Vel dicitur q hoc relatiū talitatis sup  
ponit pro nigredine quia sensus est ethiops est  
talitatis id est ethiops habet talē qualitatem et ibi  
qualitas supponit pro nigredine. Et hoc de sup  
positionibus terminorum relatiuorum dicta sūt  
fiant.

### Sequitur tercius tractatus.

**P**ersonalis suppo  
sitiō est acceptio  
termini communis  
pro suis inferiori  
bus. Cuius alia est determina  
ta alia confusa vt prius patuit

Item personalis supposi  
tionis alia est restricta alia am  
pliata. et ita ampliatio r restri  
ctio habent fieri circa supposi  
tionem personalez. Restri  
ctio est coartatio termini com  
munis a maiori suppositione  
ad minorem. vt cum dicitur ho  
mo albus currit. hoc adiectiuū  
albus restringit hominem ad  
supponendum tantum pro al  
bis.

Ampliatio est extensio  
termini cōmunis a minori sup  
positione ad maiorem. vt cum  
dicitur homo potest esse anti  
christus. iste terminus homo nō  
supponit solū pro his qui sunt  
sed etia3 pro his qui erunt. vñ  
de ampliatur ad futuros. Di  
co autēz terminus cōis q2 termi  
nus singularis vt sortes. nō apli  
atur neq3 restringitur. Am  
pliationum alia fit per verbus  
vt per hoc verbum potest. vt  
homo potest esse antichristus.  
Alia fit per nomen. vt hominē  
antichristum esse est possibile.  
Alia per participiū. vt homo

## De ampliatiōe.

potēs est esse animal. Alia per  
aduerbiū. vt homo necessario  
est animal. homo enim non so  
lum ampliatur pro presenti tē  
pore sed etiam pro futuro. et i  
deo sequitur alia diuisio am  
pliationis. scilicet q ampliatiō  
num alia fit respectu supposi  
torū. vt hō pōt esse antichristus  
Alia fit respectu temporum. vt  
homo necessario est animal vt  
dictum est.

Iste est tercius tractatus partium logica  
lū petri hyspani in quo ipse determinat de qua  
dam passione terminorum que dicitur ampliatio.  
Et quia ampliatio solum habet fieri circa termi  
num supponentes personaliter. ideo resumat dif  
finitionem suppositionis personalis et eius di  
uisionem. Sed quia de his satis determinatum  
est superius ideo consequenter ponit diuisiones  
aliam que talis est. Suppositionum personalium  
alia est restricta et alia est ampliata. Ex quo  
sequitur q cum illa diuisio sit sufficiens q am  
pliatio et restrictio habet tantum fieri circa sup  
positionem personalem. Quia autem non possit fie  
ri circa suppositōes naturales probatur sic. Quia  
terminus supponens naturaliter semper tenet pro of  
bus suis suppositis tam presentibus pteritis  
q futuris. nec ipso sic supponente potest pro plu  
ribus aut paucioribus sumi. ergo terminus sic  
supponens non potest ampliari aut restringi.  
Probatur quia omnis terminus qui ampliatur  
aut restringitur tenetur pro suppositis. sed ter  
minus supponens simpliciter non tenetur pro  
suppositis. ergo non potest ampliari aut restrin  
gi. Secundo sic probatur terminus supponens  
simpliciter tenetur pro se significato seu na  
tura in communi secundum se et absolute. ergo  
non potest ampliari aut restringi.

### Sciendum est primo q

Quis in hoc tractatu nō determinatur de restric  
tione. tamen quia ampliatio et restrictio sunt op  
posita ideo antea diffinit restrictiones vt magis  
appareat quid sit ampliatio. Unde restric  
tio est coartatio termini communis a maiori sup  
positione ad minorem. Et hanc diffinitionē  
declaratio postea ponetur. Sed ampliatio  
est extensio termini cōis a minori suppositōe ad

maiorē. Et ponit extensio loco gūis. Et th termini  
cōis ad differentia terminū discreti qui nec apli  
atur nec restringitur quoad supposita. Et dicitur  
a minori suppositione ad maiorem ad differen  
tiam restrictionis que est coartatio termini com  
munis a suppositione maiori ad minorem. Unde  
de hac propositione omnis homo currit. ho  
mo semper supponit pro omnibus hominibus  
sive albis sive nigris aut medio colore colorat  
Cum vero dicitur omnis homo albus currit. re  
stringitur suppositio illius termini homo ad sū  
dam pro albis tantum. Et si dicatur homo cur  
rit tunc ampliatur quia prius tenebatur pro pre  
sentibus tantum. nunc autem tenetur pro pres  
entibus et futuris. Ex quo satis patet q ā  
pliatio et restrictio insequuntur significationes  
terminorum et nō nisi prius insequatur suppo  
sitiō quia sunt passionēs subordinate que inueni  
untur eadem subiecto.

### Sciendum est secundo q

ex predictis oriuntur aliquę difficultates. Prima  
est vtrū possibile sit terminus ampliari vel restrin  
gi. Ad quā breuiter respondetur q sic. Quia patet  
q terminus ampliari vel restringi nō aliquid ē q  
ipsum accipit pro pluribus aut paucioribus suppo  
sitis aut in ordine ad plures differentias tps sō  
terminus pōt sic accipi vt de se notū est. ergo pōt  
ampliari vel restringi. Scō difficultas est vtrū  
ois terminus possit ampliari vel restringi. Ad quā  
cōter solet responderi q nō eo q terminus sin  
gularis non pōt restringi vt patet per diffinitio  
nes ampliatiōis et restrictionis. Potest nō dici q a  
liquis terminus potest ampliari dupl. Uno nō  
quo ad supposita. Alio modo quo ad tpa. Vñ  
terminus dicitur ampliari quo ad supposita q  
tenetur pro pluribus suppositis q si sine dicio  
ne ampliante poneret. Ampliatur vero quo ad  
tempus quando talis terminus supponit in or  
dine ad plures differentias tps q in alio p  
positione vbi non ponitur terminus ampliatus  
quo ad supposita. Et sic patet q Quis terminus  
singularis non possit ampliari quo ad supposi  
ta eo q non habet supposita tamen potest am  
plari quo ad tempus. Unde si dicatur antichristus  
est in hac propositione antichristus tenet pro eo qd  
est. Sed si dicatur antichristus erit vel generabitur.  
in illis propositionibus antichristus tenetur disunc  
tue pro eo quod est vel erit. Et de hac suppositi  
one ampliata quo ad tempus vel restricta nō fa  
cit autō mentionem diffiniendo ampliatiōem  
vel restrictionem. sed solum de illa que est respe  
ctu suppositorum vt patet per diffinitōes de ip  
sis datas. tamen est ad propositum de vtraq.

Et si quis querat vnde habet terminus q  
ampliatur vel ab intellectu aut a dictione apli  
ante. Ad hoc respondetur q cum ampliatio sit



## Tractatus tercius

passio termini personaliter supponens dicitur  
illa subiecti per eius rationem formalem. quia  
passio necessario inest subiecto cum hoc tamen  
bene fiat quod ampliatio non habet esse omni ope-  
re intellectus circumscripto. cuius sit relatio ratio-  
nis. et tamen necessario habet habitudinem ad  
subiectum suum sic quod hoc est necessaria terminus  
supponens est ampliabilis aut restringibilis.

### Sciendum est tercius quod

consequenter autem ponit distinctiones ampliatio-  
nis. Quarum prima est ampliatio alia fit per  
verbum ut cum dicitur homo potest esse animal  
alia fit per participium. ut homo est generandus  
alia fit per nomen. alia per aduerbium. Secun-  
da est ampliatio alia est respectu temporis.  
alia est respectu suppositorum. Sed illa dicitur  
ampliare terminum respectu suppositorum que  
faciunt terminum teneri tam pro supposito est  
sistentibus quam non existentibus sicut sunt hec ver-  
ba oppinatur intelligitur et. Similiter hec no-  
mina possibile impossibile. et hec participia. pos-  
tens contingens. et hec aduerbia potenter possi-  
biliter contingenter et sic de alijs. Alia vero dicitur  
ampliare respectu temporis que faciunt ter-  
minum extendi ad plures differentias temporis  
quod prius extendebat. ut si dicitur homo necessa-  
rio currit. ibi denotatur quod hoc predicatus currit  
inest homini pro qualibet differentia temporis.

Unde duplices sunt dictiones ampliatiue  
quedam sunt ampliatiue ex se quibus scilicet ex  
impositione data est virtus ampliandi. ut sunt  
possibile potens et similes. Alie sunt ampliatiue  
neper alterum et sunt ille quibus ab impositio-  
ne non est data virtus ampliandi sed ad hoc ut  
amplient oportet eis addere aliquid habens vir-  
tutem ampliandi. ut patet de hoc verbo est quod  
de se non habet virtutem ampliandi. sed si dica-  
tur homo est necessario vel contingenter. ratio de  
illius adiuncti habet virtutem ampliandi.

### Sed contra predicta ar-

guitur. Primo sic. extensio et coartatio sunt qua-  
ritates sed ampliatio et restrictio non sunt qua-  
ritates. ergo male dicitur quod ampliatio est extensio  
et restrictio est coartatio. Secundo arguitur  
sic. terminus supponens respectu verbi presenti  
temporis accipitur pro omnibus suis supposito  
ut homo potest esse albus. ergo cum accipitur  
respectu cuiuslibet temporis huius verbi potest  
non potest accipi pro pluribus est terminus non  
possit accipi nisi pro suis suppositis. Tercio  
arguitur sic. iste terminus homo per se simp-  
liter supponit naturaliter et tamen potest ampli-  
ari ut dicendo homo generabitur et similiter po-  
test restringi ut dicendo homo albus. ergo termi-  
nus supponens naturaliter potest ampliari et re-

stringi. Quarto arguitur sic. in hac propo-  
sitione omnis homo necessario est animal. et am-  
pliatio suppositorum et temporum. ergo item  
hanc distinctionem coincidunt. antecedens patet quod  
homo accipitur pro omnibus suis suppositis.  
et respectu cuiuslibet differentie temporis.

### Ad rationes. Ad primam

dicitur quod non capiuntur hic extensio et coarta-  
tio proprie secundum quod sunt quantitates sed si-  
militer secundum quod est ibi modus quan-  
tatis. Ad secundam dicitur quod quis termi-  
nus supponens respectu verbi de presenti sup-  
ponat pro omnibus suis suppositis non tamen  
reddatur locutus vera pro omnibus sed solum pro  
presentibus. Vel dicitur quod quis talis terminus  
supponens respectu verbi de preterito accipiat  
pro omnibus suis suppositis in essendo non ta-  
men in significando. Unde supposita in essendo  
dicuntur illa que actualiter formam termini con-  
munit participant de quibus verificatur medi-  
ante copula de presenti non ampliata. Sed sup-  
posita in significando dicuntur illa. que per se  
continentur sub significato termini communis  
sive sint existentia sive non. Ad tertiam di-  
citur quod terminus supponens naturaliter per im-  
positionem suppositorum sive potest ampliari vel  
restringi. non tamen suppositione eius perma-  
nente. Et similiter dicitur de termino supponen-  
te simpliciter. Ad quartam dicitur quod licet  
ampliatio suppositorum et temporum coincida-  
t in eodem subiecto. non tamen formaliter uno  
sub diversis rationibus formalibus ampliatur  
quo ad supposita et tempora.

Circa predicta queritur de  
hoc sophismate. Impossibile  
potest esse verum. Probatur  
quia illud quod est vel erit im-  
possibile potest esse verum. sed  
antichristum non fuisse post te-  
pus suum est impossibile. et mo-  
do potest esse possibile et verum  
ergo impossibile potest esse ve-  
rum. Contra. Quicquid potest  
esse verum est possibile. sed im-  
possibile potest esse verum. er-  
go impossibile est possibile. in

## De ampliatiōe.

tercio modo prime figure. sed  
conclusio est falsa. ergo aliqua  
premissarum. non maior. ergo  
minor. sed hec est prima. ergo  
prima est falsa. Solutio. prima  
simpliciter est falsa. hec scilicet  
impossibile potest esse verum.  
et sophisma peccat contra fal-  
laciā accidentis quia cuius di-  
co id quod est vel erit impossi-  
bile. uno dico scilicet subiectus  
illius impossibilitatis. et illam  
impossibilitatem sive ipsius pos-  
sibile. sed illud quod est vel erit  
est res subiecta et impossibile ac-  
cidit ei et posse esse verum affig-  
natur inesse utriusque. sicut hec an-  
tichristum non fuisse erit possi-  
bile sed antichristus non fuisse  
potest esse verum. ergo impossi-  
bile potest esse verum. non va-  
let. quia antichristum non fuis-  
se est res subiecta. et impossi-  
bile est accidens. et posse esse ve-  
rum assignatur inesse utriusque.

De ampliatiōe que fit ra-  
tione suppositorum talis da-  
tur regula. Terminus commu-  
nis supponens verbo habenti  
vim ampliandi a se vel ab alio  
ampliatur ad ea que possunt  
esse sub forma termini suppo-  
nentis. ut homo potest esse ani-  
mal. hic iste terminus homo non

solum supponit pro presentibus  
sed etiam ampliatur ad omnes  
qui erunt. Dico autem de se quod  
hoc verbum potest de se habere  
vim ampliandi. Dico autem ab  
alio quia hoc participium po-  
tens et hoc nomen possibile dāt  
virtutem ampliandi verbo cui  
adiunguntur. ut homo est po-  
tens esse animal. vel animal pos-  
sibile est esse album. et sic de alijs.  
De ampliatiōe autem  
que fuit ratione temporis talis  
datur regula. Terminus com-  
munis supponens vel apponens  
verbo habentivim ampliandi  
quo ad tempus supponit pro  
his qui sunt qui erunt vel qui fu-  
erunt. ut homo necessario est a-  
nimal. ibi tam homo quam animal  
tenetur pro his qui sunt et qui  
erunt. Et hec de ampliatiō-  
nibus dicta sufficiant.

Circa hunc textum notandum est primo quod  
ad declarationem predictorum autem monet hoc  
sophisma. Impossibile potest esse verum. Quod  
sophisma probatur sic. id quod est vel erit impossi-  
bile potest esse verum. ergo impossibile potest esse  
verum. antecedens patet quia sortem non fuisse  
rome potest esse verum cuius de facto ita sit si non  
fuerit. sed sortem fuisse rome est vel erit impossi-  
bile. si postquam fuerit rome. ergo quod est vel erit  
impossibile potest esse verum. Et prima dicitur patet  
locus ab equalenti ad equalis. Improbatur sic  
autem. quicquid potest esse verum est possibile. impos-  
sibile potest esse verum. ergo impossibile est possibile. quod  
est falsa. ergo aliqua premissarum. non maior. ergo minor  
que est sophisma ergo sophisma est falsum.

Ad hoc enim multipliciter potest responderi. dicitur  
enim aliqui quod duplex est impossibile. scilicet impossi-  
bile per se. et impossibile per accidens. Impossibile sim-  
pliciter per se est quod non potest esse nec potuit nec

Tractatus tercius

De ampliacione.

poterit esse verum vt deum non esse. Sed impos-
sibile secundum quid et per accidens dicitur qd
nec potest nec poterit esse verum qm aliquan-
do potuit non fuisse verum. vt alique non fuis-
se parisius postq fuit. Dicit ergo ad sophisma
q si intelligatur de impossibili per se sophisma
est falsum. si vero intelligatur de impossibili per
accidens tunc est verum. Sed tamen hec so-
lutio improbat quia illud est simpliciter impos-
sibile ad quod nulla potentia se extēdit. sed per
nullam potentiam potest fieri q aliquis non fu-
erit parisius postq fuit. ergo alique non fuisse
parisius est simpliciter impossibile. Secundo sic
ad preteritum nulla est potentia. ergo omne illud
est simpliciter impossibile quod nec est nec pot-
est esse verum. Et ad istas rationes forte responde-
rent q rationes bene concludunt hanc proposi-
tionem aliquis non fuit parisius postq ipse fuit
esse simpliciter impossibilem sed non per se.

Alij vero solunt hoc sophisma per distinc-
tionem eo q potest accipi in sensu diuiso vel in
sensu composito. Si enim accipiatur in sensu cō-
posito sic sophisma est falsum quia sensus est q
illa propositio est possibilis falsum est verum.
Si autem sumatur in sensu diuiso tunc est verum
et est sensus demonstrato aliquo q est vel erit
possibile hoc potest esse verum vel hec propositio
est possibilis hoc est verum. Et illi qui sic soluit
concederent istas propositiones esse veras calidus
distans potest esse calidus. Similiter cecus po-
test esse videns. Meretrix potest esse virgo. Senex
potest esse puer. et de similibus. quia id quod po-
test esse calidissimum est vel potest esse calidus
et similiter quod est vel potest esse meretrix potest
esse virgo et sic de alijs. Et si insistat q nō sunt
possibiles quia possibilis positio in esse nullum se-
quitur impossibile. Sed si tales ponuntur in esse
sequitur impossibile. ergo non sunt possibiles.
Minor patet quia si ponuntur in esse impossibi-
le est possibile. calidissimum est calidus. cecus est
videns. et ad ipsas sequitur impossibile. ergo pri-
me sunt impossibiles. Ad hoc respondetur negā-
do minorem et ad probationem dicitur q nō de-
bet sic poni in esse sed solum debent poni de-
monstrando id pro quo supponit subiectus illa-
rum propositionum vt sic hoc est verum hoc est
videns hoc est meretrix. et quis forte sint false-
tamen sunt possibiles. Et iste modus dicendi cō-
formis est cum primis regulis ampliacionum q
postea dabuntur. Sed quia autor soluit a-
lium ideo dicendum est cur eo q sophisma est fal-
sum. Et ad probationem respondetur q ibi com-
mutatur fallacia accidentis eo q in eo tria repe-
riuntur. Primum est subiectum quod importa-
tur per impossibile id quod est vel erit. Secundū
est ipsa impossibilitas. Et tertium est posse eē ve-
rum. Primum vero est res subiecta. secundū est ac-

cidens. tertium est attributus. quia ergo aliqua
attribuitur rei subiecte ideo credimus q debeat
attribui accidenti et sic decipiuntur per fallacias
accidentis et per hoc potest sophisma esse falsum

Sciendū est secundo q

consequenter autor ponit duas regulas genera-
les de ampliacionibus continentibus sub se mul-
tas speciales. Prima est de ampliacione respectu
suppositorum. Secunda est de ampliacione que
fit respectu temporum. Prima ergo talis est
Omnis terminus supponens vel apponens ver-
bo habent vim ampliandi quo ad supposita a
se vel ab alio ampliatur ad ea que possunt eē sub
forma termini supponentis. Dicitur a se propter
hoc verbum potest et similia que de se habent vir-
tutem ampliandi. Et dicitur ab alio propter hoc
verbum est quod de se non habet virtutem am-
pliandi. ampliatur tamen virtute alicuius dicitō-
nis sibi adiuncte. Unde esse sub forma termi-
ni supponentis est actualiter naturay participa-
re que significatur per terminum supponentem

Secunda regula est. Omnis terminus cō-
munis supponens vel apponens verbo habet
et vim ampliandi quo ad tempus supponit pro
his que sunt vel erunt sub forma termini suppo-
nentis. vt cū dicitur homo necessario est animal
hoc verbum est hō virtutem ampliandi ab hoc
aduerbio necessario. ideo ampliatur terminus sup-
ponentem ad ea que sunt et erunt sub forma ter-
mini supponentis. Unde prima regula spe-
cialis contenta sub illis generalibus est talis.
Qualibet terminus comunis positus a parte
subiecti supponens vel apponens respectu ver-
bi preteriti temporis ampliatur ad supponendū
pro illo quod est vel fuit. Et ad hanc regulā due
conditiones requiruntur. Prima est talis q termi-
nus aptus natus sit habere plura supposita. de-
fectu cuius subiectum in ista propositione adq
fuit homo non ampliatur quo ad supposita. q
non potest esse in pluribus suppositis. Secunda
conditio est q talis terminus a parte subiecti po-
situs non restringatur precise ad vnā copulā
Et propter defectum huius conditionis in hac
propositione quod est homo fuit animal. hō
non ampliatur sed restringitur ad supponen-
dum precise in ordine ad copulam de presenti.

Secunda regula est. terminus a parte sub-
iecti positus respectu copule de futuro ampli-
atur ad supponendum pro illo qd est vel erit dū-
modo talis terminus habeat suppositionem et
q non sit prius restrictus. Defectu cuius in hac
propositione homo generabitur vel in ista quod
erit homo generabitur. homo non ampliatur.

Et circa hanc regulam dubitatur vt qd
dicam istius propositionis homo est vel erit
animal ampliatur sicut et subiectum. Ad hoc re-

spondetur q sic. quia sicut subiectum supponit
in ordine ad diuersas copulas diuersas differē-
tias temporis importantes. sic enim predicatum
quia copula est aggregata ex diuersis locutionum
vna est presentis temporis et alia futuri. Du-
bitatur vterius vtrū hec sit vera aliud a nigro
erit nigrus. Ad hoc respondetur q non quia in
dices propositione hō nigro ampliatur et distri-
buitur pro omni nigro sive sit aut erit. et sic ad
veritatem illius propositionis requiruntur q illud
qd nec est nigru nec erit nigrum erit nigrus qd
est impossibile. Et si arguatur ponendo eam esse
veram. nam bene sequit nūq aliud a nigro erit
nigrum. sed omne albus est aliud a nigro. ergo
nullus albus erit nigrus. quia ibi arguitur in ce-
larent. et consequens est falsum posito casu q
aliquid quod iam est albus vel erit albus postea
distingretur. ergo aliqua premissorum. non mi-
nor. ergo maior. ergo sua contradictoria erit ve-
ra scilicet ista aliud a nigro erit nigrus. Ad hoc
respondetur negando primam consequentiam.
quia ibi arguitur a minus amplo ad magis am-
plum cum distributione magis ampli. nō in mi-
nore ly albus supponit precise pro albo quod est
et in conclusionē ampliatur indifferenter ad sup-
ponendum pro illo quod est vel erit. Tercia
regula est q terminus positus a parte subiecti
respectu participij preteriti temporis ampliatur
ad presentia et preterita. Similiter terminus po-
situs a parte subiecti respectu participij futuri
temporis ampliatur ad futura et presentia. Et ad
hoc due conditiones requiruntur. Prima est q
talis terminus sit comunis. defectu cuius sub-
iectum in illa propositione adam fuit homo nō
ampliatur. Secunda conditio est q talis terminus
restringatur per restrictionem aliam. defectu cu-
ius in hac propositione quod fuit homo est mor-
tuis. hō nō ampliatur sed restringitur ad
supponendū precise in ordine ad copulam de
preterito. Et hac regula infertur correlarie
q si participium erit preteriti temporis et verbū
quod erit copula futuri temporis subiectus am-
pliatur ad ea que sunt erunt et fuerit si tale sub-
iectum sit ampliabile et non restrictum per alias
restrictionem. vt in hac propositione homo erit
mortuus. hō homo ratione copule de futuro sup-
ponit indifferenter pro quolibet homine qui est
et erit. et ratione predicati quod est participium
preteriti temporis supponit indifferenter pro quo-
libet homine qui fuit. ideo sensus illius est quod
est homo vel erit aut fuit hō est mortuus. Et
quo sequitur secundo q hec est vera vtrū est mor-
tuum. patet quia sensus est. quod est viuum vel
fuit viuum est mortuum. Et hoc est verum quia
adam est vel fuit viuus et ipse est mortuus.

Tercio sequitur q ista est vera. mortuus est
mortuum quia est sensus quod est vel fuit mor-

tuum est mortuum. et hoc est verum. quia adq
est vel fuit mortuus et tamen est mortuus.
Quarto sequitur q hec est concedenda hō
est mortuus. Et si argueretur sic contra hoc cor-
relarium probando ipsum esse falsum et hoc sic
nullus homo qui est est mortuus. sed omnis ho-
mo est homo qui est. ergo nullus homo est mor-
tuus. consequentia patet in celarent et premissa
sunt vere. ergo conclusio est vera que contra-
dit isti homo est mortuus. Ad hoc respondetur ne-
gando consequentiam quia maior extremitas
non ampliatur in minore sed ampliatur in con-
clusionē. et sic ibi arguitur a minus amplo ad ma-
gis amplum cum distributione magis ampli.

Quarta regula est q terminus positus in
propositione respectu huius verbi potest ampli-
atur ad supponendum pro his qui sunt vel pos-
sunt esse. Et hac regula patet primo q hec
est concedenda. albus potest esse nigrum. quia
sensus est quod est vel potest esse albus potest
esse nigrum. Secundo sequitur q hec est im-
possibilis omne currens potest esse homo q sen-
sus est omne quod est vel potest esse currens po-
test esse homo. et hoc est impossibile q a finis est
vel potest esse currens et tamen a finem esse ho-
minem est impossibile. Et isto patet q hec conse-
quentia non valet omne currens est homo. ergo
omne currens potest esse homo quia antecedēs
est possibile et verum in aliquo casu vbi tantum
homo currit et consequens est falsum et impos-
sibile. Patet etiam quia arguendo ab esse ad pos-
se non valet consequentia cum distributione q
arguitur a minus amplo ad magis amplum cū
distributione magis ampli quod est virtualiter
arguere ab inferiori ad superius cum distributi-
one superioris. Quinta regula est q isti mo-
di necessarium contingens et impossibile ampli-
ant terminos precedentes ad supponendū pro
eo quod est vel potest esse. probatur quia nisi si-
dicti modi ampliarent terminos precedentes se-
queretur q due contradictione possent esse simul
false consequens est contra primum principium
Et probatur consequētia quia ponatur casus q
de facto deus non crearet tunc illa esset falsa cre-
ans non potest esse deus. Et similiter omne cre-
ans de necessitate est deus cum de facto q casus
nullum sit creans et ille sunt contradictione q
ille sunt de secundo et quarto ordine. Sexta
regula est q quandocumq copula de presen-
ti additur nomini verbali terminato in bile vel
tuum subiectus ampliatur. Et similiter terminus
rectus a verbo significante actum anime interiori
rem importantem rem in qua denotatur transire ac-
tus illius verbi ampliatur ad supponendū pro
illo qd est vel fuit vel erit. Et ratio quare talia a-
mpliant est ista. quia actus anime interiores et ma-
xime intellectus et voluntatis feruntur vel pnt

## Tractatus tercius

ferri tam in presentia & in futura & in praeterita et ymaginabilia.

### Sciendum est tercius q

circa predicta mouetur vnum dubium. scilicet q sunt dictiones que habent de se vnu ampliandi pro solutione ponitur talis regula q terminus supponens respectu huius verbi potest ampliari ad supponendum pro eo quod est vel potest esse sub forma termini supponentis. vt in hac p positione albam potest esse nigrum. ibi albam ampliatur pro eo quod est vel potest esse sub forma termini supponentis. illa enim propositio significat q illud quod est vel potest esse albus potest esse nigrum.

Ex quo sequitur q hec propositio est falsa omne albus potest esse albus. sensus enim est. omne quod est vel potest esse albus potest esse albus et hoc est falsum quia potest esse albus et tamen non potest esse albus. ideo consequentia non valet. omne albus est albus. ergo omne albus potest esse albus sicut patitur quia antecedens est possibile et tamen consequens est impossibile.

Ex quo vltim<sup>o</sup> patet q arguendo ab esse ad posse cum distributione non valet consequentia eo q arguitur a minus amplo ad magis amplum cum distributione magis ampli. et illa consequentia non valet. valeret tamen si non distribuatur. vt hic est bona consequentia homo est albus. ergo homo potest esse albus. Et sicut dictum est de possibili ita dicendum est de contingenti suo modo quia iste sunt concedende albam contingit esse nigrum. cecum contingit esse videntem. Et ideo similiter diceretur de participijs et nominibus descendibus ab eis. Similiter verba que sic se habent q habent naturam transcendit super res futuras aut presentem vel non presentem habent virtutem ampliandi vt sunt ista intelligo ymaginor o pmo et sic de alijs. Et ista non ampliari quemlibet terminum sed illum quem regunt.

Et si quis querat quomodo sunt exponende propositiones in quibus fit ampliatio per hanc dictionem potest aut aliquam aliam sibi similem. Ad hoc respondetur q debent exponi p proprie categoricas de distincto extremo. vt ista homo potest currere sic exponitur quod est vel potest esse homo potest currere.

### Sed contra predicta arguitur.

Primo sic. Conuertens sophismatis est vera. ergo sophisma est verum. Antecedens patet quia hec est conuertens sophismatis verum potest esse impossibile. Secundo arguitur sic. Possibile potest esse falsum. ergo impossibile potest esse verum. consequentia tenet per locum

a contrarijs. Tercio arguitur sic. Possibile ampliat quo ad tempus sicut quo ad supposita. et similiter necessarium quo ad supposita sicut quo ad tempus. ergo male exemplificatur q possibile in prima regula et de necessario in secunda. Quarto arguitur sic. necessarium non conuenit non entibus. ergo non habet virtutem ampliandi. tenet consequentia quia omnis terminus ampliatus equaliter conuenit cum et non cum vt sunt isti ymaginabile opabile et sic de alijs

### Ad rationes. Ad primam

dicatur q illa non bene conuertitur sed debet sic conuertitur. ergo potens esse verum est impossibile

Ad secundam dicitur q ibi non arguitur per locum a contrarijs. quia quibus verum et falsum contrariantur tamen possibile et impossibile non contrariantur sed magis pnatue opponuntur. Et si dicatur q illa regula tenet in omnibus oppositis eo q dicit philosophus si oppositum in opposito et propositum in proposito. Dicendum est q illa regula est vera quando illa extrema eodem genere oppositionis opponuntur. sic autem non est hic.

Ad tertiam dicitur q quis possibile ampliat ad tempus hoc tamen non est et consequenti. quia primo et principaliter ampliat ad supposita. et contrario est de necessario. primo enim ampliat quo ad tempus et ex consequenti quo ad supposita.

Ad quartam dicitur q licet necessarium non possit affirmari de aliquo quod non est. tamen terminus per ipsum ampliatur et potest affirmari de eodem quod est et de eo quod non est. Et hec de ampliatione dicta sufficiant.

## Explicit tractatus tercius de ampliatione.

## Sequitur tractatus quartus de appellatōe

## De appellatōe.

**A**ppellatio est acceptio termini pro re existente. Dico autem pro re existente. qz terminus significans non ens non appellat. vt cesar vel antipus vel chimera etc. Differt autem appellatio a significatione et suppone. qz appellatio est tantum de re existente. s3 supponit et significatio sunt tamen pro re existente qz pro re non existente. vt antipus significat antipum et supponit pro antipum. sed non appellat. homo enim significat hominem de natura sua supponit tamen pro existentibus qz pro non existentibus. appellat autem tamen homines existentes. Appellationum autem alia est termini comitis vt homo. alia est termini discreti vt singularis vt sortes. Terminus singularis idem significat supponit et appellat s3 re existente vt petrus vel iohannes. Item appellatio termini comitis alia est termini comitis simpliciter habet supponem vt cum dicitur homo est species. aial est genus. et tunc terminus idem supponit significat et appellat. vt homo significat hominem in comiti. et supponit pro homine in comiti. et appellat hominem in comiti. Alia autem est appellatio termini comitis pro suis inferioribus vt quando terminus

comunis personales habet suppositionem vt cum dicitur homo currit. tunc homo non idem significat supponit et appellat. sed significat hominem in comiti et supponit pro particularibus hominibus et appellat particulares homines tantum existentes. Et hec de appellationibus sufficiant dicta.

Iste est quartus tractatus paruorum logicarum in quo ipse determinat de appellationibus prout de restrictione. Et ratio ordinis est qz terminus pro se supponit ampliare non est restringi nisi per aliquod adiectiuum etc. Cuius appellatio tribus modis dicitur. Cuiusmodi ut idem est quod vocatio s3 proprius nomen alicuius persone. vt cum dicitur iste appellat anthonium valet tamen si cut vocatur. Secundo modo accipitur appellatio vt est proprietas nomen significans re sub modo comitatus s3 quia nomen dicitur appellatum que sunt comitia multis. Tercio modo accipitur vt est acceptio termini pro re existente vt petrus existens. et solummodo de appellatōe est hic ad propositum. Et diffinitur sic appellatio. Appellatio est acceptio termini pro re existente. In qua diffinitione ponitur acceptio loco generis. Et de termini solus et non termini comitis. qz terminus singularis potest appellari sicut terminus comitis. Quibus differat vt postea videbitur. Et de re existente ad istam significationem et supponem que possunt esse tamen rei existens et non existens. Et quod sequitur q accipiendo appellatōem proprie terminus significans non ens vt chimera hircoceruus etc. sic de alijs non potest appellare. Et quod vltim<sup>o</sup> patet dicitur inter appellatōem suppositionem et significationem. quia appellatio est tamen de re existente. significatio vero et suppositio sunt tam de re existente et non existente. vt antipus significat antipum et supponit pro antipum et tamen nihil appellat. Similiter homo significat hominem et supponit tamen pro hominibus existentibus et non existentibus sed tantum appellat homines existentes. Aliter differunt quod vbiunqz est appellatio ibi est suppositio sed non e contra. Et dividitur appellatio in appellatōem termini comitis et in appellatōem termini singularis. Differunt autem ad maiorem quia terminus singularis idem significat et pro eodem supponit et appellat. sortes enim significat rem singularem et supponit pro re singulari. et appellat eandem rem. Et hoc est intelligendum si talis terminus singularis appellat rem presentem. Terminus vero comitis significat naturam communem et supponit pro suppositis tam existentibus

Non existentibus et appellat existentes solum. Unde duplex est appellatio termini communis...

Sciendum est secundo q

dictionum quedam sunt que appellant sed per se appellata non habent ut nomina adiectiva...

Et exemplis secundum in hac parte antiphras et futurus predicator. ibi predicator non appellat actus...

Sed circa hoc dubitatur utrum terminus appellatus significati formalis dicitur modo appellatur...

Sciendum est tertio q

tertia regula talis est. Quandocumque terminus sequitur dictionem significantem actum...

veniente habeat noticiam. Sed in ista propositione venientem cognosco...

Sed contra predicta arguitur primo sic.

Secundo arguitur sic. adiectivum quandoque appellat et tamen non est terminus supponens...

Ad rationes. Ad primam dicitur q non accipitur appellatio prout a grammatico consideratur.

Ad secundam dicitur q adiectivum in masculino et feminino generibus copulat...

Sequitur quintus tractatus de Restrictione

Restrictio est coartatio termini communis a maiori suppositione ad minorem...



Iste est quintus tractatus paronum logicalium Petri hispani in quo iste determinat de vna passione termini opposita ampliationi que dicitur restrictio. Et eam primo diffinit. Restrictio est coartatio termini ad maiorem suppositum ad maiorem. Et ibi ponit coartatio loco generis. Et ponitur termini communis ad differentias termini singularis qui non ampliatur nec restringitur saltem quoad si:posita. Et dicitur a maiori suppositione ad maiorem ad differentiam ampliationis. cum enim dicitur homo currit homo supponitur pro omnibus hominibus presentibus. sed si dicitur homo albus currit. homo restringitur quia solum supponitur pro hominibus albis.


Pro quo advertendum est quod ad hoc quod alius quis terminus possit alius restringere due adiunctes requiruntur. Prima est quod ille terminus possit verificari de aliquo supposito termini restringibilis et de aliquo non. ideo hic non est restrictio homo albus currit. Secunda adiunctio est quod hoc verbum sit affirmatiuum et aggregatum ex termino restringibili et restrictione ut ad hoc quod homo restringatur in ista propositione homo albus currit. oportet quod hec sit vera homo albus est restrictio. nullus homo est generatus. quia hec est falsa homo generandus est.

Sciendum est primo quod

duplex est restrictio. quedam est propria siue naturalis alia est impropria. et talis est duplex. quia quedam est versus alius que est quando aliquis terminus accipitur ex versus loquendi quodammodo de aliquo determinato supposito pro quo de veritate sermonis non accipitur ut cum dicitur rex parisiensis. et tunc est restrictio ad regem parisiensem. alia est transiunctiva que fit de veritate alicuius ubi transiunctum. ut cum dicitur fontes penitentiam hominem. tunc illi ubi transiunctum penitentiam ille accusatus hominem supponitur pro alio a fonte et sic videtur restringi. Restrictio vero propria est que fit de veritate alicuius adiecti termino communi. Et ista est quedam duplex. quia quedam est que fit per nomen. alia per verbum. alia per participium alia per implicationem. Et huius divisionis ratio est quia restrictio fit per aliquam dictionem. aut generaliter per dictionem complexam et sic est illa que fit per implicationem. aut dictionem nec complexam et hoc duplex. quia vel talis dictionem significat substantiam et sic est illa que fit per nomen. aut significat actum et hoc duplex. quia vel significat actum distans a substantia et sic est illa que fit per verbum. aut actum indistantem et sic est illa que fit per participium. Est autem implicatio aliquid complexum ex nomine et verbo et relativo qui additur alteri extremo propositionis. ut si dicitur homo qui est albus. hoc totum qui est albus dicitur implicatio.

Sciendum est secundo quod

restrictionis facte per nomen talis est divisio. nam alia fit per inferentiam additam superiori ut si dicitur albus homo currit.



rit. alia vero per differentiam aduenientem generi ut cum dicitur albus rationale. et hoc intelligitur de differentia diuisiva. alia fit per adiectiuum accidentis ut homo albus currit. Et huius divisionis sic habet sufficientiam. quia in omni restrictione vel terminus restrictus est essentialis terminus restringenti vel non. si non sic est terminus membrum. Si sit essentialis hoc est dupliciter quia vel primum terminus restringenti primo et sic vel ex consequenti. Si primum sit est primum membrum. Si secundum sit est secundum. Differentia eius primo restringit genus quod diuiditur et ex consequenti inferius includit illas differentias.

Unum adiectiuum potest se habere tripliciter ad subiectum vel ad predicatum cui adiungitur. Uno modo conuertibiliter. Alio modo magis commiter. et tertio modo non conuertibiliter. Si enim se habeat ut conuertibiliter tunc non restringit terminum cui adiungitur. ut si dicitur homo est rationalis. ibi rationalis non restringit hominem cuius habeat supposita equalia sicut et ly homo. Si vero sit magis commiter. quia vel dicitur homo gratia magis tunc semper restringit. Si vero sit magis commiter. hoc est dupliciter. quia vel conuenit omnibus suppositis illius cui adiungitur et cum hoc multis alijs et sic restringit ut si dicitur ethiops niger currit. si vero conueniat aliquibus suppositis illius cui adiungitur et aliquibus non et cum hoc multis alijs conuenit sic restringit. ut si dicitur homo albus currit ibi albus restringit et conuenit aliquibus suppositis illius cui adiungitur sed non omnibus quibus multis alijs conueniat. et hoc modo restringit subiectum cui adiungitur ad supposita quibus illud adiectiuum inest quando ponitur ex eadem parte cum illo termino communi.

Sciendum est tertio quod

iterum restrictionis ponitur alia diuisio. nam que dicitur est que fit ratione significationis. Unde restrictio ratione significationis est quando aliquid adiunctum alteri restringit ipsum quoad significationem principaliter sic quod terminus restrictus solum tenet pro suppositis quibus conuenit forma significata per terminum restringentem ut homo albus currit. Alia est que fit ratione significationis quando aliquid adiunctum alteri restringit ipsum quoad significationem ut cum dicitur homo albus. albus enim restringit hominem ratione significationis que est generis ad masculinum tantum. Et hec sunt intelligentia de significatione et significatione termini restringentis. cum enim dicitur homo est albus ibi albus significat albedinem et non significat masculinum generis magis significat idem restringit hominem quoad significationem. fides enim non agit quod significat dicitur quod non facit cum tenent per homines albis solus. Et huius divisionis sic habetur sufficientiam. quia omnis restrictio fit per aliquam dictionem restringentem. aut generaliter ponitur in eadem parte propositionis cum dictione restricta et sic est primum membrum. vel ex altera et sic est secundum membrum.

Sed contra predicta ar

gunt. Primo sic. dicitur fontes albus currit. ibi fontes restringitur ad standum per albis. quod terminus singularis potest restringi et sic restrictio non est solum terminus communi. Secundo arguitur sic. verbum non est determinatio subiecti quia ponitur in predicato. proinde. quod non potest restringere subiectum et sic nulla est restrictio facta per verbum. Tertio arguitur sic. participium habet eadem vim restringendi cum verbo cum habeat eadem significatum. sed cum dicitur homo currit homo non restringitur per currentem. quod cum dicitur homo est currentes homo non restringitur per currentem. Quarto arguitur sic. inferentia ad dicitur superiori restringitur superioris differentie quam includit. quod primum modus restrictionis facte per nomen et secundum non distinguuntur inter se.

Ad rationes. Ad primam

est quod in ista fontes albus currit fontes bene restringitur quoad significationem quia potest equivoce multa significare. sed non quatenus ad suppositionem. ideo non restringitur. Ad secundam dicitur quod verbum positum in predicato non habet per suam significationem restringere subiectum quia illo modo non est determinatio et sic bene habet per suam significationem. quod quatenus respicit subiectum ideo currit non restringit ad currentes sed bene ad pferentes. Ad tertiam dicitur quod quando dicitur illud verbum non restringit subiectum per suam significationem ad currentes. sed cum dicitur homo currit homo ponitur ex eadem parte cum homine. ideo habet restringi hunc terminum homo ad standum per currentem et licet habeat eadem vim non tamen eodem modo applicata est ad subiectum. Ad quartam dicitur quod inferentia addita superiori et differentia constituta est habet vim restringendi ad eadem supposita. sed differunt quantum ad modos restringendi. nam inferentia restringit superioris substantiam et per appositionem. differentia vero adiectiue et non per figuram. et sic distinguuntur inter se.

De restrictione facta per nomen

communiter sumptum tales dantur regule. Omne nomen non diminuens nec habens vim ampliandi adiunctum ex eadem parte termino magis communi restringit ipsum ad supponendum pro his ad que exigit sua significatio ut patet in exemplis predictis ut homo per suam significationem restringit animal ad animalia que sunt homines et cum dicitur animal homo. et

albus restringit hominem per suam significationem ad homines albos. ut cum dicitur homo albus. Dico autem non diminuens ad remouendum nomina diminuentia ratione adiuncti ut mortuus vel corruptus et similia que non restringunt sed potius destruunt adiunctum. Dico autem non habens vim ampliandi ad remouendum dictiones ampliatiuas. ut potens potest. possibile que non restringunt sed potius ampliant.

Et sciendum quod minus commune semper restringit magis commune. ut cum dicitur homo albus currit. quia homo reperitur in albis hominibus et nigris et medio colore coloratis. sed albus autem non. unde quoad hoc homo est magis commune et albus minus commune. et sic albus restringit hominem. sed sicut quod albus reperitur in hominibus. lignis. lapidibus et brutis: homo autem non et sic albus est magis commune et homo minus commune. et sic homo coartat albus ad albedinem existentem in hominibus cum dicitur homo albus currit. et sic utrumque coartat alterum sicut diuersa. Item de termino restricto talis datur

## Tractatus quintus

regula. Si signum vniuersale adueniat termino restricto non distribuit ipsius nisi pro his ad que restringitur. Cum enim dico omnis homo albus currit. ibi homo restringitur ad albos et non potest distribui nisi pro albis. Item de restrictione datur regula talis. Nichil positum a parte predicati potest restringere terminum comunem positum a parte subiecti quoad principalem eius significationem. ut homo est albus iste terminus albus in predicato positus non potest restringere hominem in subiecto positum ad albos. quia si restringeretur ad albos ergo per regulam precedentem scilicet si signum vniuersale aduenit termino restricto solum distribuit ipsius pro his ad que restringitur ut in proposito homo distribueretur solum pro albis hominibus. et sic isti propositionis omnis homo est albus sensus esset omnis homo albus est albus. ergo si vna erit vera reliqua erit vera. et si vna est falsa reliqua erit falsa quod tunc est falsum. quod cum dicitur omnis homo est albus. iste terminus homo non restringitur et sic patet illa regula. Dico autem quod ad principalem eius significationem

ne. quod predicatum restringit subiectum quod ad significationem que est generalis. ut cum dicitur cignus est albus iste terminus cignus restringit ad mares et non ad mulieres. et sic albus restringit ipsum quod ad consignificationem que est generalis et non quod ad suam significationem. Item de restrictione facta per implicationem talis datur regula. Dis implicatio immediate iuncta termino communi restringit ipsum sicut suum adiectiuum ut cum dicitur homo qui est albus currit. iste terminus homo restringitur ad albos per hanc implicationem. id est qui est albus. Item de eadem restrictione talis datur regula. Quotienscumque signum vult et implicatio ponuntur in eadem locutione duplex est oratio. et eo quod hoc signum potest precedere implicationem et sic distribuit terminum comunem per quolibet suo supposito ut cum dicitur omnis homo currit qui est albus. Item implicatio potest prius aduenire et restringere terminum comunem tunc signum postea adueniens si distribuit ipsum nisi per his ad que restringitur ut omnis homo qui est albus currit. et tunc equale huic omnis homo albus currit

Et circa hunc textum notandum est primo quod consequenter autor ponit aliquas regulas de restrictionibus. Et primo ponit vnam regulam de restrictione facta per nomen que talis est. Omne nomen non diminutiuum neque habens vim ampliandi ad iunctum termino communi et eadem parte restringit ipsum ad supponendum pro his pro quibus erigit adiunctum sine significatum terminum res

## De restrictione.

trahentis. ut si dicitur animal homo currit animal restringitur ad standum pro animalibus que sunt homines. Et dicitur non diminutiuum quia non diminutiuum non restringunt eo quod alienam rationem terminorum habent quibus adiunguntur nec predicantur de aliquo supposito ipsorum. Dicitur etiam non habens vim ampliandi quia dictiones ampliatiue non restringunt sed ampliarent. Et dicitur adiunctum ex eadem parte quod nullus terminus restringit alterum quoad significationem nisi sibi addatur ex eadem parte. Dicitur etiam terminus magis comunis quam minus comunis semper restringit magis comunem et non e contra ut cum dicitur homo albus currit. cum enim homo reperitur in hominibus nigris et in modo colore coloratis et albus non ideo albus restringit hominem ad albos et e contra. Si vero accipitur signum quod reperitur in hominibus et malus alius rebus sic homo se habet ut minus comunis et coartat album ad standum pro albe sine que est in forma.

### Sciendum est secundo quod

de termino restricto datur talis regula. Si signum vniuersale adueniat termino restricto non distribuit ipsum pro omnibus suis suppositis sed solum pro his ad que restringitur. ut cum dicitur omnis homo albus currit homo non distribuit nisi pro albis. Et ratio talis est quod signum vniuersale non distribuit terminum nisi eo modo quo reperit ipsum terminum pro supposito pro quibus accipi potest. sed signum vniuersale applicatur solum tali termino communi sic restricto. ideo hic solum accipi potest pro supposito ad que restringitur. Est tamen aduertendum quod dictio restringens non diminuit virtutem distribuendi signum ex parte ipsius tamen diminuit applicationem eius ad materiam ex parte termini distribuibilis

Consequenter autor ponit aliam regulam de restrictione in communi que talis est. Nichil positum a parte predicati restringit terminum comunem positum a parte subiecti quoad principalem significationem termini restringentis quoduis possit restringere quoad consignificationem. quando enim dicitur homo est albus. albus non restringit hominem quoad significationem eo quod non facit hominem teneri pro albis tantum. tamen restringit ipsum quoad consignificationem quia facit ipsum teneri pro maribus tantum. Quod autem non teneatur in illa propositione pro albis tamen patet per regulam precedentem quia si solum distribuere pro albis ergo esset idem sensus huic propositionis omnis homo est albus et isti omnis homo albus est albus ergo sicut secunda semper est vera ita deberet esse et prima quod falsum est ideo non restringit quoad significationem tamen si ponatur a parte predicati.

### Sciendum est tertio quod

de restrictione facta per implicationem talis datur regula. Omnis implicatio adiuncta immediate termino communi restringit ipsum sicut suum adiunctum. ut cum dicitur homo qui est albus currit homo restringitur ad albos per hanc implicationem qui est. Et ratio regule talis est. quia implicatio habet vim restringendi ratione adiuncti quod ponitur in ipsa ideo quando in ipsa ponitur ex eadem parte propositionis cum termino communi eodem modo restringit sicut faceret suum adiunctum. Et notanter ponitur immediate adiuncta. quia si talis implicatio non esset immediate adiuncta termino non restringeret per suam significationem. ut si dicitur homo currit qui est albus ibi non restringitur homo ad albos sed bene restringitur ad mares. Et debet intelligi de implicatione non diminutive nec ampliatiue. Similiter de eadem restrictione datur alia regula que talis est. Quotienscumque signum vniuersale et implicatio ponuntur in eadem oratione tunc locutio est duplex eo quod signum vniuersale potest precedere implicationem non immediate adiunctam termino communi. et distribuit terminum comunem pro omnibus suis suppositis. ut cum dicitur omnis homo currit qui est albus. Vel implicatio potest prius aduenire termino communi et signum vniuersale et tunc si signum vniuersale sibi addatur solum distribuit terminum pro his ad que restringitur per implicationem ut cum dicitur omnis homo qui est albus currit ibi homo solum distribuitur pro albis eo quod homo prius restringitur per implicationem et distribuatur per signum. Et quo patet quod talis locutio est duplex. illa enim propositio in qua ponitur implicatio ex eadem parte equale vniuersali. ut hec omnis homo qui est albus currit equale huic omnis homo currit et ille est albus.

### Sed contra predicta arguitur primo sic. cum dicitur homo potens videre currit. ibi potens restringit hominem et tamen est dictio ampliatiua. ergo male dicitur in prima regula non habens vim ampliandi.

Secundo arguitur sic. signum vniuersale in oratione semper prius aduenit termino communi et dictio restringens que sequitur terminum comunem. ergo reperit terminum comunem non restrictum et sic distribuit ipsius pro omnibus suis suppositis et non solum pro his pro quibus erigit dictio restringens. Tertio arguitur sic talia sunt subiecta qualia permittuntur ab eorum predicatis ut dicit Boetius. ergo predicatus potest restringere subiectum quoad principalem eius significationem. Quarto arguitur sic. illud

## Tractatus quintus

quod ponitur a parte predicati non potest restringere terminum in subiecto per suam significationem, sed dictio restringens ponitur a parte predicati in implicatione, ergo cum implicatio non restringit nisi virtute termini restringentis adiecti non potest nisi per eius significationem restringere subiectum.

**Ad rationes.** Ad primam

dicatur quod potens pro quanto determinat actum videndi habet vim restringendi terminum communem ut teneatur pro his que habent potentiam videndi, si tamen per se sumatur habet virtutem ampliandi ad presentia et futura, et hoc per respectum ad omnia.

Ad secundam dicitur quod licet signum vniuersale sit vocem potens sit et immediatus adiungatur termino communi: tamen sit intellectus est e converso. Et causa est quod dictio restringens est absoluta, et signum vniuersale est dictio respectiva que disponit subiectum in ordine ad predicatum, modo prius est intelligere illud quod subicitur antequam distribuatur respectu predicati.

Ad tertiam dicitur quod illa auctoritas sic intelligitur, talia sunt subiecta qualia permittuntur ab eorum predicatis consideratis quantum ad significationem vel con- significationem et etiam quod ad modum supponendi subiectum determinatur a predicato per significationem predicati sed per illam significationem non restringitur illud cui adiungitur quoad suam significationem.

Ad quartam dicitur quod adiunctus significationis se tenet ex parte predicati propositi non implicationis sed non ex parte predicati totius propositionis. Et quia tota implicatio se tenet ex parte subiecti ideo per suam significationem potest restringere subiectum.

Sequitur de restrictione facta per verbum de qua plures dantur regule. Quarum prima talis est. Terminus communis supponens vel apponens verbo presentis temporis simpliciter sumpto non habet vim ampliandi neque ex se neque ex alio restringitur ad supponendum pro his que sunt sub forma termini communis supponentis. Dico autem terminus communis

quia terminus discretus neque restringitur neque ampliatur. Dico autem verbum presentis temporis ad remouendum alia verba aliorum temporum, quia terminus communis aliam habet suppositionem cum eis. Dico autem simpliciter sumpto ad remouendum verba sumpta cum particulis diminuentibus ut opinabile et inopinabile. Dico autem non habente vim ampliandi ad remouendum verba ampliatiua ut potest. Dico autem neque ex se neque ex alio ad remouendum verba habentia vim ampliandi et alio vtriusque ex con- iuncto, sicut hoc verbum est cum dicitur est potens. Dico autem sub forma termini supponentis quia homo supponit pro his qui sunt sub humanitate, et animal que sunt sub animalitate ut cum dicitur homo est animal

Item alia datur regula. Terminus communis supponens vel apponens verbo de preterito simpliciter sumpto non habet vim ampliandi nec ex se nec ex alio restringitur ad supponendum pro his que sunt vel fuerunt sub forma termini supponentis, ut cum dicitur homo fuit animal, iste terminus homo

## De restrictione.

supponit pro his qui sunt vel fuerunt homines, et animal pro his que sunt vel fuerunt animalia. Item alia datur regula Terminus communis supponens vel apponens verbo de futuro etiam supponit pro his que sunt vel erunt sub forma termini supponentis scilicet pro eis que sunt vel erunt in futuro ut homo erit animal. Et predictis patet quod verbum restringitur quoad significationem que est tempus, et non quoad significationem principalem.

Circa hanc textum notandum est primo quod consequenter per hanc ponit tres regulas de restrictione facta per verbum. Quarum prima est. Terminus communis supponens vel apponens verbo presentis temporis simpliciter sumpto non habet vim ampliandi nec a se nec ab alio restringitur ad supponendum pro his que sunt sub forma termini supponentis. Et dicitur simpliciter sumpto ad remouendum verba diminuentia ut sunt opinabile et inopinabile. Unde omnia que sunt participia presentis temporis que sic se habent et habent naturam ampliandi tam super preteritam quam futuram non restringunt terminum precedentem se sed habent virtutem ampliandi ut dictum est. Ratio tamen quare habent virtutem ampliandi non est ea que aliqui assignant scilicet quod significant actus qui non est in eo de quo enunciat verbum aut significans actum qui non est in eo quod enunciat, ampliant tamen terminum sequentem. Sed hoc est falsum quia videri enunciat de parte in quo tamen non est, et tamen iste terminus partes non ampliatur in hac propositione patet videtur. Secunda regula talis est. Terminus communis supponens verbo de preterito simpliciter sumpto non habet vim ampliandi restringitur ad supponendum pro his que sunt et fuerunt sub forma termini supponentis, ut si dicatur album fuit nigrum album supponit pro eo quod est vel fuit nigrum. Et quod sequitur quod iste propositiones non debet negari virgo fuit meretrix, puer fuit senex, virgo peperit et sic de alijs. Unde hec propositio vir-

go peperit habet hanc sensum, quod est vel fuit virgo peperit.

Tertia regula talis est. Terminus communis supponens verbo de futuro simpliciter sumpto non habet vim ampliandi supponit pro his que sunt et erunt sub forma termini supponentis, ut si dicatur homo erit album homo supponit pro his que sunt et erunt. Et quod sequitur quod iste propositiones sunt concedende cecus erit videns, senex erit puer, virgo pariet et sic de similibus. Et predictis antea inferri vult correlatum quod verbum in predicato positum non restringit ratione sui significationis principalis. Patet sic, quia sequeretur quod verbum presentis temporis eodem modo restringeret sicut verba aliorum temporum eo quod verba presentis temporis et preteriti et futuri idem significant, secundo patet quia si verbum restringeret quoad significationem sequeretur quod aliquibus hominibus cur rentibus et aliquibus non currentibus hoc esset vera omnis homo currit eo quod currit restringeret solum ad presentes et ita falsus esset omnis homo currit currit.

## Sciendum est secundo

quod circa predicta oriuntur aliquae difficultates.

Prima est verum ille regule datur de restrictione facta per verbum sint vere. Ad quod difficultatem respondetur quod sic, tribus conditionibus obseruatis. Prima est quod ille terminus communis habeat supposita presentia preterita vel futura ad que possit restringi. Secunda est quod talis terminus communis supponat personaliter, nam si supponeret materialiter vel simpliciter non restringere tur. Tertia est quod in tali propositione non sit predicatio necessaria eo quod in predicationibus necessarijs verba absoluantur a tempore. Et posset addi quarta scilicet quod talis terminus per aliquod aliud sibi additum a verbo non restringatur ad supposita pro aliquo determinato tempore, quia si diceretur omne quod est album fuit nigrum, ibi album non restringitur ad presentes et preteritos sed tenetur pro presentibus tantum. Et si quis dicat quod in propositionibus de preterito et futuro terminus communis videtur ampliari ergo male dicitur quod restringitur. Ad hoc respondetur quod verbum de preterito vel futuro dicitur ampliari terminum in ordine ad suppositionem quam habet per se respectu verbi de presenti, sed dicitur restringere ipsum in ordine ad suppositionem quam haberet sine determinatione alicuius alterius termini restringentis. Vel aliter dicatur quod talis terminus nullo modo ampliatur, ad hoc enim quod aliquid terminus ampliatur non sufficit quod supponat pro presentibus et preteritis aut pro presentibus et futuris mediante verbo de preterito aut futuro, sed requiritur quod illud verbum ampliatiuum existens presentis temporis habeat virtutem ampliandi

## Tractatus quintus

quemadmodum hoc verbum potest.

### Sciendum est tercio q

restat alia difficultas. qualiter scz possunt contendi iste propositiones videns fuit cecus. puer fuit senex. et similes. cum tamen nunq habuerint nec possint habere aliquas propositiones de presenti veram sibi correspondentem. Ad quod respondetur primo q ad hoc q aliqua propositio de futuro vel futuro sit vera si illa habeat propositiones ad quas copulatio descendendo valeat consequentia ad inferiorem non oportet propositiones sibi correspondentem de presenti aliquando fore vel fuisse veram. sed sufficit q singulares illius de presenti correspondentes fuerint vere. Et quo sequitur q hec est vera. adam et noe fuerunt quibus hec nunq fuerint vera adam et noe sunt. alie enim fuerunt vere pro diversis temporibus. aday est. noe est. Et eodem modo diceretur de ista omnis homo fuit in ista domo. casu posito q omnes homines successively fuissent in ista domo. Secundo dicitur q ad hoc q aliqua propositio de preterito vel futuro sit vera non oportet q illa de presenti sibi correspondens in propria forma sit vera fuerit vera. nec etiam singulares eius. Sed sufficit q in illa de presenti ponatur pronomen demonstrativum de subiecto demonstrans illud pro quo supponebat subiectum illius de presenti vel preterito. ut ad hoc q hec sit vera album fuit nigrum non requiritur banc fuisse veram album est nigrum sed sufficit hac fuisse esse vera demonstrato illo pro quo supponebat album scz hoc est nigrum. Et similiter de istis puer fuit senex. cecus erit videns. meretrix erit virgo. et sic de alijs.

### Sed contra predicta arguitur

Primo sic. in hac propositione omnis homo est animal. verbum est presentis temporis et tamen subiectum non restringitur ad presentes ergo prima regula non est vera in qua dicit q tunc minor patet quia nullo homine existente illa est falsa et per consequens non esset necessaria.

Secundo arguitur sic. verbum de presenti restringit terminum ad presentia. ergo a simili verbum preteriti debet restringere ad preterita sola et verbum futuri ad futura. Tertio arguitur sic. cuiuslibet temporis una pars precedit aliam cum tempus sit divisibile. ergo una pars est preterita et alia futura. et per consequens presens tempus includit preteritum et futurum. et sic potest facere terminum teneri pro presentibus et preteritis. Quarto arguitur sic. verbum preteriti vel futuri temporis ampliat terminum ad presentia et futura. ergo sequitur q non restringit.

Ad rationes. Ad primam dicitur q ut patet illa regula et etiam alie debent

intelligi in predicationibus in quibus verbum non absoluitur a tempore. sic autem non est in propositionibus necessaries. Ad secundam dicitur q non est simile q presens est aliquid preteriti scz finis. et aliquid futuri scz principis. ita verba preterita restringunt ad presens et preteritum. et verba futuri ad presens et futurum. preteritum vero et futurum nec sunt finis nec principium ideo non est simile. Ad tertiam dicitur q cuiuslibet temporis divisibilis una pars est preterita ante q alia sit. sed tempus presens simpliciter dictum non est divisibile sed capitur pro presenti indivisibile. quare non includit preteritum et futurum. Ad quartam negatur antecedens quia verba preteriti et futuri temporis bene restringunt ut prius patuit.

Circa predicta queritur de hoc sophismate. Omne animal fuit in archa noe. Probatur homo fuit in archa noe. equus fuit in archa noe. ergo omne animal fuit in archa noe. Contra omne animal fuit in archa noe. sed cesar fuit animal. ergo cesar fuit in archa noe quod est falsum. ergo aliqua premissa est falsa. non minor ergo maior. q autem prima sit falsa patet per quandam regulam que dicit q terminus communis supponens vel apponens verbo de preterito simpliciter sumpto restringitur ad supponendum pro his que sunt vel fuerunt sub forma termini supponentis. Item alia est regula q si signum universale adveniat termino restricto distribuit ipsum pro omnibus illis ad que restringebatur. ergo cum dicitur omne ani-

## De restrictione.

mal fuit in archa noe. iste terminus animal supponit pro omni animali quod fuit in archa noe. quia non fuerunt omnia in archa noe ergo prima est falsa.

Item ad idem in hac propositione. omne animal quod tunc fuit. fuit in archa. iste terminus animal restringitur magis q in ista oratione omne animal fuit in archa noe. cum in prima plura supponantur. sed iste terminus animal restringitur ad ea que fuerunt tunc in illo tempore propter implicationem ibi positam. ergo solum illa que fuerunt in illo preterito tempore fuerunt in archa noe et non plura oportet q hec sit falsa omne animal fuit in archa noe. cum in ea plura animalia supponuntur. Solutio quidam dicunt q hec omne animal fuit in archa noe est duplex eo q potest fieri distributio pro singulis generum vel pro generibus singulorum primo modo est falsa. secundo modo est vera. quia quando fit distributio pro singulis generum tunc est distributio pro singulis individuis que sub eodem genere et sub eadem specie continentur. tunc oportet q omnia individua contenta sub anima

li fuissent in archa noe quod falsum est. Sed cum fit distributio pro generibus singulorum tunc solum est distributio pro generibus vel pro speciebus. sed non fuit aliqua species animalis que non fuit in archa noe. et illo modo est vera. Sed huic solutioni non acquiesco quia species animalis non fuit per se in archa noe sed tantum individuum unde illo tempore non habuit veritatem nisi pro singulis generum id est pro individuis et non pro generibus singulorum. Unde dico q propositio est falsa. et concedo omnes rationes adductas ad hoc. et probatio peccat sibi consequens ab insufficienti inductione. quia non accipit omnes partes distributionis que sunt sub subiecto istius propositionis omne animal fuit in archa noe.

Circa hunc textum notandum est primo q ad declarationem predictarum autor monet hoc sophisma omne animal fuit in archa noe. Et probatur sic bos fuit in archa noe. leo fuit in archa noe. et sic de alijs speciebus animalium. ergo omne animal fuit in archa noe. Improbatur sic. cesar est animal. ergo cesar fuit in archa noe. conclusio est falsa ergo aliqua premissa est falsa. non minor ergo maior que est sophisma. Illud autem sophisma diversimode solvunt. nam quidam antiqui dixerunt esse distinguendum eo q ibi potest fieri distributio pro generibus singulorum. i. pro speciebus. et sic ut dicunt sophisma est verum. Vel potest fieri distributio pro singulis generum. i. pro individuis et sic sophisma est falsum. Sed hanc solutionem reprobat autor. q



## Tractatus quintus

species animalis non fuerunt in archa noe. ergo ibi non potest fieri distributio pro speciebus animalibus. et per consequens non potest habere veritatem nisi pro singulis generibus. antecedens patet quia species non competit esse in loco nisi ratione individuum. Sed aliqui hanc solutionem volentes acquiescere dixerunt quod cum dicitur in fieri distributio pro speciebus non intenditur quod predicatum attribuitur speciebus sic quod non pro aliquibus individuis sed tunc dicitur fieri distributio pro individuis quando predicatum attribuitur cuiuslibet individuo cuiuslibet speciei. Et dicitur fieri distributio pro speciebus quando predicatum attribuitur vni individuo de vna specie et vni de alia et sic de alijs. Sed hec confirmatio non videtur valere. quia non est verum quod de qualibus specie animalis fuerit aliquod individuum in archa noe. et dato quod fuisset tempore diluuii nihilominus illa propositio fuisset falsa ut videbitur in sequentibus.

### Sciendum est secundo quod

illud sophisma aliter soluitur ab auctore et dicitur quod est simpliciter falsum. Et probatur dupliciter vno modo quod omnis terminus restrictus distribuitur per signum vniuersale ad omnia ad que est restrictus sed in hac propositione omne animal fuit in archa noe animal ibi restringitur ad animalia que sunt vel fuerunt. ergo dicitur omne animal animal ad que dicitur distribuitur generaliter pro omnibus animalibus que sunt vel fuerunt. et tamen multa sunt animalia que non fuerunt in archa noe ergo sophisma est falsum. Secundo sic animal pro pluribus distribuitur in ista propositione omne animal fuit in archa noe et in ista omne animal quod fuit tempore diluuii fuit in archa noe. eo quod in secunda parte restringitur et in prima. sed ista omne animal quod tunc fuit distribuitur pro animalibus que fuerunt tempore diluuii. ergo in prima distribuitur pro aliquibus alijs. Cum ergo sola animalia que fuerunt tempore diluuii fuerint in archa noe et adhuc non omnia ut de imperfectis ut puta de piscibus et vermibus sequitur quod sophisma est falsum.

### Sciendum est tercio quod

circa predicta oritur aliqua difficultas. Prima est verum signum vniuersale additum termino generico possit distribuere pro singulis generibus aut generibus singulorum. Et videtur quod possit distribuere pro generibus singulorum quia signum vniuersale est instrumentum intellectus ad distribuendum terminum cui additur. ergo si addatur termino generico poterit per intellectum ordinari ad distribuendum pro speciebus tantum. Ad hoc breuiter respondetur quod non potest fieri distributio pro generibus singulorum tantum. Quod probatur primo per philosophum in vna consideratione thopica dicitur

centum si aliquod predicatum assignetur in esse vniuersaliter termino generico oportet primo videre si sit instantia in speciebus deinde si sit instantia in aliquo individuo et si aliqua specie vel in aliquo individuo reperitur instantia destrictum est problematicum. ergo sequitur quod in omni propositione vniuersali predicatum denotat in esse omnibus individuis et cum omnibus speciebus si terminus distributus habeat species. Secundo sic in omni propositione vniuersali affirmatiua est dicitur de omni sed dicitur de omni est quando nihil est sumere sub subiecto de quo non dicitur predicatum. ergo in omni propositione vniuersali affirmatiua predicatum denotatur dicitur de quolibet supposito subiecti sed si fuerit solum distributum pro speciebus tunc predicatum non denotatur dicitur de quolibet supposito subiecti ergo propositio non est vniuersalis. Tertio sic si hoc esset verum sequeretur quod due contradictorie et due contrarie essent simul vere. sed hoc est falsum igitur. Tenet consequentia quod si fiat distributio pro speciebus istum hec erit vera omne animal fuit in archa noe. eo quod de quolibet specie animalis dicitur quod aliquod individuum quod non fuit in archa noe. et illa esset vera aliquod animal non fuit in archa noe. et sic due contradictorie et contrarie essent simul vere. Et quo patet distinctio data ab antiquis penes hoc quod est posse distribuere generibus singulorum vel pro singulis generibus non est sufficiens. Et sic sophisma est simpliciter falsum. Et ad illud quod obieciatur scilicet quod signum vniuersale est instrumentum intellectus. dicitur quod ex parte instrumenti signum vniuersale potest ampliari ad distribuendum genus pro speciebus vel individuis. non autem sic est ex parte audientis. quia de virtute sermonis nisi ponatur specialiter determinatio ad genus semper fit distributio pro individuis. Et notatur dicitur si non determinetur quod sic dicendo omne animal secundum speciem continet versus sexum. Nam in animali ratione de terminationis distribuitur pro speciebus. Secunda difficultas est verum tempus impositum per hoc verbum fuit distribuatur per signum vniuersale pro omni tempore preterito vel tuncatur in differenter et indeterminate siue distinctiue pro quolibet tempore preterito sicut in ista omne animal fuit in archa noe. Ad hoc respondetur quod in propositione affirmatiua tempus impositum per verbum nunquam distribuatur. Et causa est quia distributio signi vniuersalis nunquam agit nisi in terminum communem cui immediate adiungitur. In vniuersali vero affirmatiua nunquam tempus impositum per verbum distribuatur. Dicitur secundo quod in omni propositione negatiua tempus impositum per verbum distribuatur et fiat copulatiue pro omnibus suis partibus. Et quo se

## De restrictione.

quitur quod iste propositiones copulatiue sunt concedende adam fuit albus et adam fuit non albus antiphus erit existens. antiphus non erit existens. Nec valet ista consequentia adam fuit non albus ergo adam non fuit albus. eo quod ibi arguitur a non distributo ad distributum ex parte copule que non negatur in prima et tamen negatur in secunda.

### Sed contra predicta arguitur

primo sic. cuiuslibet contradictionis altera pars est vera. et sophisma est altera pars contradictionis. ergo sophisma est verum. Secundo arguitur sic. omnis propositio de preterito est vera que semel habuit vnam veram de presenti. sed ista omne animal fuit in archa noe habuit vnam de presenti veram. ergo hec est vera omne animal fuit in archa noe. Et confirmatur quia propositio aliquando fuit vera scilicet tempore diluuii. ergo ipsa adhuc est vera. tenet consequentia quia omnis propositio vera est necessaria. Tertio arguitur sic. tam rationale quod irrationale fuit in archa noe. sed omne animal est rationale vel irrationale. ergo omne animal fuit in archa noe. Quarto arguitur sic. sophisma non est propositio. ergo non est verum vel falsum antecedens patet quia in sophismate nullum est verbum presentis temporis. igitur.

### Ad rationes. Ad primam

dicitur quod in illo argumento non fit subsumptio sub subiecto distributionis. sed sub subiecto locutionis. et etiam plus predicatur in minore quod sit subiecto distributionis in maiore. Ad secundam dicitur quod negatur maior nisi intelligatur de propositionibus singularibus indefinitis et particularibus. non autem habet veritatem in alijs. minor etiam est falsa quia ista nunquam fuit vera omne animal fuit in archa noe. multa enim animalia imperfecta ut vermes et mures et que ex putrefactione generantur. similiter de perfectis ut pisces non fuerunt in archa noe. Et ad confirmationem dicitur quod illa nunquam fuit vera omne animal fuit in archa noe. Et cum dicitur ultra quod propositiones de preterito vere sunt necessarie conceditur si tales sunt singulares vel indefinite vel particulares de subiecto simplici. non autem si sint vniuersales. Ad tertiam dicitur negando consequentiam. quia ibi sunt duo defectus. Primus est quia arguitur maiore particulari in prima figura. Secundus est quia ex vna vniuersali et altera particulari inferitur vna vniuersalis.

Ad quartam dicitur quod in propositionibus de preterito et futuro non est veritas primo et per se. tamen in eis est bene veritas aut falsitas in ordine ad illas de presenti.

Solet etiam queri vtrum similiter restringuntur termini in propositione negatiua et affirmatiua. Dicunt aliqui quod non. quia esse restringit ad existens. et non esse ad non existens. ergo non pro eodem fit restrictio in affirmatiua et negatiua. Item videtur quod omnis negatiua in qua esse negatur simpliciter est falsa si similiter restringantur termini in propositione negatiua et affirmatiua. quia in hac propositione rosa est. iste terminus rosa restringitur ad existens. et si in hac rosa non est similiter restringatur ad existens. tunc est sensus quod rosa que non est. est. et hec est falsa ergo et hec rosa non est. et sic. quolibet negatiua in qua esse negatur est simpliciter falsa quod falsum est. ergo videtur quod non similiter restringuntur termini in propositione affirmatiua et negatiua. sed probatur quod similiter restringantur. quia si in hac propositione homo est iste terminus homo restringitur ad existens. et in hac nullus homo est ad non existens. ergo vtraque est vera. quia de existentibus vere predicatur esse et de non existentibus remouetur esse. ergo contradictorie sunt similiter

## Tractatus quintus

vere quod est impossibile. ergo illud etiam ex quo sequitur est impossibile scilicet quod non similiter restringatur termini in affirmativa et negativa. Item regula est quod omne verbum simpliciter sumptum non habens vim ampliandi nec a se nec ab alio restringit terminum supponentem quoad connotationem que est tempus. et non quoad significationem. ergo tempus est causa restrictionis illius. sed idem tempus est in affirmativa et negativa sibi opposita ut rosa est nulla rosa est. ergo eadem est causa restrictionis in utraque. et ergo pro eodem fit restrictio in utraque. et hec argumenta concedimus. Ad hoc quod primo obicitur est dicendum quod esse non restringit ad existens. et non esse non restringit ad non existens. sicut nec hoc verbum curro ad currentes. quia nullum verbum restringit sibi terminum supponentem quoad connotationem que est tempus. unde non restringit ad supposita existentia sed presentia. supposita enim presentia possunt esse in aliquibus terminis tam existentia quam non existentia ut cum dico enun-

ciabile est. enunciabile supponit tam pro existentibus quam non existentibus. Omnia autem enunciabilia que sunt falsa in presenti sunt presentia sed non existentia quia nullum falsum est et sic esse non restringit ad existentia sed ad presentia cum idem tempus sit utrobique quod est causa restrictionis. Ad aliam dicendum est quod duplex est forma termini communis. quedam est que salvatur in rebus existentibus tantum ut humanitas que est forma hominis. et animalitas que est forma animalis. et in talibus omnia supposita presentia sunt existentia. Alia est forma termini communis que salvatur tam in rebus existentibus quam non existentibus ut enunciabilitas que est forma enunciabilis. quia quedam sunt enunciabilia existentia ut deum esse. et omnia vera. et alia sunt non existentia ut hominem esse a sinu et omnia falsa. Et in talibus non restringitur terminus communis ad existentia. sed restringitur tam ad existentia quam ad non existentia. Unde istius propositionis rosa non est. non est sensus rosa que est non est. sed est sensus rosa aliter sumpta quam in presenti

## De restrictione.

non est. Solet autem poni quod quedam restrictio fit ab usu ut cum dicitur nihil est in archa. quavis plena sit aere. quia iste terminus nihil supponit ab usu pro rebus solidis siue firmis. et rex pro rege patrie. et magister legit pro magistro proprio.

Solet etiam poni quod quedam restrictio fit per transitionem verbi ut cum dicitur sortes pascit hominem. iste terminus homo supponit pro alio a sorte virtute transitionis verbi quod dans et recipiens debent esse diversa. et ideo si aliquando sint eadem hoc tamen est per accidens quia per hoc quod idem subiectus est utriusque sicut idem est dux et comes secundum accidens. Unde dicunt quod non sequitur sortes pascit seipsum. et ipse est homo. ergo pascit hominem quod est fallacia accidentis. quia hoc pro nomen se non potest supponere pro diversis a sorte. sed homo bene potest.

Circa hunc textum notandum est primo quod in fine huius tractatus auctor querit dubitative utrum scilicet termini similiter restringantur in propositione affirmativa et negativa. Et primo probat quod non duabus rationibus antiquorum. Prima est sicut se habet esse ad existentes ita non esse ad non existentes. sed esse restringit ad existentes ergo et non esse ad non existentes. et per consequens termini non eodem modo restringuntur in affirmativa et negativa. Secunda ratio est si termini eodem modo restringerentur in affirmativa et negativa sequeretur quod propositio negati-

na in qua negaretur esse simpliciter esset falsa et includens contradictoria. sed hoc est manifeste falsum igitur. Prima consequentia patet quia si rosa eodem modo restringeretur in illa rosa est sicut in illa rosa non est. tunc sicut rosa in affirmativa stat pro existentibus ita in negativa et per consequens sensus in illa negativa rosa non est esset hic rosa que est non est. sed ille sensus est falsus et includens contradictoria igitur.

### Sciendum est secundo

quod auctor respondendo ad illam dubitationem probat quod termini eodem modo restringuntur in affirmativa et negativa. et probat hoc duabus rationibus. Prima est si termini non eodem modo restringerentur in affirmativa et negativa sequeretur quod due contradictorie essent simul vere. sed hoc est impossibile igitur. Prima consequentia patet quia hec est vera omnis homo est eo quod homo tenetur solum pro existentibus de quibus vere affirmatur hoc verbum est. similiter hec esset vera homo non est. quia homo restringitur ad non existentes de quibus vere negatur hoc verbum est. Secundo sic probatur quia causa restrictionis est tempus connotationem per verbum. sed in affirmativa et negativa manet idem tempus ergo etc. Consequenter auctor solvit duas rationes antiquorum per quas probant terminos non restringi. similiter in affirmativa et negativa pro quarum solutione ponit duas suppositiones. Prima est hoc verbum est non restringit ad existentes sed ad presentes tantum. patet sic quia ut dictum est verbum non restringit quoad significationem principalem sed solum quoad connotationem. sed significatio huius verbi est esse et tempus presentis dicitur esse connotatum per illud verbum est ergo non restringit ad existentes sed ad presentes. Secunda suppositio non omnia supposita presentia sunt existentia sed quedam sunt existentia quedam non existentia. multa enim sunt enunciabilia presentia que tamen non sunt existentia. puta homines esse a sinu est enunciabile presentis. et tamen non est enunciabile existens eo quod nullum falsum existit. Similiter mortuus habet plura supposita presentia et tamen nulla habet existentia. Unde illa dicuntur presentia de quibus terminus communis affirmatur mediante verbo de presenti. sicut enunciabile enunciat de hoc enunciabili homo est a sinu. dicendo homo est a sinu est enunciabile. Similiter mortuus dicitur de cesare dicendo cesar est mortuus. sed illa dicuntur supposita existentia de quibus affirmatur hoc verbum est secundum adiacens. Ex quibus patet solutio primi argumenti. Pro solutione secundi supponitur primo quod duplex est forma termini communis quedam est que invenitur tam in suppositis existen-

## Tractatus quintus

abus & non existentibus. et in talibus sunt supposita presentia que non sunt existentia. Alia est forma termini communis que saluatur in existentibus ut humanitas que est forma hominis. animalitas que est forma animalis et in talibus supposita presentia sunt existentia quia tales forme solus saluantur singulariter in suppositis existentibus. Et potest addi tertium membrum scilicet quod quedam est forma termini communis que saluatur in non existentibus ut mortuum et generandum et in talibus nunquam supposita presentia sunt existentia. de restrictione vero visuali dictum est prius sufficienter.

### Sciendum est tertio quod

de hoc predicto dubio fuerunt diuersae opinionēs dixerunt enim aliqui ut visum est quod termini non eodem modo restringuntur in affirmatiua et negatiua. Tamen autor dicit terminos eodem modo restringi in propositionibus de presenti tam affirmatiuis quam negatiuis quoad presentia et non existentia. Dicitur ultra quod aliqua sunt supposita presentia que non sunt existentia et hoc patet ex dictis. Alii vero dixerunt terminos eodem modo restringi in affirmatiua et negatiua. et quod in propositione de presenti primo restringitur quoad presentia et ex consequenti quoad existentia. et dicunt quod omnia supposita presentia sunt existentia. Et pro solutione rationis supponunt quod omnis propositio affirmatiua de presenti presupponit ad sui veritatem dicitur unius copulatiue compositae ex duabus categoricis in quarum prima affirmatur subiectus illius propositionis de hoc termino aliquid mediante hoc verbo est. et in secunda affirmatur predicatum de hoc relativo illud demonstrando illud pro quo supponebat subiectum prime categorice. Ut ad veritatem istius homo est currens requiritur veritas illius copulatiue aliquid est homo et illud est currens. Si tamen propositio sit vniuersalis oportet quod in secunda categorica predicatus affirmetur vniuersaliter de omni illo pro quo fiebat verificatio prime categorice. Sed ad falsitatem negatiue sufficit falsitas alterius parti copulatiue. unde ad veritatem huius homo non currit requiritur et sufficit quod hec disiunctiua sit vera. est homo vel aliquid quod est homo non currit. Et quo infertur quod sicut in affirmatiua significatur quod subiectum affirmatur de aliquo per verbum de presenti et de eodem affirmetur predicatum. ita et in negatiua significatur subiectum de nullo verificari per verbum de presenti vel predicatum negari de aliquo de quo affirmatur subiectum. Et sic sicut ad veritatem affirmatiue requiritur veritas vnius copulatiue. ita ad veritatem negatiue sufficit veritas vnius disiunctiue compositae ex partibus contradicentibus partibus copula-

tive. Secundo sequitur quod sensus huius rosa est non est iste rosa que est est. sed est talis. aliquid est rosa et illud est. Similiter sensus negatiue scilicet huius rosa non est non est iste quod rosa que est non est. sed est iste nihil est rosa vel aliquid quod est rosa non est. Et sic patet quid et quomodo debeat respondere ad questionem.

### Sed contra predicta arguitur

Primo sic. terminus non similiter ampliatur in affirmatiua et negatiua. ergo nec restringitur. antecedens patet quia cum dicitur homo potest esse ibi homo sicut pro presentibus et futuris solum. sed cum dicitur homo non potest esse ibi homo ampliatur ad supposita cuiuslibet temporis. Secundo arguitur sic. Si in negatiua terminus eodem modo restringatur sicut et in affirmatiua sequeretur quod omnis propositio negatiua in qua predicatur esse simpliciter includeret contradictionem sed hoc est falsum. ergo. Tertio arguitur sic. ista consequentia est bona nullus homo currit ergo cesar non currit. sed si homo restringatur in antecedente ad presentes consequentia non valeret. igitur et cetera. Quarto arguitur sic. significatio est magis intrinseca verbo quam con significatio. ergo si vnus restringatur ad con significationem restringet etiam quoad significationem et ita restringet ad presentes. igitur et cetera.

### Ad rationes. Ad primam

dicitur quod hoc verbum potest potest ampliare ratione sue significationis. sed non potest restringi nisi ratione con significationis ideo non potest esse simile de ampliatione et restrictione et sic non valet consequentia. Ad secundam dicitur negando consequentiam quia restrictio ad presentes non significatur per hoc verbum est quod affirmatur de subiecto. sed significatur per hoc quod subiectum affirmatur de aliquo mediante hoc verbo est ut patuit. Ad tertiam negatur minor quia quantum cesar non sit presens: significatur tamen ibi ut presens ratione verbi presentis temporis cui supponit. Ad quartam negetur consequentia eo quod restrictio semper debet fieri per illud quod est magis determinatum. con significatum autem non est magis determinatum quam significatum. diuersa enim tempora eiusdem verbi non distinguuntur per significationem sed solum per con significatum. ideo verbum potest restringi quoad con significationem que est tempus et non quoad significationem. Et hec de restrictione dicta sufficienter.

### Sequitur tractatus sextus de distributionibus.

## De distributione.

**D**istributio est multiplicatio termini communis per signum vniuersale facta. ut cum dicitur omnis homo. iste terminus homo distribuitur siue confunditur pro quolibet suo inferiori per hoc signum omnis. et sic est ibi multiplicatio. Dico autem termini communis. quia terminus singularis non potest distribui. unde de iste sunt incongrue omnis fortes omnis plato et sic de alijs. et sic ibi est soloecismus per partes orationis. Signorum vniuersalium alia sunt distributiva substantie ut omnis nullus. alia sunt distributiva accidentium ut qualis quantus. Signum autem distributum substantie distribuit res se habentes per modum eius quod est quid. ut omnis nullus. ut cum dicitur omnis albedo omnis nigredo. Substantia autem communiter sumitur ad res cuiuslibet generis. ut cum dicitur signum distributum substantie. Signum distributum accidentis est quod distribuit res se habentes per modum qualis vel quantum. ut qualiscumque quantumcumque.

Item signorum distributivorum substantie alia sunt distributiva partium integralium ut totus. alia sunt distributiva partium subiectarum ut omnis nullus. Item signorum distributivorum partium subiectarum alia sunt distributiva duorum ut vter neuter. alia sunt distributiva plurium ut omnis nullus et similia.

Iste est sextus tractatus partium logicalium in quo postquam Petrus hispanus determinauit de ampliationibus et restrictionibus. consequenter autor determinat de distributionibus. Ratio ordinis est quia ampliano et restrictio fiunt per adiectiua que dicuntur dispositiones subiecti absolute. Distributio vero fit per adiectiua que dicuntur dispositiones subiecti in ordine ad predicatum. Et quia dispositiones reales et absolute sicut album et nigrum precedunt dispositiones respectiua que sunt dispositiones modorum siue intentionum per quas quidem dispositiones fit distributio ideo patet ordo. Et primo definitur distributio sic. Distributio est multiplicatio termini communis per signum vniuersale facta. Et ponitur multiplicatio loco generis Deinde ponitur termini communis ad differentiam terminorum discretorum quibus non potest addi signum vniuersale. Iste enim sunt incongrue omnis fortes omnis plato et similes. Et ponitur per signum vniuersale facta ad ostendendum causam instrumentalem distributionis. Intellectus enim est principale distribuens. et signum vniuersale est instrumentum mediante quo intellectus distribuit terminum communem. Non est tamen intelligendum quod distributio solum fiat per signum vniuersale. potest enim fieri per negationem et per multas alias dictiones virtutes signi vel negationis includentes. Sed tamen dicitur in definitione per signum vniuersale quia distributio primo conuenit signis vniuersalibus. alijs vero non primo conuenit sed ex consequenti.

Et non accipitur multiplicatio in illa definitione pro multiplicatione reali. sed intentionali. cum non oporteat quod ibi sit vera et actualis.

## Tractatus sextus

multiplicatio sed sufficit ibi esse multiplicatio-  
nem scdm modum et conditionem. cum enim  
dicatur omnis sol lucet. ibi sol nō multiplicatur  
actualiter cum non habeat actu plura supposita.  
sed solum multiplicatur s<sup>o</sup> modum. denota-  
tur enim ibi q<sup>d</sup> de quocumq<sup>ue</sup> dicitur sol de illo di-  
citur lucere. nec denotatur q<sup>d</sup> sol sit actualiter di-  
uisus per plura supposita. oportet enī sub hac  
condicione q<sup>d</sup> si sol sit in plurib<sup>us</sup> q<sup>d</sup> lucere pluri-  
bus conuenit. Non tamen est negandum predi-  
catum actualiter dici et sine conditione de sub-  
iecto cum sit propositio categorica sed non di-  
citur de pluribus suppositis si subiectum non  
habeat plura supposita. Et vltimus aduer-  
tendus est q<sup>d</sup> distributio dupliciter sumitur. Vno  
modo actiue et sic conuenit signo vniversali tan-  
q<sup>uam</sup> instrumēto. Alio modo passiue et sic conuenit  
termino cōmuni distributo seu distribuibili.

### Sciendum est primo q<sup>d</sup>

ad distributionem quatuor concurrunt. primus  
est causa efficiens. et hec est duplex vt dictum est  
Secundum est terminus cōmuni super quem  
cadit distributio. Tertius est illud pro quo fit di-  
stributio scz suppositum vel supposita. Quartus  
est illud respectu cuius fit distributio vt facilius  
videri possit cuiuslibet inuenit in qualibet propo-  
sitione. Et si quis querat quare fuerunt inue-  
ta signa vniversalia. Respondetur q<sup>d</sup> quatuor  
de causis. Primo enim fuerunt inuenta vt facili-  
us possit exprimi mentis conceptus. facilius enī  
exprimitur omnem hominem currere per hanc  
propositionem omnis homo currit q<sup>uam</sup> per istas  
fontes currit plato currit et sic de similibus. Se-  
cundo inuenta sunt ad cognoscendum differen-  
tias inter diuersas suppositiones. scz determina-  
tam que fit per signum particulare. et confusam  
que fit per signum vniversale. Tertio ad habend-  
um contradictiones quia cuiuslibet contradic-  
tionis simpliciter oportet alteram esse vniversa-  
lem. Quarto propter filiosismum eo q<sup>d</sup> in omni  
filiosismo oportet aliquam p̄missarum esse vni-  
uersalem.

### Sciendum est secundo

q<sup>d</sup> distributio habet diuidi s<sup>o</sup> diuisionem signi  
rum distributiois eo q<sup>d</sup> causatur per signa vni-  
uersalia vt dictum est. et ideo ad habendum di-  
stributionem aucto diuidi signa vniversalia di-  
cens q<sup>d</sup> signorum distributiois quedam sunt  
distributiva substantie vt omnis quilibet null<sup>us</sup>.  
alia sunt distributiva accidentis vt qualiscunq<sup>ue</sup>  
totiens quotiens et sic de alijs. Et dicuntur  
distributiva substantie non quia solum distri-  
buant pro rebus de predicamentis substantie.  
sed quia distribuunt rem se habentem per mo-

dom substantie. Similiter signa distributiva ac-  
cidentis distribuunt rem se habentem per mod-  
um accidentis seu alteri adiacentis. Alijs enī dicitur  
q<sup>d</sup> huiusmodi signa dicuntur distributiva sub-  
stantie eo q<sup>d</sup> in distribuendo non connotant ali-  
quam qualitatem accidentalem capiēdo quali-  
tatem pro quadam dispositione accidentali. sed  
dicuntur distributiva accidentis quia in distri-  
buendo connotant aliquam dispositionem acci-  
dentalem vt facile est videre vbi talia signa pos-  
suntur.

### Sciendum est tercio q<sup>d</sup>

signa distributiva substantie subdividuntur. q<sup>uod</sup>  
quedam sunt distributiva respectu partium inte-  
gralium vt totum. Alia sunt distributiva respec-  
tu partium subiectuarum vt nullus vterq<sup>ue</sup>. Et  
hec inter se differunt quia distributiva partium  
integralium possunt distribuere pro partibus in-  
tegralibus. Signa vero distributiva pro parti-  
bus subiectiuis solum debent addi termino vni-  
uersali. Et quis singulare potest esse totum inte-  
grale sed non totum vniversale ideo quatuorq<sup>ue</sup>  
adduntur sibi signa distributiva partium inte-  
gralium vt cum dicitur totus solus est albus.

Item signa distributiva partium subiectiuis  
rum subdividuntur. quia quedam sunt distribu-  
tiva duorum tantum vt neuter et vterq<sup>ue</sup>. Alia sūt  
distributiva plurium vt omnis nullus quilibet  
et c. Et omnium istorum quedam sunt affirmati-  
ua quedam vero negatiua. inter que aucto pri-  
mo determinat de signis affirmatiuis distribu-  
tuis substantie pro partibus subiectiuis.

### Sed contra predicta ar-

guitur primo sic. signum vniversale non multu-  
plicat terminum cōmuni quantum ad voces.  
ergo nec quantum ad significationem cui nihil  
aliud sit in termino cōmuni. ergo male dicitur  
distributio est multiplicatio termini cōmuni.

Secundo arguitur sic. dicendo totus solus  
currit vel totus solus est minor solus ibi solus  
distribuitur. et tamen non est terminus cōmuni  
nis ergo et cetera. Tertio arguitur sic. in  
hac propositione rosa est pulcherrimus florum  
iste gentius florum distribuitur et tamen non  
fit per signum vniversale. ergo male dicitur per  
signum vniversale facta. Quarto sic. acci-  
dens diuiditur et multiplicatur ad diuisionem  
suorum subiectorum. ergo eade signa que mul-  
tiplicant et distribuunt substantiam distribuunt  
et multiplicant accidentis. ergo signum distribu-  
tuum substantie et accidentis coincidunt. ergo  
diuisio mala.

### Ad rationes. Ad primā

## De distributione.

dicitur q<sup>d</sup> signum vniversale addit termino cō-  
muni non multiplicat significationem termini  
s<sup>ed</sup> le et absolute sic q<sup>d</sup> faciat habere terminum cō-  
muni plures significationes. sed multiplicat  
illam significationem in ordine ad supposita ideo  
potest dici q<sup>d</sup> multiplicat terminum cōmuni  
quoad significationem s<sup>ed</sup> q<sup>d</sup> illa suppositio est  
in suppositis. Ad secundam dicitur q<sup>d</sup> solus  
et quilibet termin<sup>us</sup> discretus potest distribu-  
i in omnes partes integrales: non tamen in par-  
tes subiectiuis. et eode modo quo distribuuntur  
erit cōmuni cōmunitate totalitatis et continen-  
tie. Ad tertiam dicitur q<sup>d</sup> ille gentius flo-  
rum distribuitur virtute negationis inclase in il-  
lo superlatiuo pulcherrimus. quia primo habet  
negare et ex consequenti distribuere. Ad  
quartam dicitur q<sup>d</sup> accidens multiplicatur scdm  
numerum ad multiplicationem suorum subiecto-  
rum sed non s<sup>ed</sup> speciem. ideo signum subiecto-  
rum substantie facit ex consequenti multipli-  
cationem accidentis s<sup>ed</sup> numerum. sed in distri-  
buendo accidentis distincta s<sup>ed</sup> speciem alia sig-  
na requiruntur.

Horum autem signorum pri-  
mo dicendum est de signis di-  
stributivis substantie. et inter hec  
primo de hoc signo omnis.

Sciendum q<sup>d</sup> omnis in plura  
li numero dupliciter sumitur.  
Vno modo collectiue. vt om-  
nes apostoli dei sunt duodecim  
non sequitur ergo isti apostoli  
dei sunt duodecim demonstra-  
tis aliquib<sup>us</sup> de ipsis. Alio mo-  
do sumitur distributue vt hic  
omnes homines naturaliter sci-  
re desiderant. Et tunc queri-  
tur quid significat hoc signum  
omnis. Et videtur q<sup>d</sup> nihil sig-  
nificet quia omnis res aut est  
vniversalis aut particularis. s<sup>ed</sup>  
hoc signum omnis non signifi-  
cat rem vniversalem vel parti-

cularem. ergo nullam rem sig-  
nificat. Item ad idem. omnis  
neq<sup>ue</sup> est predicabile d vno neq<sup>ue</sup>  
de pluribus. ergo nec ē vniver-  
sale vel particulare. et sic nihil  
significat. Sed cōtra ab eo  
q<sup>d</sup> res est vel non est oratio dici-  
tur vera vel falsa. ergo si om-  
nis nihil significet propter ap-  
positionem vel remotionem ei<sup>us</sup>  
non causabitur veritas vel fal-  
sitas in oratione. sed hec est ve-  
ra animal est homo. ergo et hec  
omne animal est homo quod ē  
falsum ergo et prima scilicet q<sup>d</sup>  
omnis nihil significat. Solu-  
tio. Ad dubium dicitur q<sup>d</sup> om-  
nis non significat vniversale s<sup>ed</sup>  
vniversaler. quia facit termin-  
num cōmuni suum stare pro  
omnibus suis inferioribus. vt  
omnis homo currit. et sic omnis  
significat aliquam rem. Sed du-  
plex est res. quia quedam ē res  
subicibilis vel predicabilis. vt  
homo animal currit disputat. et  
sic verum est q<sup>d</sup> omnis nihil sig-  
nificat quia quelib<sup>et</sup> talis res aut  
est vniversalis aut particularis  
Alia est res que ē dispositio rei  
subicibilis vel predicabilis. et  
talem rem significat hoc signū  
omnis. et tam ab ista re q<sup>uam</sup> ab  
alia causat veritas vel falsitas



## Tractatus sextus

in oratione. Obicitur autem quod omnis non significat dispositionem rei subiacibilis. quia in silogismo medium debet reiterari cum suis dispositionibus in minori propositione. ergo debemus silogizare sic. omnis homo est animal. fortes est omnis homo. ergo fortes est animal. quia omnis est dispositio in maiori propositione. ergo debet reiterari in minori quod est falsum ergo omnis non est dispositio subiecti. Solutio. sicut pater duo dicit scilicet illud quod est pater. et pater inquantum pater. Similiter subiectum duo dicit scilicet illud quod est subiectum et subiectum inquantum subiectum. et secundum hoc est duplex dispositio subiecti. quia quedam est dispositio illius rei quod est subiectum ut albus niger. et sic de talibus dispositionibus actualibus. et iste debent reiterari in minori propositione cum medio. Alia est dispositio subiecti scilicet subiecti inquantum subiectum videlicet in ordine ad predicatum. ut omnis nullus et omnia signa tam vniuersalia quam particularia. et talis dispositio non debet reiterari cum medio in minori propositione: quia est re-

spectina disponit enim subiectum in comparatione ad predicatum. ut cum dicitur omnis homo albus currit. ista dispositio albus debet reiterari in minori propositione cum medio cum sit dispositio eius quod est subiectum quia est absoluta. Ista autem dispositio omnis non debet reiterari. quia est respectiva subiecti ad predicatum. et ita subiecti inquantum subiectum est. unde debemus dicere sic omnis homo albus currit. fortes est homo albus. ergo fortes currit et non fortes est omnis homo albus.

Circa hunc tertium notandum est primo quod consequenter auctor determinat in speciali de signis distributivis. et primo de hoc signo omnis eo quod est signum distributivum substantie affirmatiue pro partibus subiectiuis. Et circa ipsum includunt aliquae difficultates. Prima est utrum possit distribuere pro singulis generum et etiam pro generibus singularium. Ad quam dicendum est ut prius patuit quod hoc signum omnis de rigore sermonis nunquam distribuit pro speciebus terminis cui adiungitur sic quod non pro omnibus individuis eius. Et causa potest assignari quia tales propositiones sunt de omni denotantes predicatum inesse subiecto pro omnibus suis suppositis ergo etc. Vltimus potest dici quod aliquando aliquae propositiones habent sensum autem et non de rigore sermonis possunt accipi pro generibus singularium ita quod hoc signum omnis distribuit pro speciebus sic quod non pro omnibus individuis specterum quia nisi sic multae propositiones viderentur falsae quae tamen propter hoc admittuntur. Secunda difficultas est utrum hoc signum omnis nunquam teneatur collectivae aut possit teneri collectivae vel distributivae. Ad quam dicitur primo quod illud signum omnis nunquam teneatur collectivae in singulari numero. et hoc patet ex intentione philosophi dicentis. nam predicatum vltis affirmatiue vere denotat semper inesse cuiuslibet supposito subiecti. Secundo dicitur quod hoc signum omnis

## De distributione.

in plurali numero aliquando teneatur collectivae et aliquando distributivae. unde quando teneatur distributivae tunc significat quod predicatum dicitur de quolibet de quo est verificabile subiectum in plurali numero. sed quando teneatur collectivae significat quod predicatum dicitur de omnibus simul sumptis de quibus dicitur subiectum. Ex quo patet quod hoc signum omnis in ista propositione omnes apostoli dei sunt duodecim si omnes tenentur collectivae tunc ista propositio est vera. est enim sensus quod isti apostoli deinde stratis oibus simul sumptis sunt duodecim. sed si ly omnis teneatur distributivae est falsus quia sensus est de quibuscunque vox est dicere quod sunt apostoli dei de illis dicitur sunt duodecim. et ita cum petrus et paulus sint apostoli si ista esset vera sequeretur quod petrus et paulus essent duodecim.

### Sciendum est secundo

quod tertia difficultas est utrum hoc signum omnis aliquid significet. Et arguitur quod non duobus rationibus. Prima est omnis res autem est vniuersalis aut particularis. sed hoc signum omnis non significat rem vniuersalem aut particularem ergo nihil significat. Secunda ratio est quicquid significat aliquid est vel particulare. sed omnis non est vel aut particulare. ergo omnes nihil significat minor probatur quia omnes nec predicatur de vno nec de pluribus nec alteri subicitur ergo etc. In oppositum arguitur hac ratione. omne illud aliquid significat per cuius additionem vel remotionem causa tur veritas vel falsitas in oratione. sed sic est de hoc signo omnis. ergo hoc signum omnis aliquid significat. maior patet quia oratio dei vera quae significat esse sicut est vel non esse sicut non est. sed si hoc signum omnis non significaret tunc per additionem eius vel remotionem oratio non mutaret suum significatum ergo nec veritatem nec falsitatem. minor patet quia haec est vera animal est homo. si autem ei apponatur signum vniuersale dicendo omne animal est homo ipsa erit falsa. ergo. Ad hanc dubitationem respondet auctor quod duplex est res. quedam est res subiacibilis vel predicabilis ut homo animal et substantia et sic de similibus. et omnis talis est vniuersalis vel particularis. Alia est res quae est dispositio rei subiacibilis vel predicabilis et talem non oportet esse vniuersalem vel particularem. Iste suppositus dicitur de hoc signo omnis quod non significat rem vniuersalem vel particularem. sed bene significat dispositionem rei vniuersalem. significat enim vniuersaliter quod significat terminum cui adiungitur teneri vniuersaliter pro quolibet supposito suo et ita dicitur de omnibus alijs signis.

### Sciendum est tercio quod

ex illa vltima difficultate ponitur alia difficultas quae talis est. Utrum hoc signum omnis sit dis-

positio absoluta vel respectiva. et si sit respectiva utrum sit in ordine ad predicatum vel in ordine ad supposita. Pro quo est advertendum quod duo sunt modi dicendi. Dicunt enim aliqui quod hoc signum omnis non est dispositio subiecti in ordine ad predicatum sed est dispositio subiecti ut est vniuersale ad sua supposita. significat enim ipsum teneri pro omnibus suis suppositis non habendo respectum ad predicatum. Quod non sit dispositio subiecti in ordine ad predicatum probatur sic. quia si hoc esset verum sequeretur quod non posset addi termino nisi in propositione posito quod tamen est falsum quia bene dicitur sic omnis homo omne animal et sic de alijs. Secundo sic hoc signum omnis est dispositio vniuersalis ut est vniuersale. ergo non est dispositio subiecti ut subiectum sine subiecti in ordine ad predicatum. antecedens patet quia non convenienter potest addi cuiuslibet termino singulari siue ponatur a parte subiecti siue a parte predicati ergo est dispositio vniuersalis ut vniuersale est. Alius est modus dicendi pro quo supponitur quod duplex est dispositio subiecti. nam subiectum potest accipi dupliciter. vno modo potest accipi inquantum subiectum et sub ratione subiecti. alio potest accipi pro eo quod est subiectum et fundamentaliter siue pro substrato. Et sic hoc duplex est dispositio. quaedam enim est eius inquantum est subiectum et illa est respectiva. alia est eius quod est subiectum ut albam nigrum et similia. et talis dispositio dicitur absoluta. Unde dispositiones absolute dicitur quae disponunt terminum absolute et non in ordine ad alterum nec ut est pars propositionis. scilicet subiectum aut predicatum et talis debet resolui in silogismo. Ille vero dicuntur respectivae quae disponunt subiectum vel predicatum inquantum huiusmodi et ut sic subiectum importat respectum ad predicatum ideo tales dispositiones vocantur respectivae quia disponunt vnum terminum in ordine ad alium. Quibus positis dicitur primo quod hoc signum omnis non disponit subiectum sic se et absolute. Probat primo quia omnis dictio absoluta debet reiterari cum medio silogismi in minori propositione. sed omnis non reiteratur cum medio igitur etc. minor patet quia nos dicimus omnis homo est animal. omne risibile est omnis homo ergo omne risibile est animal. Secundo probatur quia hoc signum omnis disponit subiectum in ordine ad predicatum. patet sic quia hoc signum omnis denotat propositionem vniuersalem eo quod additur ad subiectum. Dicitur vltimus quod omnis non est adequata dispositio subiecti inquantum subiectum est eo quod potest addi cuiuslibet subiecto. nec est inadequata dispositio vniuersalis inquantum vniuersale est quia quando vniuersale ponitur a parte predicati tunc videtur dispositio absoluta

## Tractatus sextus

quia debet resumi in silogismo. Ultra dicitur qd  
omnis est dispositio vniuersalis nō ratione qua  
est vniuersale nec ratione qua est subiectum vni:  
sed ratione vniuersalis, non enim solum significat  
subiectum teneri pro omnibus suis suppositis  
sed cum hoc comparat subiecta eius ad predica  
tam eo qd significat predicatum inesse subiecto  
pro quolibet eius supposito.

### Sed contra predicta ar

guitur primo sic. numerus singularis ē magis  
collectiuus qd numerus pluralis. sed omnis in  
singulari numero non potest accipi collectivē ut  
dicitur est. ergo nec in plurali. Secundo ar  
guitur sic. distributio est multiplicatio termini  
cōmuni per multa supposita. sed hoc signum  
omnis in plurali numero semper denotat termi  
num teneri pro multis suppositis. ergo in plura  
li numero denotatur teneri distributivē. Ter  
tio arguitur sic. modus significandi non variat  
significatum. ergo siue omnis sit pluralis nume  
ri siue singularis semper tenetur distributivē.

Quarto arguitur sic. hoc signum nullus et  
quilibet habent virtutem restringendi terminus  
cui adiunguntur pro omnibus suppositis deter  
minatis scilicet pro viris. ergo significant dispo  
sitiones absolutas et per consequens debent rei  
terari in silogismo cum medio.

### Ad rationes. Ad primā

dicitur qd quāvis numerus singularis ratione  
vntatis sit magis collectivus qd pluralis tamen  
pluralis est magis collectivus ratione plurali  
tatis. in collectione enim sunt duo scilicet vntas  
et pluralitas. modo pluralitas principalior ē vnt  
tate ratione collectionis. Ad secundam di  
citur qd omnis in plurali semper denotat termi  
num teneri pro multis suppositis. sed quando  
qd denotat multa coniunctim accepta stare sub  
ipso predicato. ita qd illud predicatum non con  
uenit illis pluribus diuisim sumptis ut scilicet  
in istis propositionibus omnes apostoli dei sūt  
duodecim. omnes homines trahunt nauem.  
Quandoq; vero denotat illa multa diuisim stip  
ta stare sub predicato sic qd illi predicato inest p  
se sumpto ut hic omnes homines natura scire  
desiderant non potest teneri collectivē sed distri  
butivē.

Ad tertiam dicitur qd negatur con  
sequentia quia licet omnis idem significet si col  
lectivē vel distinctivē tenetur quia scilicet sig  
nificat terminum teneri pro omnibus: hoc tamē  
est diversimode ut supra visum est. Ad  
quartam dicitur qd nullus et quilibet ratione suo  
rum modorum significandi significant dispo  
sitionem absolutam et restringunt quoad configu  
rationem. si vero sumatur sub ratione signi di  
stributivē distribuentis non significat dispositi

onem absolutam vel respectivam.

Abito quid significet  
hoc signum omnis et  
cuius dispositionem

significet. consequenter queri  
tur vtrum omnis exigit tria ap  
pellata. Et videtur qd sic. quia  
omnis perfectio est in tribus ut  
habetur primo celi et mundi. et  
sic omne perfectum est in tribus  
sed omnes perfectum idem sūt  
ut habetur ibidem. ergo omne  
est in tribus. ergo omnis vult  
habere tria appellata. Ad idē  
dicit Aristoteles in eodem lo  
co qd de duobus viris non dici  
mus omnes sed de tribus viris  
dicim⁹ omnes. ergo omnis vult  
habere tria appellata. Sed  
contra in qualibet demonstra  
tione sunt propositiones vni  
uersales. sed demonstrationes  
fiunt ex sole et luna. ergo oportet  
dicere omnis sol omnis lu  
na. sed sol non habet nisi vni  
cum suppositum et similiter lu  
na. ergo omnis non vult habe  
re tria appellata. Ad idem om  
ne privatum lumine a terre ob  
iectu deficit. hec propositio est  
concessa cum habeatur ab au  
torib⁹. sed oē privatum lumine  
a terre obiectu nō habz nisi vni  
cum suppositum scz hęc lunaz

## De distributione.

singularem. ergo omnis non  
vult habere tria appellata.

Ad idem hoc signum omnis sig  
nificat quoniam vniuersaliter  
sed hoc qd dico quoniam vniuer  
saliter est modus proprius vni  
versalis. proprium autē diuer  
sificatur sicut diuersitate sui sub  
iecti ut si homo est diminutus et  
risibile est diminutus. et si homo  
est mortuus risibile est mortuus  
sed vniuersale aliquando sal  
uatur in pluribus ut hō equus  
aliquando in vno tantus ut sol  
luna. ergo ois quicquid vult habere  
tria appellata. et quandoq; nō  
imo vnum solum. Ad idem du  
plex est forma. quia quedam ē  
forma materie ut anima est for  
ma corporis. et ista forma ē p  
et non predicatur de eo cuius ē  
pars. alia est forma que est for  
ma predicabilis. et sic omnia su  
periora ut genera et species et  
differentie dicuntur forme infe  
riorum. ut homo equus et sic de  
alijs. et individua huius forme  
predicabilis sunt materia eius  
ergo cum forma neutro predic  
torum modorum suam excedit  
materiam. nec exceditur ab ea.  
nullum vniuersale excedit sua  
individua nec exceditur ab eo  
ergo cum omnis dicat adequa

tionem vniuersalium cum suis  
individuis ut omnis homo. tūc  
oportet qd sol habeat nisi vnicū  
suppositum ut vere dicatur om  
nis sol. quod concedimus dicē  
do predictas propositiones esse  
veras. et qd ois nō sp exigit tria  
appellata. sed quando adiu  
gitur termino cōmuni habenti  
plura supposita tunc exigit plu  
ra appellata. quando vero ad  
iungitur termino habenti so  
lum vnum suppositum tunc exi  
git solum vnum appellatum.

Ad illud quod primo obie  
batur qd omnis perfectio est in  
tribus. dicitur qd verum ē et hec  
tria sunt scilicet substantia rei:  
virtus eius et operatio eius. Et  
hec tria tangit Aristoteles sub  
breuib⁹ verbis cum dicit na  
tura apta nata sic facit. per h  
enim qd dicit natura tangit sub  
stantiam rei. et per hoc qd dicit  
apta nata tangit virtutem ei⁹.  
et per hoc qd dicit sic facit tan  
git operationem debitam ei. si  
militer hoc signum omnis ha  
bet substantiam signi vniuersa  
lis. et virtutem que est distribu  
ere. et operationem eius quan  
do distribuit. et in his tribus ē  
perfectio eius. Ad secundum  
dicendum ē qd homo et homines

## Tractatus sextus

differunt. quia homo dicit istam speciem secundum se que est de pluribus predicabilis. sed homines in plurali numero non dicit speciem secundum se sed multiplicatam actu secundum materiam individuorum numero diuersam. unde omnis in plurali ratione multitudinis facte facit distributionem per diuersas materias et vult habere tria appellata. sed omnis in singulari numero ex quo recipit speciem secundum se et non materiam individuorum exigit essentiam aptam natam predicari de pluribus siue actu participetur de pluribus siue ab vno. et ideo exigit tria appellata. aut vnus solum secundum naturam vniuersalem cui adiungitur. Quidam tamen dicunt quod omnis vult habere tria appellata ad minus. et dant talem rationem. Quocumque signum vniuersale additur termino communi non habenti sufficientiam appellatorum recurrit ad non ens. ut cum dicitur omnis fenix est. quia ly fenix non habet nisi vnicum suppositum. ideo recurrit ad non existentes fenices. et ideo cum dicitur omnis fenix est sensus est vnus fenix qui est est. et duo fenices qui non sunt sunt. et ideo

dicunt has duas propositiones esse falsas quidam fenix non est. et omnis fenix est et non esse contradictorias. quia in negatiua supponitur fenix qui est. et in affirmatiua supponuntur duo fenices qui non sunt. et sic non est idem subiectum in vtraque.

Hoc autem potest multipliciter improbari. quia hec inconuenientia sequitur ex falso quod supponunt. quia supponunt quod omnis semper vult habere tria appellata quod superius ostensum est esse falsum. propterea vult Aristoteles quod propositio in qua subicitur vniuersale vniuersaliter sumptum alicui predicato contradicat illi propositioni negatiue in qua subicitur vniuersale non vniuersaliter sumptum eidem predicato. sed iste sunt tales omnis fenix est quidam fenix non est. ergo sunt contradictorie quod tamen ipsi negant. ergo regula eorum est falsa. Item ad idem alia regula talis est. terminus communis supponens et apponens verbo presentis temporis similiter sumpto. non habenti vim ampliandi nec ex se nec ex alio restringitur ad supponendum pro his qui sunt sub forma termini sup

## De distributione.

ponentis. ergo cum dicitur omnis fenix ly fenix restringitur ad supponendum pro fenice tantum qui est: cum ipse non sit nisi vnicum suppositum. ergo per illam regulam prius datam. si signum vniuersale adueniat ei non distribuit ipsum nisi pro vnicum supposito. ergo regula eorum est falsa: et supra falsum fundatur quod concedimus.

Circa hunc textum notandum est primo quod de terminato de hoc signo omnis quantum ad terminum communem quem distribuit et non inquam est dispositio subiecti ad predicatum autem mouet circa hoc talem dubitationem videlicet. Utrum semper omnis exigit tria appellata. id est vtrum ad hoc quod vere possit addi termino communi requiratur quod ille terminus habeat tria appellata siue supposita actu existentia. Appellatum enim ut dictum est idem est quod suppositum existens. De hac autem difficultate fuerunt diuersi modi dicendi. Primus est quorundam antiquorum qui stat in tribus dicitis. Primum est quod hoc signum omnis exigit tria appellata. quod probatur duabus rationibus in textu. Prima quia secundum philosophum in primo de celo et mundo omnis perfectio est in tribus et per consequens hoc signum omnis exigit tria appellata. Secunda ratio secundum philosophum ubi prius. de duobus non dicimus omne sed ambo. de tribus autem dicimus omne ergo omnis exigit tria appellata. Secundum dicitur est hec regula. quocumque signum omnis additur termino communi non habenti sufficientiam appellatorum tunc recurrit ad non ens. ut cum dicitur omnis fenix est quia fenix non habet nisi vnum suppositum existens ideo hoc signum omnis recurrit ad non existentes ita quod semper stat pro vno fenice qui est et pro duobus qui non sunt et sic sunt tria appellata que requirit omnis. Tertium dicitur quod sequitur ex predictis est istud. iste propositiones non sunt contradictorie omnis fenix est. quidam fenix non est. quod probant sic. quia fenix in prima supponit pro vno fenice qui est et pro duobus qui non sunt. in secunda vero solum supponit pro vno fenice existente et sic non est idem subiectum in vtraque. Ex quo patet quod apud omnes non est inconueniens illas duas esse simul falsas cum non sint nec contradictorie nec subcontrarie. Si autem sit ve-

ritas in ipsis videbitur inferius.

### Sciendum est secundo quod

secundum modum dicendi et autoris dicitur quod omnis non exigit tria appellata. Et hoc probatur quatuor rationibus. Prima in qualibet demonstratione debent esse propositiones vniuersales. sed de sole et luna possunt fieri demonstrationes. ergo de ipsis possunt fieri propositiones vniuersales et tamen sol non habet nisi vnum suppositum et si multum luna ergo et cetera. Secunda ratio est. hec propositio conceditur ab omnibus primum lumine ne ab interpositione terre deficit. et tamen primum lumine a terre interpositione non habet nisi vnum suppositum scilicet hanc lunam singularem ergo et cetera. Tertia ratio est vniuersale quandoque saluatur in pluribus ut homo. quandoque in vno tantum ut sol et luna. sed omnis est dispositio vniuersalis. ergo aliquando exigit vnum appellatum et aliquando plura. Quarta ratio est quod forma nisi excedit materiam nec e contra. sed vniuersale est forma suorum singularium et ipsa sunt materia eius. ergo vniuersale non excedit sua individua nec exceditur ab eis et per consequens cum hoc signum omnis dicit adaequationem vniuersalis cum omnibus suis individuis. sequitur quod hoc signum omnis dicens omnis sol lucet non exigit nisi vnum appellatum. Ex quibus sequitur quod si addatur termino communi habenti plura supposita tunc exigit tria supposita. si vero addatur termino habenti vnum tunc non exigit nisi vnum.

### Sciendum est tercio quod

aliqui aliter probant quod omnis non exigit tria appellata. Primo sic. hec est vera omnis sol est lucidissimus planeta cum ibi predicetur passio de subiecto suo. et tamen sol non habet nisi vnum appellatum ergo et cetera. Secundo sic. hec est vera omnis fenix non est a finis et tamen fenix non habet nisi vnum appellatum ergo et cetera. antecedens patet quia sua contradictoria est falsa scilicet aliquid fenix est a finis. Tertio probatur nullum non exigit tria appellata ergo nec omnis. consequentia patet quia omnis et nullus sunt contraria. modo contraria habent fieri circa idem ergo et cetera. Et est firmatur quia cuiuslibet propositioni de hoc signo nullus correspondet vel potest equipollere aliquid quod de hoc signo omnis et e contra. Sed quod nullum non exigit tria appellata probatur quia hec est vera nullus fenix est a finis cuius eius conuersus simpliciter sit vera scilicet nullus a finis est fenix igitur non exigit tria appellata. Quibus positis respondetur ad rationes antiquorum. Ad primam cum dicitur omnis perfectio est in tribus. Dicitur quod hoc oportet sic intelligi. nihil est perfectum nisi habeat tria appellata scilicet virtutem

## Tractatus sextus

substantiam et operationes. et sic nihil dicitur omne nisi habeat tria appellata. tamen cum hoc fiat quod omnis potest addi termino non habenti nisi unum suppositum. hec enim semper habet tria scilicet substantiam virtutem et operationem. Ad alia respondetur quod omnis in plurali numero vult habere tria appellata ut in pluribus videbitur. non autem in singulari. Et ratio huius est quia terminus communis in singulari numero significat ipsam speciem sicut se que predicabilis est de pluribus. et in plurali numero significat naturam communem non sicut se sed multiplicatam in plura in diuisa. et ideo in singulari numero exprimit essentiam solam aptam naturam predicari de pluribus.

Unde ad maiorem declarationem predictorum est hec difficultas solvenda. vtrum de tribus possumus dicere omnis vel omne. pro solutione videtur quod est quid requiratur ad veritatem propositionis omnis vniuersalis. Et sic respondetur ponendo duas propositiones. Prima est omnis propositio affirmatiua vniuersalis de hoc signo omnis in singulari numero tenenda debet exponi per vnam copulatiuam cuius prima pars affirmatur de alio quo determinato supposito. et in secunda affirmatur non esse aliquid suppositum subiecti de quo non verificatur predicatum. ut hic omnis sol lucet. sic enim solet exponi. ille sol lucet et non est alius sol qui non lucet ergo etc. Secunda propositio omnis propositio vniuersalis affirmatiua de hoc signo omnis pluraliter et distributiue sumpto debet exponi per vnam copulatiuam habentem tres partes. in quarum prima affirmatur predicatum de aliquo determinato supposito et in secunda de vno alio eiusdem subiecti et in tertia denotat non esse aliquid suppositum de quo non verificatur predicatum. ut in ista omnes homines currunt sic exponitur. ille homo currit et ille homo currit et non est aliquis homo qui non currat. igitur. Ex quo sequitur quod de duobus si non sint plures possumus dicere omnes nec de necessitate requiruntur quod sint tres. Philosophus autem in primo de celo et mundo voluit habere quod de duobus melius et determinatius dicitur ambo vel ambos quod omnis vel omnes et hoc est verum non tamen voluit quod nullo modo de duobus possemus dicere omne vel omnis. Ex his omnibus patet quod illi male solvunt hoc sophisma omnis senex est qui dicunt ipsum esse falsum eo quod omnis exprimit tria appellata. Secundo sequitur quod illud sophisma est verum eo quod est vniuersalis cuius nec aliqua singularis nec aliqua exponens est falsa ergo etc.

**Sed contra predicta arguitur** primo sic. plus requiritur ad verificationem propositionem vniuersalem quam particularem sed ad particularem requiritur existentia vnius

suppositi. ergo ad veritatem vniuersalis plura requiruntur. Secundo arguitur sic. omnis denotat terminum cui additur supponere pro pluribus. ergo si talis terminus non habeat actum liter plura supposita hec propositio erit falsa.

Tercio arguitur sic. si omnis non exprimeret tria appellata tunc posset addi termino singulari si cui termino communi non habenti nisi unum suppositum. sed hoc est falsum ergo etc. Quarto arguitur sic. quandoque terminus communis supponit pro non existentibus in propositione vniuersali ut in ista omne leuiciter est complexum. ergo antiqui bene dicunt quod potest fieri defectus ad supposita non existentia.

**Ad rationes. Ad primam** dicitur quod negatur maior si intelligatur vniuersaliter: tamen bene conceditur in habentibus plura supposita. Ad secundam dicitur quod omnis non denotat simpliciter terminum communem cui additur supponere pro pluribus nisi ex sua suppositione habeat plura supposita. Ad tertiam negatur consequentia quia termino communi non repugnat ex modo sue impositionis habere plura supposita quam non habeat nisi unum actu. non autem sic est de termino singulari. Ad quartam dicitur quod terminus communis cuius forma potest saluatiua in existentibus et in non existentibus potest distribui pro non existentibus. sicut patet in termino ampliato. non autem terminus cuius forma saluatur tantum in rebus existentibus. quia in talibus eadem sunt supposita presentia et existentia.

Secundum predicta queritur de hoc sophismate. Omnis homo est et quodlibet differens ab illo est non homo. Probatio hec est vna copulatiua cuius vtraque pars est vera. ergo ipsa est vera. Improbatio: omnis homo est et quodlibet differens ab eo est non homo. sortes est homo. ergo quodlibet differens a sorte est non homo quod est falsum. quia hec est vna copulatiua cuius altera pars est falsa. ergo ipsa tota est falsa. So-

## De distributione.

lutio prima est simpliciter vera et improbatio peccat penes fallaciam consequentis. quia differens ab omni homine in minor est quod differens a sorte. quia differens ab omni homine supponit solus pro alijs rebus ab homine. sed differens a sorte supponit pro eisdem et etiam pro alijs hominibus a sorte. vnde bene sequitur differens ab omni homine. ergo differens a sorte est locus a parte subiectiua ad suum totum. sed si huic propositioni differens ab omni homine apponatur signum erit processus ab inferiori ad superius cum distributione. et sic incidit fallacia consequentis in probatione scilicet vnum processum quia duplex est processus in probatione. quia bene sequitur omnis homo est ergo sortes est et est locus a toto in quantitate sed non sequitur hoc est differens ab omni homine. ergo differens a sorte sed est fallacia consequentis sicut hic. omnis homo est ergo omne animal est. Item queritur de hoc sophismate. Omnis homo et alius homo sunt. Probatio. sortes et alius homo sunt. plato et alius homo sunt. et sic de alijs. ergo om-

nis homo et alius homo sunt. Improbatio alius est relatiuum diuersitatis substantie. ergo supponit pro diuerso ab homine sed non est alius homo ab omni homine. ergo prima est falsa. Solutio. prima est simpliciter falsa et probatio peccat secundum fallaciam figure dictionis a pluribus determinatis suppositionibus ad vnam determinatam. quia iste terminus alius habet determinatam suppositionem in premissis et in conclusione. Item probatio peccat secundum fallaciam accidentis. quia licet sortes et plato et sic de alijs inferant omnem hominem secundum se. non tamen sub hac copulatione que est omnis et alius homo sunt. ut cum dicitur omnis homo et alius homo sunt. sicut cognosco coruscum secundum se non tamen sub hoc accidente quod est venire. Unde talis datur regula. quodcunque aliud sequitur siue conuersim siue non si aliquid conueniat vni quod non conueniat alteri. et per illud cui conuenit inferatur de eo cui non conuenit semper est fallacia accidentis. verbi gratia homo est. ergo substantia est. et species conuenit homini et non substantie.



## Tractatus sextus

ideo si per hominem inferatur species de substantia est fallacia accidentis ut homo est species ergo substantia est species. similiter hic risibile est proprium ergo homo est proprius. horum autem que consequuntur quedam consequuntur conuersim. ut homo et risibile. alia non ut homo et substantia. Dicto de hoc sophismate restat dicere de isto. Omnis homo est omnis homo probatio. sortes est sortes. plato est plato et sic de alijs. ergo omnis homo est omnis homo. Et ut vult Boecius nulla propositio est verior illa in qua predicatur idem de seipso. sed sic est hic. quia omnis homo predicatur de omni homine. ergo nulla est verior ista et per consequens est vera. Improbatio. sua contradictoria est vera scilicet illa quidam homo non est omnis homo ergo ipsa est falsa. Item ad idem omnis homo est omnis homo. sed sortes est homo. ergo sortes est omnis homo. silogismus est in varijs. conclusio est falsa. ergo aliqua premissarum. non minor ergo maior. scilicet maior est sophisma ergo est falsum. Solutio prima est simpliciter falsa et probatio peccat secundum consequens ab

insufficienti enumeratione singularium quia cum illis quas assumit debet sumere has a parte subiecti. sortes est omnis homo plato est omnis homo. et etiam istas a parte predicati. omnis homo est sortes. omnis homo est plato et sic de alijs quas dimittit. et sic peccat secundum consequens ab insufficienti enumeratione singularium. Ad aliud dicitur quod ibi idem non predicatur de seipso sed predicatur omnis homo de homine sumpto pro qualibet sui parte.

Circa predicta queritur de hoc sophismate omnis homo et quodlibet differens ab eo non est. Circa hunc textum notandum est primo quod antea circa hoc signum omnis mouet tria sophismata. Primum est omnis homo est et quodlibet differens ab eo est non homo. Quod probatur sic. quia hec est una copulativa cuius quilibet pars est vera ergo sophisma est verum. Improbatur sic bene sequitur omnis homo est et quodlibet differens ab eo est non homo. ergo sortes est et quodlibet differens ab eo est non homo puta a sorte. sed hoc est falsum quia altera pars illius copulative est falsa scilicet hec quodlibet differens a sorte est non homo ergo sophisma est falsum. Ad sophisma hoc autorem respondetur in hoc passu quod sophisma est verum. Et pro solutione huius sophismatis supponit quod differens ab homine est minus commune quod differens a sorte. quia differens ab homine supponit tantum pro alijs rebus ab homine. sed differens a sorte supponit pro eisdem et pro omnibus hominibus alijs a sorte. Et quo patet quod ista consequentia non valet differens ab homine est non homo. ergo differens a sorte est non homo. Sed ad probationem dicitur ponendo signum distributum ad utrumque ideo committitur fallacia consequentis arguendo ab inferiori ad superius cum distributione utriusque. Sunt enim duo processus quorum primus est bonus scilicet iste omnis homo est ergo sortes est. Secundus vero est malus quando inferitur et quodlibet differens a sorte est non homo. Sed ad maiorem informationem predictorum posset queri

## De distributione.

utrumque illis due propositiones equivalent. omnis homo est et quodlibet differens ab eo est non homo. et omnis homo est non homo. Solutio huius ponitur per hoc quod relatum differens includit negationem et habet virtutem distribuendi terminum ab eo recte mediante ista prepositione a vel ab. et hoc clare patet infra. Ultra dicitur quod relatum ydemperitatis substantie non recipitur sicut sunt ille ipse iste hic et sic referunt suum antecedens cum sua dispositione. id est si antecedens sit distributum relatum erit distributum et contra. ita quod impossibile est tale relatum distribui per quodcumque distributum sibi additur seu distribubile nisi antecedente prius distributo. et hoc patet ex tractatu de relatis. Alterius additur quod loco relatum ydemperitatis substantie non recipitur nisi semper licet ponere suum antecedens cuius sua distributione. quia si aliquod distributum precederet ipsum relatum et loco relatum ponatur sufficiens antecedens cum suo distributo tunc in illo antecedente essent duo distributa quorum unum impediret aliud. et per consequens non supponeret eodem modo sicut relatum supponebat. Et quo patet quod hoc relatum eo in sophismate positum supponit confuse et distributive sicut suum antecedens. nec impeditur eius distributio per negationem inclusam in hoc relatum differens. Secundo sequitur quod in hac propositione omnis homo et quodlibet differens ab omni homine est non homo. iste terminus homine non distribuitur sed supponit confuse tantum. Pars quia ibi ponuntur duo signa distributiva cadentia super ipsum quorum quodlibet natum est per se distribuere ipsum et sic manet indistributum. et est sensus omnis homo est et quodlibet differens ab aliquo homine est non homo. et hec est falsa. Quamvis autem videatur dicere oppositum tamen intentio eius est quod sit falsa quia ipse nondum determinavit de istis dictionibus differens et diversus ideo videtur ipsis ac si non haberent virtutem distribuendi. Et quo concluditur quod ille non sunt eadem propositiones omnis homo est et quodlibet differens ab eo est non homo. et omnis homo est et quodlibet differens ab omni homine est non homo. ut patet ex dictis et sic relinquatur sophisma verum.

### Sciendum est secundo quod

secundum sophisma est istud. omnis homo et alius homo sunt. Quod probatur sic. sortes est alius homo sunt. plato et alius homo sunt et sic de alijs ergo omnis homo et alius homo sunt. Improbatur sic. hoc relatum alius est relatum diversitatis. ergo in illo sophismate supponit pro diverso ab omni homine. sed homo alius ab omni homine non est homo. quia nullus est talis generis

sophisma est falsum. Ad sophisma respondet autor quod simpliciter est falsum ut patet per probationem. Et ad probationem dicitur quod peccat dupliciter. Primo modo per fallaciam figure dictionis eo quod arguitur a pluribus determinatis ad unam determinatam. nam iste terminus alius homo in qualibet premissarum supponit determinate pro diversis. et in consequente habet unam determinatam suppositionem tantum. ideo ibi committitur fallacia predicta arguendo a pluribus determinatis ad unam determinatam. Secundo peccat per fallaciam accidentis quia quodlibet sortes et plato et sic de alijs inferunt omnes homines per se non tamen sub hac copulatione et alius homo sunt. Et hoc declaratur in tertio per unam regulam que talis est. Quocumque sequitur aliquid ad aliud siue convertibiliter siue non si aliquid unum commensuratur non alteri ea parte qua differt ab altero unum non inferit reliquum sicut videbatur inferre ea parte qua conveniunt tunc est fallacia accidentis sicut hic bene sequitur homo est. ergo substantia est. et si per illud per quod differunt inferatur sic homo est species ergo substantia est species. est fallacia accidentis. Eodem modo diceretur de his que convertibiliter se habent.

### Sciendum est tertio quod

tertium sophisma est. omnis homo est omnis homo. Quod probatur sic. sortes est sortes. plato est plato et sic de alijs. ergo omnis homo est omnis homo. Secundo sic. nulla propositio est verior illa in qua idem predicatur de seipso. sed sic est in illo sophismate ergo sophisma verum. Improbatur sic. sua contradictoria est vera scilicet hec. quidam homo non est omnis homo ergo sophisma est falsum. Ad sophisma respondet autor quod est simpliciter falsum. Et ad probationem dicitur quod est fallacia accidentis et proceditur ab insufficienti inductione. quando enim est inductio idem predicatum debet dici de singularibus quod predicatur de toto in quantitate. ideo debet sic dici sortes est omnis homo. plato est omnis homo et sic de alijs. ergo omnis homo est omnis homo et sic erit sufficiens inductio sed singulares erunt false. Ad secundam probationem negetur quod idem predicatur de seipso imo predicatur hoc totum omnis homo de homine sumpto pro quolibet supposito et sic in predicta propositione univertali affirmativa predicatur univertaliter univertaliter sumptum propter quod omnis propositio talis est falsa patet per philosophum in primo per armenium. Et notanter dicitur affirmativa quia potest esse aliqua negativa vera in qua predicatur univertaliter univertaliter sumptum. ut in illa nullus homo est omnis homo. Sed si subiectus haberet tantum unum suppositum tunc illa propositio

## Tractatus sextus

tio ad hoc posset admitti ut ista ois sol e ois sol.

Sed de hoc signo omnis et similibus restant solvende alique difficultates. Prima est verum hoc signum omnis vel sibi equalens additum alicui completo ex recto et obliquo recto precedente distribuat tam rectum et obliquum. Ad hoc respondetur per duas regulas. Prima est quocienscumque est aliquid completum ex recto et obliquo recto precedente obliquum immediate tunc signum uniuersale distribuit tam rectum et obliquum. Ex quo sequitur quod hoc sophisma est falsum et simile. omne individuum alicuius speciei est asinus. quod patet quia bene sequitur omne individuum alicuius speciei est asinus. sortes est individuum alicuius speciei. ergo sortes est asinus. Secundo sequitur quod hec consequentia non valet omne individuum huius speciei est asinus. ergo omne individuum alicuius speciei est asinus eo quod arguitur ab inferiori ad superius cuius distributione superiorum. Ex his similiter patet solutio illorum sophismatum quolibet singularis alicuius uniuersalis est vera. quolibet manus alicuius hominis est dextra. sunt autem illa sophismata falsa. Ex similiter de illo omnino asinus hominis currit supposito quod asinus hominis currit et quilibet asinus aliorum hominum quietat. non enim valet consequentia omnis asinus sortis currit. ergo omnis asinus hominis currit. quia homo distribuitur ut patet per regulam. Secunda regula est si obliquus precedat rectum in aliqua propositione tunc hoc signum omnis vel sibi equalens distribuit obliquum et non distribuit rectum. ut patet in illis propositionibus cuiuslibet hominis asinus currit. si enim hoc totum hominis asinus distribuitur tunc ille syllogismus bene valet cuiuslibet hominis asinus currit. sortes est homo ergo sortes asinus currit. quod tamen est contra philosophum in primo priorum. Ex quo patet quod tale sophisma est verum posito casu quod quilibet homo habeat duos asinos quoslibet unus currat et alius non. Nec valet illa consequentia cuiuslibet hominis asinus currit. brunellus est asinus hominis ergo brunellus currit. hoc autem procedit ex eo quod a parte illius termini asinus non distribuit aliquid subsumitur. Ex quo patet quod casu retento ille non sunt contrarie cuiuslibet hominis asinus currit et cuiuslibet hominis asinus non currit. nec ille sunt contradictione cuiuslibet hominis asinus currit et alicuius hominis asinus non currit. hoc patet quia omnes ille possunt esse vere eo quod asinus ibi non distribuitur. Est enim in talibus propositionibus duplex subiectum. quoddam est subiectum enunciationis de quo enunciatum predicatum et ex parte illius tales propositiones sunt indefinite. Aliud est subiectum distributionis super quod dicitur distributio. et ex parte eius propositio est uniuersalis et potest esse maior in syllogismo prime figure et debet semper fieri subsumptio sub illo termino distributo ut patet in syllogismo imperfecto. Et potest similiter dubitare verum hoc signum omnis additum toti disuncto distribuit et totum disunctum vel partem eius. Posset etiam queri de toto conditionato et de toto copulato. Sed de his et multis alijs videbitur in fincatis goremantibus.

### Sed contra predicta arguitur

Primo sic. risibile est differens ab omni homine et tamen non est non homo ergo secundum da pars copulatiue in primo sophismate est falsa et per consequens sophisma est falsum.

Secundo arguitur sic. sortes non est non homo et tamen differt ab omni homine. quod probatur quia sortes non est omnis homo est differens ab omni homine. quia ille sunt exponentes illius sortes differt ab omni homine ergo solutio est falsum. Tertio arguitur sic. omnis homo et homo pictus sunt. sed homo pictus est alius ab homine. ergo omnis homo et alius homo sunt.

Quarto arguitur sic. aliquis homo est omnis homo. et quia ratione est omnis homo eadem ratione omnis homo est omnis homo ergo tertium sophisma est verum. antecedens patet quia aliquis homo est sortes et sic de alijs. ergo aliquis homo est omnis homo.

### Ad rationes. Ad primam

dicitur quod risibile quantum ad significationem et rationem eius formalem est differens ab homine sed non quantum ad suppositionem quia eadem sunt et equalia supposita hominis et risibilis ideo risibile non est non homo. Ad secundam dicitur quod licet sortes non sit omnis homo tamen non sequitur quod sit differens ab homine. quia in illa sortes non est omnis homo. ibi homo non distribuitur eo quod negatio precedens signum renouet eius distributionem. sed in illa est differens ab omni homine ibi homo distribuitur. et sic arguitur a non distributo ad distributum et committitur fallacia consequentis. Utrum autem hec sit vera sortes differt ab omni homine videtur esse verum. quia non est eadem cum illa sortes differt ab homine. Ad tertiam dicitur negando consequentiam quia quodvis homo pictus sit alius ab homine. tamen quando homo per se ponitur stat pro principali significato scilicet pro viuis ideo suum relationum solum refert ipsum pro viuis.

Ad quartam negetur consequentia quia ibi committitur fallacia figure dictionis arguendo a pluribus determinatis ad unam determinatam ideo deberet sic argui aliquis homo est sortes et aliquis idem homo est plato et sic de alijs. ergo aliquis homo est omnis homo.

## De distributione.

Equitur de hoc signo nullus quod significat quoniam uniuersaliter negatiue. Unde significat idem sicut hoc signum omnis cuius negatione postposita. et ideo omnis non et nullus equipollent

De hoc signo nullus talis datur regula. Quocienscumque hoc signum nullus adiungitur immediate termino communi confundit ipsum mobiliter et distributiue. similiter terminum communem sibi adiunctum mediate ut nullus homo est asinus.

unde potest fieri descensus sub subiecto sic. ergo sortes non est asinus nec plato et sic de alijs. et etiam sub predicato. Secundum predicta queritur de hoc sophismate. nullus homo est omnis homo. Probatur sic. sortes non est omnis homo. plato non est ois homo et sic de alijs. ergo prima est vera. vel sic sua contradictoria est falsa scilicet ista quidam homo est omnis homo ergo est vera. Contra ibi predicatur oppositum de opposito. ergo locutio est falsa. Solutio. prima est vera. et ad improbationem respondetur per interemptionem. quia ibi non predicatur oppositum de opposito

sed remouetur omnis homo ab homine sumpto pro quolibet suo supposito. et hoc est verum

Circa hunc textum notandum est primo quod post quod autor determinat de hoc signo omnis quod significat quandoque uniuersaliter et affirmatiue consequenter determinat de hoc signo nullus quod significat quandoque uniuersaliter et negatiue. Et primo determinat de eius significatione dicens quod nullus significat idem quod omnis postposita negatione. Nullus enim et omnis non totaliter idem significant. quod patet quia nullus significat idem quod non vilus. sed non vilus et omnis non idem significant ergo etc. Consequenter est notandum quod autor de hoc signo nullus dicit talem regulam. Omnis terminus communis mediate vel immediate sequens hoc signum nullus confunditur mobiliter distributiue et supponit confuse et distributiue. Ex quo sequitur quod potest fieri descensus a parte vtriusque extremi. ut in ista nullus homo est asinus. sequitur enim bene nullus homo est asinus ergo sortes non est asinus et plato non est asinus etc. Et sub predicato sic fit descensus. nullus homo est asinus ergo nullus homo est brunellus et fauellus et sic de alijs asinis. Ex quo sequitur quod tales propositiones conuertuntur simpliciter ut ista nullus homo est asinus conuertitur in istam nullus asinus est homo et sic de similibus. Consequenter autor mouet hoc sophisma: nullus homo est omnis homo. Quod probatur sic. sortes non est omnis homo plato non est omnis homo et sic de alijs. ergo nullus homo est omnis homo. Secundo sic contraria eius est falsa scilicet hec omnis homo est omnis homo ut prius visum est. ergo ipsa est vera. Improbatur sic. ibi predicatur oppositum de opposito ergo sophisma est falsum. Ad sophisma respondet autor dicens quod est simpliciter verum. Et ad improbationem eius respondetur negando antecedens scilicet quod ibi predicatur oppositum de opposito. sed remouetur hoc predicatum omnis homo ab homine sumpto pro eius supposito.

### Sciendum est secundo quod

circa predicta sunt alique difficultates. Prima est verum hoc signum nullus precise idem significat negatiue quod omnis significat affirmatiue. Ad qua difficultates dicitur primo quod hoc signum nullus non differt ab hoc signo omnis in significatione principali. nisi in hoc quod hoc signum omnis significat quandoque uniuersaliter affirmatiue: nullus vero quandoque uniuersaliter negatiue. Secundo dicitur quod ista duo signa multum differunt in modo significandi. quia omnis

## Tractatus sextus

distribuit pro masculinis et femininis indifferen-  
ter. sed nullus distribuit tantum pro masculinis  
Ex quo sequitur quod omnis non restringit terminum  
quoad significationem. sed nullus bene restrin-  
git terminum cui adiungitur in rigore sermonis  
quoad connotationem. Sequitur secundo  
quod iste non contrariatur omnis homo currit. et  
nullus homo currit. nec iste contradictoriantur  
omnis homo currit et quidam homo non currit  
Ex quo patet quod de rigore sermonis non equipol-  
lent nullus homo currit et omnis homo non cur-  
rit. sed communitur tales propositiones recipiun-  
tur ut contrarie vel contradictorie vel equipollen-  
tes. Et si hoc signum nullus absoluitur a ge-  
nere tunc non plus restringit terminum cui ad-  
iungitur hoc signum omnis. Unde absolutum a  
genere est non significare rem suam sub aliquo  
determinato genere. Et hoc potest fieri patet  
quia genus est modus significandi accidentalis  
nominis ideo quodlibet nomen a suo genere ab-  
solutum potest et sic propositioes prius posite et  
sunt alique contrarie et alique contradictione et  
alique equipollentes. Et hoc modo videtur autem  
de istis signis et sibi equivalentibus quantum ad  
oppositiones et equipollentias. et ita debet dici  
qualiter ista signa absoluntur a genere.

### Sciendum est tercio quod

secunda difficultas est utrum hoc signum nullus  
unica virtute seu distributione distribuat termi-  
num communem tam sequentem mediate quam imme-  
diate. Pro solutione supponitur quod quantum ad hoc  
signum nullus sit unum secundum substantiam tamen  
est duplex secundum virtutem quia ut dictum est nullus  
significat idem quod omnis non. et sic in sua signifi-  
catione includit duo significata scilicet hoc signum  
omnis. et hanc negationem non. Dicitur ergo pri-  
mo quod terminus communis sequens hoc signum  
nullus mediate vel immediate non semper distri-  
buitur ut patet si dicatur nullus homo currit et  
animus est animal. ibi iste terminus animus sequi-  
tur mediate hoc signum nullus tamen non distri-  
buitur. Patet secundo quia si dicatur nullus homo  
est omnis homo. ibi homo in predicato non dis-  
tribuitur. quia ibi cadunt duo signa se invicem  
impedientia supra eundem terminum. Ad hoc  
enim quod terminus communis mediate vel immedi-  
ate sequens hoc signum nullus distribuat per  
ipsum due conditiones requiruntur. Prima est  
quod ille terminus ponatur in eadem categorica  
cum hoc signo nullus. Secunda est quod hoc signum  
nullus non impediat per aliquod aliud distri-  
butivum. Et sic dicitur ad difficultatem quod non  
eadem virtute seu distributione hoc signum nul-  
lus distribuit terminum communem mediate seu  
immediate sequentem sed duabus ra-  
tionibus distribuit enim terminum immediate

sequentem in quantum est signum universale. sicut  
distribuit terminum communem mediate sequens  
tam in quantum est includens negationem. Et  
omnibus predictis patet quod ista sophismata sunt  
vera nullus homo est nullus homo minus ho-  
mo est nullum animal. Primum enim equipollet  
hinc o homo est aliquis homo. et secundum hanc  
omnis homo est quoddam animal. Consequen-  
ter autem movet hanc difficultatem in qua mate-  
ria scilicet est ista nullus homo est o homo et ista om-  
nis homo est omnis homo. Ad hoc respondet  
aliqui quod sunt in materia contingenti eo quod possu-  
bile est quod non sit nisi unus homo et tunc ista est  
vera omnis homo est omnis homo et ista falsa  
nullus homo est o homo. Dicitur tamen quod est in  
materia remota omnis homo est omnis homo eo  
quod predicatum nullo modo potest convenire sub-  
iecto. si enim non esset nisi unus homo puta for-  
tes tunc hoc esset vera sortes est omnis homo cui  
ipsa sit necessaria. et ideo ista prima nunquam potest  
esse vera.

### Sed contra predicta ar-

guitur primo sic. in hac propositione nullus ho-  
mo est omnis homo iste terminus homo media-  
te sequitur hoc signum nullus et tamen non sup-  
ponit confuse et distribuitur. ergo et. Se-  
cundo arguitur sic. hoc signum nullus est signum  
universale. ergo est dispositio subiecti et non pre-  
dicati et sic non potest distri-  
buitur a par-  
tepositum. Tertio arguitur sic. bene  
sequitur nullus homo est omnis homo. ergo nul-  
lus homo est sortes sed consequens est falsum  
ergo et antecedens. consequentia patet quia ar-  
guitur a toto in quantitate ad suam partem.

Quarto arguitur sic. conversus sophismatis  
est falsa scilicet aliquis homo non est homo. ergo so-  
phisma est falsum.

### Ad rationes. Ad primam

dicitur quod iste terminus homo a parte predicati  
positus non distribuitur ab hoc signo nullus eo  
quod impeditur per hoc signum omnis cui immedi-  
ate additur. Ad secundam dicitur quod signum  
universale semper est dispositio subiecti in quan-  
tum est subiectum. sed in quantum importat ne-  
gationem bene potest agere in predicatum quan-  
vis hoc non habeat ratione signi. Ad tertiam  
dicitur quod ibi non arguitur per locum a toto  
in quantitate. quando enim preponitur nega-  
tio hinc signo omnis non amplius habet ratio-  
nem totius in quantitate. Ad quartam di-  
citur quod illa debet sic converti per accidens nul-  
lus homo est omnis homo. ergo aliquid quod est om-  
nis homo non est homo. et illa est vera et sua con-  
vertens similiter est ista nihil quod est omnis ho-  
mo est homo.

## De distributione.

Equitur de hoc signo  
nihil quod significat  
idem quod nullus. sed  
includit in se terminum recipi-  
entem suam distributionem. quia  
nihil est signum universale cuius  
negatione et res est terminus re-  
cipiens eius distributionem.

Secundum predicta queritur  
de hoc sophismate. nihil videns  
est aliquid videns. Probatur  
sic. non hanc rem videns est ali-  
quid videns. quia non videns  
sortem est videns platonez. non  
illam rem videns est aliquid vi-  
dens et sic de alijs. ergo nihil vi-  
dens est aliquid videns. ergo  
prima est vera. Contra ibi pre-  
dicatur oppositum de opposi-  
to. ergo locutio est falsa. Qui-  
dam distinguunt. nihil videns est  
aliquid videns eo quod hec dictio  
nihil potest esse accusativi ca-  
sus. et est sensus nullam rem vi-  
dens est aliquid videns. vel po-  
test esse nominativi casus et est  
sensus nulla res videns est ali-  
quid videns. et secundum hoc ponunt  
ambiguitates ex parte casus  
sed hoc non solvit quia in utro-  
que sensu est falsa. Sed alij di-  
stinguunt hanc iterum nihil vi-  
dens. eo quod negatio in hoc ter-  
mino nihil potest negare parti-

cipium primo positum. et est sen-  
sus nullam rem videns est. ali-  
quid videns et sic est diuisa. vel  
potest negare hoc verbum est et  
tunc est sensus. quamlibet rem  
videns non est aliquid videns  
et sic est composita. sed hoc non  
solvit quia in utroque sensu est fal-  
sa. cum opposita ponantur cir-  
ca idem. Solutio. dicendum  
est quod prima simpliciter est falsa  
et probatio peccat contra fal-  
laciā figure dictionis a plu-  
ribus determinatis ad unam de  
terminatam huius termini vi-  
dens. quia in premissis habet  
suppositionem determinatam.  
et in conclusionem similiter. vel pec-  
cat secundum fallaciā accidentis.  
quia quantum ad videre comunica-  
tur omnibus secundum se. non tamen  
secundum quod univertur in hoc toto nihil  
videns. Unde totum accidit  
parti. et esse videns aliquid as-  
signatur inesse utriusque. Scien-  
dum est quod omnes premissae sunt  
duplices. quia negatio potest  
determinare verbum vel parti-  
cipium ut dictum est prius. unde  
de antiqui posuerunt premissas  
esse duplices propter tales  
regulam quam dabant. quoci-  
enscumque negatio et distributio  
includuntur in uno termino ad

## De distributione.

quodcumq; refertur unū ad idē referri & reliquū. unde cu; distributio posita in obliquo nō possit in predicta oratione attingere verbum ita neq; negatio. Item idem est iudiciū de istis sopsismatibus. nullum caput habens est aliquid caput habens. a nullo homine differens est. ab aliquo homine differens est & cetera.

Circa hunc textum notandum est primo qd cōsequenter autor determinat de hoc signo nihil quod in significatione eius includit hoc signū nullus. Et primo ostendit eius significationem dicens qd hoc signum nihil includit hoc signum nullus cum termino suscipiente eius distributionem. nihil enim valet tantus sicut nulla res vel nullum ens. & sic includit in se signum distributum & terminū sue distributionis. Ex quo satis patet qd hoc signum nihil includit tūc in se. Primum est distributio per quod convenit cu; hoc signo omnis. Secundum est negatio per quod convenit cum hoc signo nullus & differt ab hoc signo omnis. Tertium est terminus sue distributionis per quod differt ab utroq;. Ex quo satis patet qd hoc signum nihil includit hoc signū nullus. & ideo sicut nullus habet virtutem distributi di terminum tam mediate q̄ immediate sequentem ita hoc signum nihil. Ex quo est advertendum qd si hoc signum nihil resolvatur in signū universale & negationem tunc signum universale debet addi termino incluso in hoc signo nihil ut hec propositio nihil est homo debet sic resolvi in hāc nulla res est homo. similiter hec nihil est chimera debet resolvi in istam nulla res est chimera. Et ad maiorem noticiā predictorum habendam autor movet hoc sopsisma inquirēdo de veritate vel falsitate huius propositionis nihil videns est aliquid videns. Quod probatur sic non hanc rem videns est aliquid videns. quia non videns forem est videns platonem & sic de alijs. ergo nullam rem videns est aliquid videns. Improbatur sic. ubi predicatur oppositū de opposito. nam aliquid videns predicatur de eo qd est nihil videns. ergo sequitur qd sopsisma est falsum. Pro solutione huius sopsismatis au-

tor recitat triplicem solutionem. Quarum prima est quorundam antiquorum dicentium ipsius esse multiplex s; amphibologiam. eo qd hec dicitio nihil potest esse accusativus casus et tunc sensus eius est nullam rem videns est aliquid videns. Vel potest esse nominativus casus et tunc sensus est nulla res videns est aliquid videns. Sed hec distinctio non solvit sopsisma qd ipsius in utroq; sensu est falsum. Secunda solutio est aliorum antiquorum dicentium sopsisma esse distinguendum penes compositionem vel divisionem. eo qd negatio inclusa in hoc signo nihil potest cadere supra verbum vel supra participium. Si cadat supra verbum tunc sensus eius est qualibet rem videns non est aliquid videns. Si vero cadat supra participium tunc sensus eius est qualibet rem non videns est aliquid videns sed adhuc ista non solvant quia utroq; sensus est falsus.

### Sciendum est secundo

q̄ autor aliter solvit predictum sopsisma dicens qd est simpliciter falsum. eo qd est propositio inde finita equivalet huius unilam rem videns est aliquid videns. quod est falsum. Et ad probationem respondet primo qd in ea committitur fallacia figure dictionis arguendo a pluribus determinatis ad unam determinatam. eo qd in premisis hoc participium videns habet plures suppositiones determinatas respectu singularum huius termini nihil & in consequente non habet nisi unam respectu totius. Unde s; intentionem autoris argumentum equivalet huius. videns nō hanc rem est aliquid videns & videns non hanc rem est aliquid videns & sic de alijs. ergo non videns est aliquid videns. Secundo solvit autor idem sopsisma dicens qd ibi est fallacia accidentis. quia aliquid videns stare potest cum premisis quia sunt particulares s; se & non s; qd vniuntur in isto toto nihil videns. ideo illud distributum accidit partibus. & sic aliquid videns ab signatur utriq; melle ergo &c. Tertio autor recitat unam solutionem antiquorum dicentium premisas esse duplices & non conclusiones hec enim premissa non hanc rem videns est aliquid videns est duplex eo qd negatio potest ferri supra verbum tantum & sic est falsa & negativa. & sensus eius est qd videns hanc rem non est aliquid videns. Vel negatio potest ferri ad participium & sic est affirmativa & sensus est qd non videns est aliquid videns. & codē mō dicitur ē d alijs similibus. Si aut capiantur premisse in primo sensu cōsequencia non valet eo qd arguitur ex negativis ad affirmativam. modo ex negativis non sequitur affirmativa. Similiter non sequitur in secun-

## De distributione.

do eo qd arguitur a pluribus determinatis ad unam determinatam. Et si queratur quare oportet distinguere premisas & non conclusionem. Ad hoc respondetur qd causa est quia in conclusione negatio et distributio includuntur in eodem. sed distributio inclusa in hoc signo nihil non potest attingere predicatum ergo nec negatio inclusa in eodem obliquo. consequentia patet per regulam antiquorum que talis est. quā documq; negatio & distributio includuntur in eadem dictione tunc ad quodlibet refertur unum ad idem refertur & reliquum. In premisis autem non est aliqua distributio sed negatio tantum ideo premisse sunt distinguende et non conclusio.

### Sciendum est tercio qd

ex predictis oriuntur alique difficultates. Prima est utrum hoc signum nihil distribuat terminum sequentem mediate & terminum in eo inclusum. Ad hoc respondetur qd omnis propositio in cuius subiecto ponitur hoc signū nihil est distinguenda eo qd negatio inclusa in eo potest esse negans vel infinitans. Si sit negans facit propositioem uniter falsam et distribuit terminum tam mediate q̄ immediate sequentem. Si vero talis negatio sit infinitans tunc facit propositioem indefinitam. & solum distribuit terminum in eo inclusum. Et per hoc patet solutio huius sopsismatis nihil & chimera sunt fratres. Unde si talis negatio inclusa sit negans tunc sopsisma est verū. & si sensus nulla res & chimera sunt fratres & eius contradictoria est falsa s; ista aliqua res & chimera sunt fratres. Si vero negatio sit infinitans tunc sopsisma est falsum & est una indefinita cuius sensus est. nō ens & chimera sunt fratres quod est falsum. Et eodem modo diceretur de ista nihil & chimera sunt sorores. & de istis nihil & chimera sunt filii eorundem parentum. nihil & chimera sunt fratres carmelite. Secunda difficultas est utrum hoc sopsisma sit verum ex nihilo nihil fit. Ad hoc breviter potest dici qd ipsum de rigore sermonis est falsum. quia equivolet huius propositioni ex quolibet aliquid fit. quod est falsum. Et si quis dicat qd philo sopsisma illam propositionem ponit in primo philosophus Ad hoc respondetur qd per illam philo sopsisma intelligit unam aliam s; istam. nihil fit ex nihilo. vel istam omne quod fit ex aliquo subiecto presupposito fit. et iste propositiones sunt vere naturaliter loquendo.

### Sed contra predicta arguitur

Primo sic. hoc signū nihil significat quā documq; uniter saliter & etiam significat terminum suscipientem eius distributionem ut patet in textu. ergo est dicitio equivoca. sed consequens est

falsam ergo & antecedens. Secundo arguitur sic. nullum signum distributionem potest esse subiectum enunciationis. sed nihil potest subici in oratione tanq̄ illud de quo enunciat. ergo non est signum distributum. Tertio arguitur sic. dormiens est nihil videns & tamen est aliquid videns quia non est cecus. ergo sopsisma est verum. Quarto arguitur sic. dormiens non nullus homo currit. distributio huius signi nullus cadit supra subiectum et tamen negatio non fertur ad subiectum. ergo regula non est vera in qua dicitur qd quando distributio & negatio includuntur in eodem termino ad quodcumq; fertur unum ad idem fertur & reliquum.

### Ad rationes. Ad primā

negetur consequentia quia non significat illa diversis rationibus quod requiritur ad equivoctionem. Ad secundam dicitur qd hoc signum nihil includit terminum sue distributionis ratione cuius potest subici in enunciatione. non autem in quantum est signum distributum.

Ad tertiam dicitur qd si non videns neget habitum bene sequitur est cecus ergo non est videns aliquid. sed si neget actum videndi tantum tunc non sequitur nō est cecus ergo est aliquid videns. quia illo modo non opponuntur privatione videns & cecus. Ad quartam dicitur qd in signis negativis distributio venit ratione negationis. ideo ad quodlibet fertur distributio fertur etiam negatio. et ideo quāvis in illa propositioe ne nullus homo &c. non neget subiectum sed se. negat tamen aliquid de subiecto pro quolibet eius supposito distributo & hoc sufficit.

### Equitur de signis distributivis duorum et talia sunt neuter & uter

q̄. Et differunt a predictis quia omnis nullus & similia distribuunt pro omnibus individuis termini cōmunis. s; uterq; neuter distribuunt solum pro duobus per demonstrationes. ut uterq; istorum neuter istorum. Secundu; predicta queruntur de hō sopsismate. ab utroq; istorum enunciatum est verū. posito qd fortes dicat deus esse. plato ve



## Tractatus sextus

ro dicat hominem esse animal. et ambo dicant simul hominem esse asinum. et illi duo demonstrantur per hoc pronomen istorum. Probatio. a sorte enunciatum est verum a platone enunciatum est verum. ergo ab utroque istorum enunciatum est verum. Contra. ab utroque enunciatum est verum. sed nihil enunciatus est ab utroque istorum nisi hominem esse asinum. ergo homines esse asinum est verum: quod est falsum. Solutio. prima est vera et probatio peccat secundum fallacias accidentis. sicut habet ab Aristotele hec propositio ponitur esse vera. omnium contrariorum eadem est disciplina. et tamen nulla particularis disciplina est omnium contrariorum sed disciplina communiter sumpta. unde hic est fallacia accidentis. omnium contrariorum eadem est disciplina. sed nulla est disciplina nisi hec vel illa et sic de alijs ergo omnium contrariorum hec eadem est disciplina vel ista quod falsum est. Similiter hic homo est species. et nullus homo est nisi si sortes vel plato et sic de alijs ergo sortes est species vel plato et sic de alijs. et sic est fallacia accidentis in proposito quia hec

dictio enunciatum est. et hec dictio verum tenetur pro ipso in communi. et sic ab utroque istorum enunciatus est verus. unde enunciatum non tenetur pro particulari enunciato ab utroque. unde de particolare enunciato ab utroque accidit enunciato in communi: sicut particolare inferius accidit suo superiori. et verum assignatur utrique inesse. et appellatur superius hic omne quod est maius siue sit essentialis siue accidentale. Quidam tamen dicunt quod prima est simpliciter falsa. et dicunt quod enunciatus accipitur pro particulari enunciato ab utroque. et similiter verus pro particulari. et probatio peccat secundum fallaciam figure dictionis a pluribus determinatis ad unam determinatam huius termini enunciatum et huius termini verum. sed prima solutio melior est et subtilior.

Circa hunc textum notandum est primo quod postquam autor determinavit si signis distributivis pluribus consequenter determinat de signis distributivis duorum tantum. Que in hoc conveniunt quod distribuitur per partem subiectivis. Sed in hoc differunt quia disunctiva pluribus distribunt terminis communi pro quolibet suo supposito. alia vero distribunt pro duobus. Sunt autem duplicia signa distributiva duorum. nam quoddam est affirmativum ut utroque. alterum est negativum ut neuter. Et circa ista signa distributiva duorum movet autor hoc sophisma. Ab utroque istorum enunciatum est verum. posito casu quod sortes dicat deum esse. et plato dicat homines esse animal et ambo dicant simul hominem esse asinum. Tunc

## De distributione.

probatur sophisma a sorte enunciatum est verum. et a platone enunciatum est verum. ergo ab utroque istorum enunciatum est verum. Improbatur sic. ab utroque istorum enunciatus est verum. sed hominem esse asinum est enunciatum ab utroque istorum. ergo homines esse asinum est verum conclusio est falsa ergo aliqua premissarum non minor ergo maior. Unde autor solvendo predicatum sophisma dicit ipsum esse simpliciter verum eo quod est una propositio universalis affirmativa cuius contradictoria est ista. ab altero istorum nullum enunciatus est verus. et non ista ab altero istorum enunciatum non est verus. Dabet enim sic resolvi sophisma. utroque istorum est a quo enunciatum est verum. aliquis a quo enunciatum est verum est alter istorum. et sic probatio sophismatis bene valet. Et improbatio eius peccat per tres fallacias accidentis eo quod in sophismate enunciatum stat pro enunciato in communi et non pro enunciato in particulari ideo est fallacia accidentis ut patet in textu. Unde sicut in hac propositione. omnium contrariorum eadem est disciplina locutio reddatur vera non pro ista disciplina vel illa particulari. quia nulla particularis disciplina est omnium contrariorum: sed reddatur vera pro disciplina in communi et sic disciplina ibi supponit simpliciter: ita est similiter cum dicitur ab utroque istorum enunciatum est verum. enunciatum stat pro enunciato in communi et non pro enunciato particulari ab utroque istorum. unde esse verum attribuitur enunciato ab utroque istorum in communi. et particulare enunciatum ab ambobus accidit tali enunciato in communi ideo committitur fallacia accidentis.

### Sciendum est secundo

quod alij dicunt illud sophisma esse simpliciter falsum. et dicunt quod enunciatum stat determinate pro particulari enunciato ab utroque. et ideo in probatione eius est fallacia figure dictionis arguendo a pluribus determinatis ad unam determinatam ex parte huius termini enunciatum et etiam huius termini verus. Sed ut habetur in textu prima solutio est melior et subtilior secunda. Ideo dicendum est quod ly enunciatus habet suppositionem determinatam in premissis. et in conclusione suppositionem simplicem. non tamen sic quod nullo modo pro inferiori supponat sed quod non stat pro inferiori determinato. reddit enim locutionem veram pro enunciato in communi et non pro particulari et sic probatio tenet. Aliter tamen possit faciliter responderi ad improbationem dicendo quod in ista est fallacia figure dictionis arguendo a suppositione simplici ad personalem distributionem. eo quod in ista ab utroque istorum enunciatus est verum ibi enunciatus supponit simpliciter ut dicitur. sed in minore cum dicitur nihil quod enun-

ciatum est ab utroque istorum est homines esse asinum ibi enunciatus supponit confuse et distributive. Alij vero dicunt quod improbatio peccat per tres fallacias consequentis arguendo a suppositione confusa tantum ad suppositiones confusam et distributivas. Tenendo tamen primam opinionem respondetur quod non est inconveniens arguere a suppositione personali ad simplicem quodam terminus supponit simpliciter per se secundum gradum suppositionis simplicis sicut patet in sophismate.

### Sciendum est tertio quod

circa predicta incidunt aliquae difficultates. Prima est utrum hoc signum utroque possit addi cui libet termino communi. Ad quam dicitur quod si addatur termino communi sine pronome demonstrativo locutio est impropria de virtute sermonis. quavis de bonitate intelligentis talis locutio possit generare bonum sensum. Est enim hec impropria utroque homo currit. Secundo dicitur quod hoc signum utroque requirit quod suo distributive si addatur pronomen demonstrativum demonstrans tantum duo vel tria. et tunc locutio erit propria ut dicendo utroque istorum currit. utroque istorum ambulat. Secunda difficultas est utrum ad hoc quod propositio de hoc signo utroque sit vera requiratur quod predicatum divisim insit cuiuslibet pro quo subiectum distribuitur. Pro solutione duo supponuntur. Primum est quod hoc pronomen istud potest teneri dupliciter. Uno modo divisim. ut alio modo collectivae. Dicitur autem divisim teneri quando propositio in qua ponitur equivalet uni copulativae ut hec isti currunt equivalet huic iste currit et iste currit. sed dicitur teneri collectivae quando propositio in qua ponitur equivalet uni categorice de copulato extremo ut hec. isti sunt duo equivalet enim isti propositioni iste et iste sunt duo. Secundum quod supponitur est quod a propositione in qua ponitur hoc signum utroque ad propositionem in qua ponitur istud pronomen iste divisim sumptum loco eius et contra subiectis superius pro eisdem tunc est bona consequentia vobene sequitur utroque istorum currit ergo isti duo currunt et contra. Quibus suppositionis respondetur quod ad hoc quod propositio universalis affirmativa de hoc signo utroque sit vera requiritur quod predicatum insit divisim cuiuslibet pro quo subiectum distribuitur. Ex quo patet quod hoc sophisma est falsum utroque istorum scilicet tota arithmetica demonstratis sorte et platone et etiam posito quod sortes sciat sex conclusiones et plato alias sex et quod non sint plures conclusiones in arithmetica neque sit aliquid aliquid sciat aliquid in arithmetica. Unde manifeste patet quod si accipiatur isti collectivae sic dicendo ambobus demonstratis isti sciunt totam arithmetica non valet consequentia.

ergo uterque istorum scilicet totam arithmetica. Et eodem modo diceret de isto sophismate uterque istorum scilicet septem artes liberales demonstratis forte et platone et casu posito fortes sciat quatuor tantus et alter puta plato sciat tres.

**Sed contra predicta ar**

guntur Primo sic, uterque componitur ex utroque, sed non habet virtutem distribuendi ab aliquo istorum, ergo non est signum distributum, et si multiter potest argui de neutro. Secundo arguntur sic, omne signum uniuersale facit propositionem uniuersalem, sed uterque non facit propositionem uniuersalem ergo etc. minor patet quia ista uterque istorum currit est singularis sicut ista isti homines currunt, patet quia in utraque ponitur pronomine demonstratiuum cuius termino communi.

Tercio arguntur sic, ab utroque istorum enunciatur est verum, ergo enunciatur ab utroque istorum est verum, consequens est falsum ergo et antecedens, consequentia patet quia nomina et verba transposita idem significant.

Quarto arguntur sic, bene sequitur ab utroque istorum enunciatur est verum, ergo verum enunciatur est ab utroque istorum, per conversionem simpliciter, consequens est falsum eo quod nullum verum est enunciatur ab utroque istorum, ergo sophisma est falsum.

**Ad rationes. Ad primam**

dicitur quod uterque non habet virtutem distribuendi terminum ab aliquo istorum diuisim accepto rum, sed a duobus simul sumptis, quia hoc signum uterque tantus valet sicut unus et unus, et copulatio addita debet coniungere inter plura, et sic dat intelligere quod sit unus et unus vel dat intelligere quod sit unus et alter. Ad secundam dicitur quod uterque reddit propositionem uniuersalem, unde in ista uterque istorum currit non solus importatur demonstratio sed cum hoc distributio pro utroque demonstratorum quod non fit in ista isti homines currunt sed non est simile.

Ad tertiam dicitur negando consequentiam quia committitur fallacia figure dictionis eo quod in prima enunciatur supponit simpliciter et in secunda determinate. Et licet nomina et verba transposita idem significant de significato principali non tamen eodem modo supponunt in utraque. Ad quartam dicitur similiter quod negetur consequentia quia in prima verum supponit simpliciter, in secunda vero determinate, nec ibi est bona conuersio ut prius patet.

Equitur de hoc signo neuter quod signifi-

cat idem quod uterque cum negatione sibi preposita, unde sicut nullus de se habet distributionem et negationem similiter et neuter, sed neuter est distributum duorum tantum.

Item queritur de hoc sophismate, neutrum oculum habendo tu potes videre. Probatio, dextrum oculum non habendo tu potes videre, sinistram oculum non habendo tu potes videre, ergo prima est vera. Contra, neutrum oculum habendo tu potes videre, ergo si neutrum oculum habes vel dum neutrum oculum habes tu potes videre quod falsum est, consequentia patet quia gerundia terminata in o, habent resolui per dum per si vel per quia, sed utroque modo est falsa ergo prima est falsa.

Solutio, prima est falsa et probatio peccat secundum fallaciam accidentis quia posse videre conuenit partibus secundum se scilicet prout sunt diuise, sed non conuenit eis prout sunt unite in suo toto, unde hoc patet per primam regulam cum ad partes sequatur totum, ut potestas videndi conuenit partibus et non toti, ideo si partes inferantur de toto ibi est fallacia accidentis etc.

Circa hunc tertium notandum est primo quod consequenter autem mouet vniuersum sophisma circa hoc signum neuter et est tale, Neutrum oculum habendo tu potes videre, quod sic probatur dextrum oculum non habendo tu potes videre et sinistram oculum non habendo tu potes videre et non sunt plures oculi, ergo neutrum oculum habendo tu potes videre, Improbatur sic, bene sequitur neutrum oculum habendo tu potes videre, ergo dum neutrum oculum habes tu potes videre, vel si neutrum oculum habes tu potes videre, vel quod neutrum oculum habes tu potes videre, consequens est falsum ergo et antecedens quod est sophisma, tenet consequentia quia gerundia terminata in do habet resolui per si per dum vel per quia. Ad hoc sophisma respondet autor dicens quod est simpliciter falsum, et ad probationes eius dicit quod peccat per nequam fallaciam accidentis eo quod posse videre attribuitur in antecedente partibus diuisim sumptis scilicet per disionem a toto, in consequente vero attribuitur toti eorum partibus, unde partes diuisi et sunt totus non sunt penitus idem imo aliquid conuenit partibus prout diuise sunt quod non conuenit eis prout sunt unite in eo, ut patet quod posse videre stat cum hoc quod est non habere sinistram oculum ea ratione qua ista diuisim sumpta differunt ab illo toto scilicet ab eo quod est neutrum oculum habendo, ideo cum inferatur quod posse videre stat cum illo toto cuius quare non potest non valet consequentia, et sic patet quod posse videre est attributum, dextrum vel sinistram et res subiecta, neutrum oculum est accusatiuum quod partem conuenit et partem offert ab illis partibus.

**Sciendum est secundo**

quod circa signa distributiva duorum sunt tres difficultates. Prima est verum in probatione sophismatis predicti sit bona consequentia, ad quam dicunt aliqui quod non eo quod est fallacia figure dictionis arguendo a pluribus determinatis ad vnum determinatum, quia illud gerundium habendo in antecedente habet plures suppositiones determinatas et in consequente habet vnam tantum, sed hec solutio improbat quod hoc gerundium habendo habet eandem suppositionem sicut hoc participium habens in eo inclusum, sed si resolveretur in participium dicendo tu neutrum oculum habens potes videre istud participium habens supponeret discrete, ergo istud gerundium habendo supponit eodem modo et non determinate, et sic male dicitur quod in probatione arguitur a pluribus determinatis ad vnum determinatum minor patet quod hoc participium habens est terminus adiectiuus constructus cuius termino discrete supponente discrete, ergo habet eandem suppositionem. Secundo sic in hoc antecedente ad datur hoc pronomine tu quod facit istud partici-

pium habens semper teneri pro eodem supposito, ergo quis hoc participium habens supponeret determinate: tamen non argueretur a pluribus determinatis ad vnum determinatum, tenet consequentia quia semper verificatur pro eodem et non pro diversis.

**Sciendum est tertio quod**

secunda difficultas est verum aliqua propositio sic vera in qua ponitur hoc signum uterque in recto a parte predicati, ad qua respondetur quod quibus aliqua propositio in qua ponitur hoc signum omnis a parte predicati possit esse vera si terminus communis cui additur non habeat nisi vnum suppositum: tamen ista in qua ponitur uterque in recto a parte predicati nunquam potest esse vera, et ratio est quod per talem propositionem semper significatur quod vnum sit duo sed hoc est falsum ergo etc. maior patet quia in istis propositionibus uterque istorum est uterque istorum, significatur quod iste est uterque istorum, et sic vnum esset duo quod est inconueniens. Et quod ista sit falsa patet quia contraria eius est vera scilicet hoc neuter istorum est uterque istorum, et etiam eius contradictoria scilicet hoc alter istorum non est uterque istorum, et si quis arguat sic bene sequitur iste istorum est iste istorum et iste istorum est iste istorum, ergo uterque istorum est uterque istorum, ad hoc respondetur negando consequentiam quia ibi committitur fallacia consequentis eo quod non bene inducitur, debet enim in inducibus et in toto in quantitate seu in indurta manere idem predicatum, debet enim sic induci, iste istorum est uterque istorum et iste istorum est uterque istorum, ergo uterque istorum est uterque istorum, et sic consequentia est bona, sed sicut consequens est falsum ita et antecedens quia singularis res sunt false. Tertia difficultas est de veritate huius sophismatis uterque istorum est homo vel asinus demonstratis forte et brunello, ad hoc sophisma breuiter respondetur quod est distinguendum penes compositionem vel diuisionem eo quod propositio seu sophisma potest esse propositio categorica de diuincto predicato et tunc est verum, quod probatur quia iste est homo vel asinus demonstrato forte, et iste est homo vel asinus demonstrato brunello, ergo uterque istorum est homo vel asinus, tenet consequentia per locum a partibus totius in quantitate ad suum totum, si vero sophisma sit propositio disiunctiva sic est falsum et eius sensus est uterque istorum est homo vel asinus, ergo uterque istorum est homo vel uterque istorum est asinus, et sic est vna disiunctiva cuius quilibet pars est falsa ergo sophisma est falsum.

**Sed contra predicta ar**

## Tractatus sextus

gatur primo sic. homo potest videre per aliud  
per verum oculum. ergo neutrum oculum ha-  
bendo potest homo videre. antecedens patet quod  
homo potest videre se videre. sed non videt nisi  
per oculum ergo etc. Secundo arguitur  
sic. in probatione suppositio arguitur a parti-  
bus totum in quantitate sufficienter enumeratis  
ad suum totum. ergo illa probatio est sufficienter.

Tertio arguitur sic. lapidem habendo tu po-  
tes videre. sed lapis est neuter oculus. ergo neu-  
trum oculum habendo tu potes videre. minor pa-  
tet quia lapis non est aliter oculus ergo lapis est  
neuter oculus. consequentia patet. per equipol-  
lentiam. Quarto arguitur sic. in hac proposi-  
tione verus istorum est verus istorum predicatur  
idem de se ergo ipsa est vera.

### Ad rationes. Ad primam

dicitur quod homo potest videre suum actum vide-  
di per alium sensum et per visum sed per sensum  
communiem sed hoc non potest esse nisi quando vi-  
det per sensum particularem ideo neutrum ocu-  
lum habendo nihil potest videre. Ad secundam  
dicitur quod antequam valeat locus a partibus totum  
quantitate ad suum totum oportet quod omnes sin-  
gulares sint vere pro eodem tempore sed sic non  
est in proposito. quando enim hoc est vera de-  
trum oculum non habendo tu potes videre hoc  
est falsa finitum oculum non habendo tu po-  
tes videre. Ad tertiam dicitur quod ibi non be-  
ne concluditur eo quod neutrum positum a parte  
dicatur est pars predicari. positum vero a parte  
subiecti non est pars subiecti et sic male conclu-  
ditur debet enim sic concludi. ergo aliquid quod  
est neutrum oculum habendo tu potes videre.

Ad quartam negetur antecedens. unde hoc  
totum verus istorum predicatur sed hoc totum  
verus istorum non subicitur cum verus sit sig-  
num distributum et dictio relativa subiecti.

**Abito de signis distri-**  
**butivis partium sub-**  
**iectivarum: consequen-**  
**ter queritur utrum negatio ha-**  
**beat vim distribuendi siue con-**  
**fundendi. Et videtur quod sic quia**  
**Aristoteles in primo per yarmie-**  
**nias dicit quod ille contradicunt.**  
**homo est iustus non homo est**  
**iustus. ergo altera est universa**

lis cum subiciatur terminus co-  
munis. sed non nisi hic non homo  
est iustus. ergo ille terminus homo  
distribuitur sed non est ibi ali-  
quid a quo distribuitur nisi ne-  
gatio. ergo distribuatur a ne-  
gatione. Contra. si negatio ha-  
beat vim confundendi. ergo si-  
cut ista est incongrua omnis for-  
tes currit. similiter hec non for-  
tes currit quod est falsum. quia  
quavis signum distributum non  
possit addi termino singulari.  
tamen negatio bene potest ad-  
di. Item ubique est distributio  
ibi est terminus communis sump-  
tus universaliter. ergo oportet  
quod ibi sit dictio significans quo-  
niam universaliter. sed signum  
universaliter tantummodo nega-  
tio vero non. ergo non habet  
vim distribuendi quod conce-  
ditur dicentes quod negatio non  
confundit sed negat hoc quod  
post se invenit. unde cum adiu-  
gitur termino communi negat  
ipsum. sed ad negationes supe-  
rioris sequitur negatio cuius-  
libet inferioris. eo quod destructo su-  
periori destruitur quodlibet eius  
inferius. ergo negatio non con-  
fundit sed negat quod post se  
invenit siue sit universale siue

## De distributione.

particulare. Solutio autem  
patet ad hoc quod obicitur. quod  
hec est universalis non homo  
est iustus. hoc non est propter  
naturam distributionis existen-  
tis in negatione. sed hoc est quod  
negatur homo in communi quo  
remoto remouetur quodlibet eius  
inferius. Item solet poni que-  
dam distributio aptitudinis ut  
omnis homo timet in mari. hic  
est aptus natus est timere in ma-  
ri. Item solet poni distributio  
accommodata ut celum tegit om-  
nia preter seipsum. et deus crea-  
vit omnia alia a se. sed ista duo  
genera distributionis non sunt  
ita propria sicut alia.

Et circa hunc textum notandum est primo quod post  
quod autor determinavit de signis distributis par-  
tium subiectivarum: consequenter determinat de  
negatione et de distributione que fit per ipsum.  
Et potest assignari duplex causa quare tractan-  
do de predictis signis simul tractat de negatione  
ne. Prima est quod negatio eodem modo distribuitur et  
facit distributionem pro partibus subiectivis li-  
cet ex consequenti sicut et signa de quibus deter-  
minatum est. Alia causa potest esse quod signa nega-  
tiva sicut nullus nihil neuter habent vim distri-  
butionis ratione negationis addite signo particu-  
lari ideo post signa negativa primo videndum est  
de negatione et de signis distributis pro parti-  
bus integralibus. Pro quo est advertendum  
quod negatio potest capi dupliciter. Uno modo pro ora-  
tione negativa in qua scilicet negatur aliquid de ali-  
quo et hoc modo est species enunciacionis et non su-  
mitur sic in proposito. Alio modo sumitur pro instru-  
mento negandi siue pro signo negativo sicut est  
hoc adverbium non. et hoc est adhuc dupliciter  
vno modo instantanter quando additur termino per  
propositionem sic quod facit distributionem cum termi-  
no cui adiungitur ut non homo non currit. Alio modo  
sumitur negatio neganter et sic solum addatur  
termino per oppositionem. et de ista negatione  
est hic solum ad propositum.

### Sciendum est secundo

quod de negatione negante autor movet talem du-  
bitationem. virum scilicet negatio habeat virtutem  
distribuendi terminum cui additur. Et videtur quod  
sic quod ille sunt contradictione homo est iustus. non homo est  
iustus. quod oportet alterum ipsorum esse universale.  
sed non est ibi aliquid a quo distribuatur subiec-  
tum nisi negatio. ergo negatio habet virtutem di-  
tribuendi. Ita oppositum arguitur quod ratio  
habes. Prima est si negatio haberet virtutem di-  
tribuendi tunc sicut ista est incongrua omnis for-  
tes non esset etiam ista non fortes. sed hoc est falsum  
ergo illud ex quo sequitur. Secundo ratio est ver-  
ba eius est distributio ibi est terminus communis sump-  
tus universaliter. sed hoc non habet fieri nisi per sig-  
num universale eo quod solum signum vel significat  
quoniam universaliter. sed negatio non est signum  
universale quoniam non habet vim distribuendi termi-  
num communem. Ad dubium respondet autor quod  
negatio non habet virtutem distribuendi terminum  
per se cui additur. et hoc bene probant duae rati-  
ones adducte. Sed habet vim distribuendi per  
accidens terminum communem quod negat formam  
termini communis cui adiungitur. sed ad negationem  
termini communis seu superioris sequitur negatio cui-  
uslibet inferioris. Et quod patet quod negatio addi-  
ta termino communi per accidens distribuit ipsius pro-  
partibus subiectivis. Et ad illud quod arguitur de  
alio non homo est iustus. dicitur quod non homo est visus  
eo quod negatio non primo distribuit sed solum ex parte  
quod negans superior negans omnia inferiora eius.

### Sciendum est tercio quod

alij dicunt negationes habere virtutem distribuendi  
terminum cui additur. Quod probatur sic. quod hec  
propositio non homo est iustus equivaleat huic nullus  
homo est iustus per regulam equipollentiarum. sed  
ibi est distributio et non nisi virtute negationis  
ergo negatio distribuit. Secundo sic quicquid  
habet virtutem ampliandi terminum communem  
ad sua inferiora illud habet virtutem distribuendi  
et sic est de negatione ut dicendo nullus homo  
est iustus ergo etc. minor patet quod sub hoc pie-  
dicato aliquid potest fieri descensus copulativus ad  
sua inferiora quod non esset nisi multiplicaretur per  
negationes et distribueretur pro suis inferioribus.

Pro ista opinione est advertendum quod duplici-  
ter potest intelligi negationem habere virtutem di-  
tribuendi. Uno modo per se primo et sic sibi non con-  
venit sicut dicitur est sed et convenit negare. Alio modo  
per accidens et ex consequenti et sic dicitur quod ne-  
gationi bene convenit distribuere. nam sicut dicitur  
est ad negationem superioris sequitur negatio om-  
nium inferiorum. quando enim negatur aliquid de  
aliquo negantur quocumque continentur sub eo de eo-  
dem. et ita sub tali termino licet fieri descensus ad

## Tractatus sextus

omnia supposita talis termini, et per consequens ad negationem sequitur distributio, habet enim prout virtutem negandi et per consequens virtutem distribuendi. Consequenter ponit duas species distributionis que non sunt multum vniuersales. Prima est que est distributio aptitudinis, et est quando verbum respectu cuius fit distributio non accipitur ut significat actum sed ut aptitudinem imponat ut cum dicitur omnis homo tunc in mari, nullus homo tunc in mari, posito casu quod nullus sit homo ibi, et tunc sensus illius propositionis est iste, omnis homo est aptus nauis tunc in mari licet non timeat. Et non dicitur distributio aptitudinis respectu subiecti eo quod subiectum aptum naturam sit distribui, sed magis eo quod signum distribuit subiectum in ordine ad predicatum quod debet sumi in quantum dicitur aptitudines sicut verba que in definitionibus ponuntur, ideo hec distributio non differt ab alijs superius positis ex parte subiecti sed tantum ex ordine ad predicatum respectu cuius distribuitur. Alia est distributio accommodata, que est quando signum non distribuit terminum communem cui adhibetur pro omnibus suis suppositis sed ab illa propositione fit exceptio alicuius suppositi, ut si dicitur celum tegit omnia, cuius est sensus celus tegit omnia alia corpora a se. Similiter est dicitur deus creauit omnia, sensus est deus creauit omnia alia a se.

### Sed contra predicta arguitur

Primo sic, hoc signum nullus habet vniuersalem virtutem distribuendi tunc negationis quam includit, sed negatio non potest distribuere ergo neque illud signum nullus. Secundo arguitur sic, quicquid potest facere propositionem vniuersalem habet virtutem distribuendi, sed negatio est humifera, di, ut si dicitur non quidam homo currit, et cetera.

Tercio arguitur sic, vniuersalis rei vniuersalis est actus sed actus negationis proprius est negare, ergo negatio non habet virtutem distribuendi. Quarto arguitur sic, signum vniuersale additum termino communi distribuit ipsum vniuersaliter pro suis suppositis nisi per distribuatur aut restringatur per aliquam restrictionem, sed cum dicitur celum tegit omnia, ibi entia non distribuuntur, ergo non est distributio accommodata.

### Ad rationes. Ad primam

dicitur quod patet solutio ex predictis, et similiter ad secundam. Ad tertiam dicitur quod vniuersalis rei est tantus vniuersalis actus proprius primo et per se sibi conueniens, possunt tamen esse plures ad inuicem subordinati cuiusmodi sunt negare et distribuere rationes negationes. Ad quartam dicitur quod in hac propositione celus tegit omnia, ibi predicatus non restringitur per aliquod sibi

explicitum additum, tamen virtute transitionis in posse per verbum restringitur ad standum pro alijs a subiecto, et in distributione accommodata solum fit distributio virtute intellectus accipientis terminum eo modo quo locutio potest verificari de ipso.

Equitur de hoc signo totus quod est distributum partium integralium ut hic totus fortes est albus, est enim sensus fortes sicut quilibet sui partem est albus. Unde ad istam totus fortes est albus immediate sequitur ista fortes sicut quilibet sui partem est albus, ad quam sequitur quelibet pars fortis est alba. Probatio, in hac totus fortes est albus fortes subicitur albedini sicut se et partes eius non sicut se, sed prout sunt in suo toto siue sub forma totius, ergo non subiciuntur albedini nisi per totum et sic per prius sequitur hec fortes sicut quilibet partes sui est albus, et postea illa quelibet pars fortis est alba. Item in hac totus fortes est albus totus subicitur albedini in rectitudine, partes autem in obliquitate, quia in eo quod est totum partes intelliguntur in obliquis, et in eo quod est pars totum sumitur oblique, quod patet per diuisionem eius quod est totum, ut domus est ex pariete tecto et fundamentis, et fortes est ex partibus

## De distributione.

ergo illud quod est totum dat intelligere partes obliquas, ergo ad hanc totus fortes est albus immediate sequitur hec fortes sicut quilibet sui partem est albus, et mediate sequitur ista quelibet pars fortis est alba. Item ad idem, illud quod est pars non habet esse nisi ab eo quod est totum quia non habet perfectionem nisi ab eo, ergo non subicitur alicui nisi per totum ergo totum prius subicitur, ergo ad hanc totus fortes est albus immediate sequitur fortes sicut quilibet sui partem est albus, et immediate quilibet pars fortis est alba. Secundum predicta queritur de hoc sophismate, totus fortes est minor forte, probatio, quelibet pars fortis est minor forte, et fortes sicut quilibet sui partem est minor forte, ergo totus fortes est minor forte. Contra, totus fortes est minor forte, ergo fortes est minor forte. Solutio, prima est vera scilicet hec totus fortes est minor forte. Et probatio peccat sicut quilibet sui partem est minor forte, quia in ista totus fortes est minor forte, predicatum attribuitur partibus quibus vere conuenit, forti autem non conuenit, et ideo hec est sim

pliciter falsa fortes est minor forte, et ideo si partes inferant esse minorem forte de toto siue de forte erit fallacia accidens per vnam regulam supradictam unde totus fortes est res subiecta et fortes accidit ei, et esse minor forte assignatur vtrique in esse. Etiam improbatio peccat sicut quilibet ad simpliciter, quia ista totus fortes est minor forte non ponit fortes sicut se sed sicut suas partes et ideo ponit fortem sicut quilibet esse minorem forte, ita cum simpliciter inferatur ergo fortes est minor forte peccat sicut quilibet ad simpliciter sicut fortes sicut pedem est minor forte, ergo fortes est minor forte. Item in quibusdam sequitur, totus fortes ergo fortes, ut totus fortes est albus, ergo fortes est albus et in quibusdam non. Queritur in quibus est et in quibus non dicendum est quod sunt quedam accidentia que indifferentem conueniunt parti et toti ut albus niger calidum frigidum augeri minui, et in talibus bene sequitur totus fortes ergo fortes, alia sunt accidentia que conueniunt partibus et non toti vel e converso toti et non partibus, ut totalitas minoritas paruitas, et



## Tractatus sextus

### in talibus non sequitur totus sortes ergo sortes.

Circa hunc textum notandum est primo quod autem consequenter determinat de hoc signo totus quod est distributum terminum pro partibus in talibus, ut si dicatur totus sortes est albus, ibi totus distribuit pro partibus integralibus sortis. Et ratio ordinis potest assignari, quia partes subiective sub suo genere differunt numero et sunt summe esse, sed sunt numero cum sunt numero, ut si sit multiplicatio termini que convenit partibus integralibus et quando multiplicatur terminus in partes subiectivas, ergo distributio que fit pro partibus subiectivis est verior et perfectior distributio que fit pro partibus integralibus. Et sic determinando de hoc signo totus ostenditur primo quod in eo includitur terminus distribuitus et etiam signum universale distribuitum in obliquo et non in recto ita quod sit sensus totus sortes est minor sorte sortes sunt quilibet sui partes est minor sorte. Secundo sic in hac propositione totus sortes est albus sortes subicitur albedini sunt partes autem subiciuntur per ipsum et non est sic quod partes primo subiciantur albedini et ex consequenti totum, ergo ista totus sortes est albus inferat istas duas, sortes sunt quilibet sui partes est albus, et istam quolibet pars sortis est alba, licet primo inferat istam sortes sunt quilibet sui partes est albus, ex quo patet quod hoc signum totus includit in se signum distributum et terminum sue distributionis. Unde est advertendum quod circa hoc signum totus movet autor tale sophisma, Totus sortes est minor sorte. Probatur sic, bene sequitur quilibet pars sortis est minor sorte, ergo sortes sunt quilibet sui partes est minor sorte, et per consequens totus sortes est minor sorte. Improbatur sic, totus sortes est minor sorte, ergo sortes est minor sorte sed consequens est falsum ergo et antecedens quod est sophisma.

Ad hoc sophisma respondet autor dicens ipsum esse verum. Et ad probationem dicitur quod committitur fallacia accidentis eo quod propter paritatem idempnitatis partium cuius toto que tamen differunt ab illo inferitur esse minorem sorte que tamen non committitur sed convenit partibus diversis sumptis. Secundo dicitur quod committitur fallacia sunt quid ad simpliciter, quia ista totus sortes est minor sorte non ponit esse minorem simpliciter sed solus sunt quid sunt suas partes et ideo est fallacia secundum quid ad simpliciter, ut si argueretur sic sortes sunt quilibet sui partes est minor sorte, ergo sortes est minor sorte.

Est tamen advertendum quod si totus capiatur categorice id est significat ut est sensus est, totus sortes est minor sorte, id est sortes habens partes vel perfectus sortes est minor sorte, hoc

enim modo totum et perfectum idem sunt. Si vero totus capiatur syncategorematice prout, significat dispositionem subiecti distribuitam in partes integrales ad predicatum hoc modo sophisma dicitur esse verum et sic capitur in textu.

Tamen est notandum ut aliqui dicunt quod duplices sunt partes integrales, quedam enim sunt essentielles ut materia et forma, alie sunt quantitates ut pes manus brachium et similia. Ex quo inferunt quod si totus distribuat pro omnibus suis partibus integralibus tam essentialibus quam quantitatibus tunc sophisma est simpliciter falsum eo quod una pars puta anima vel materia non est minor neque maior sorte. Si vero distribuat pro partibus integralibus quantitatibus concedunt ipsum esse verum. Sed melius videtur esse dicendum cum autore scilicet quod non est distinguendum sine concedendum et eius sensus est, sortes sunt quilibet partem integram est minor sorte, modo sunt eius pars integralis est pars quantitatua que cum alia parte quantitatua constituit aliquod totum quantum nec una illarum partium est perfectibilis per aliam, ideo partes essentielles sunt cum non debent dici partes integrales, nec totus potest distribui pro partibus essentialibus. Ex quo patet quod iste propositiones sunt falsae totus sortes est totus sortes, et similes quia ista equivaleat huic sortes sunt quilibet sui partes est totus sortes. Similiter hoc est falsum totus sortes est sortes. Si ista est vera et debet concedi, totus sortes est pars sortes, et sic de similibus.

### Sciendum est secundo

quod consequenter autor solvit unam objectionem que possit fieri. Posset enim sic argui, bene sequitur totus sortes est albus ergo sortes est albus, ergo etiam bene sequitur totus sortes est minor sorte ergo sortes est minor sorte, cuius oppositum dictum est. Ad hanc objectionem respondet autor dicens quod duplicia sunt accidentia, quedam enim sunt que indifferenter possunt esse toti et partibus ut album nigrum et sic de alijs et in talibus bene sequitur totus sortes ergo sortes. Alia sunt que conveniunt partibus et non toti ut minoritas et parvitas, et in talibus non sequitur. Et tunc potest respondere negando consequentiam eo quod esse album potest inesse omnibus partibus sortis tam diversis quam contrariis sumptis. Sed quantum esse minorem sorte in partibus diversis sumptis non tamen contrarium et ideo non est simile.

Et si quis querat cuius quantitatis est ista totus sortes est minor sorte. Ad hoc respondet aliqui dicentes ipsam esse universalem pro quo supponunt quod iste terminus sortes non distribuit terminum cui adungitur, sed solus terminum in eo inclusum, sic scilicet quod totus tantus valet sicut quilibet pars et sic iste terminus pars

## De distributione.

distribuitur et equivaleat hoc sophisma huic propositioni quilibet pars sortis est minor sorte et sic de alijs. Sed videtur dicendum cum autore quod est singularis et equivaleat isti sortes sunt quilibet sui partes est minor sorte, nec equivaleat huic quilibet pars sortis est minor sorte, ut satis probatur in textu. Et sunt hanc opinionem ista consequentia est bona, totus sortes est minor sorte ergo totus homo est minor sorte. Patet quia hoc est bona consequentia sortes sunt quilibet sui partes est minor sorte, ergo homo sunt quilibet sui partes est minor sorte, quia arguitur ibi ab inferio, et ad superius affirmatur. Ex quo videtur inferri quod ista consequentia non valet totus homo est minor sorte, ergo quilibet pars hominis est minor sorte, quia antecedens potest esse verum consequente existente falso eo quod arguitur a supposito determinata ad suppositionem consilium et distributum ex parte huius terminum homo.

Et si quis arguat autor concedit similem consequentiam scilicet ista totus sortes est minor sorte ergo quilibet pars sortis est minor sorte. Respondetur quod illa conceditur eo quod non refert preponere et postponere signum universale terminum singulari cum non possit distribui, non autem sic est de termino communi.

### Sciendum est tercio quod

circa predicta est aliqua difficultas utrum hoc signum totus semper distribuat pro partibus in talibus rei significat per terminum cui adungitur. Pro solutione huius supponenda est una distinctio prius posita de hoc signo totus, quia aliquando est signum distributum et sic capitur syncategorematice, aliquando etiam capitur categorice et sic non est signum distributum nec refert quantum ad veritatem vel falsitatem habere ipsum, vel non habere terminum habenti partes ut idem est dicere sortes est sortes, et totus sortes est sortes. Ex quo patet quod hoc modo debet accipi totus in hac propositione omne totum est manus sua parte que est vera intelligitur de eam de toto integrali quantitate et finito. Secundo dicitur quod si totus capiatur categorice hoc sophisma est concedendum totus quod est in mundo est in oculo meo. Similiter hoc propositum debet concedi tota distinctio est vera cuius altera pars est falsa, et hoc primo de celo et mundo cum dicitur omne totum et perfectum id est sunt. Alio modo sumitur syncategorematice ut prius patuit, et in isto sensu accipiendo syncategorematice totus propositiones predictae sunt falsae et nullo modo concedende. Sed iste de bene concedi totus brunellus est sortes, posito casu quod sortes habeat unum a finis qui vocetur brunellus cuius quilibet pars fit pro sorte. Sed non valet inferri ista consequentia scilicet caput brunellus

est sortis ergo caput sortis habet auriculas affinis vel caput brunelli habet auriculas affinis, et similiter os brunelli comedit sorte dormiente, os brunelli est sortis ergo os sortis comedit sorte dormiente. Sed non valet inferri ista consequentia caput brunelli est sortis ergo caput sortis habet auriculas affinis. Vel os brunelli est sortis ergo os sortis comedit sorte dormiente. Sed debet sic inferri ergo caput quod est sortis habet auriculas affinis et os quod est sortis comedit sorte dormiente.

### Sed contra predicta arguitur

Primo sic, totum integrale actualiter includit omnes suas partes, ergo non oportet ponere signum distributum pro partibus integralibus. Secundo arguitur sic, bene sequitur totus sortes est minor sorte totus sortes est sortis ergo sortes est minor sorte, conclusio est falsa ergo aliqua premissarum, non minor maior que est sophisma. Tertio arguitur sic, bene sequitur totus sortes est minor sorte ergo totus homo est minor sorte, conclusio est falsa ergo aliqua premissarum, non minor maior que est sophisma. Quarto arguitur sic, bene sequitur totus sortes est minor sorte ergo totus homo est minor sorte, conclusio est falsa ergo aliqua premissarum, non minor maior que est sophisma. Quarto arguitur sic, convertens sophismatis est falsa scilicet aliquid minus sorte est sortes, ergo sophisma est falsum.

### Ad rationes. Ad primam

dicitur quod totum integrale vult in actu omnes suas partes quantum ad esse sed non ponit omnes in actu quantum ad hoc quod est habere sub predicato, ideo cum hoc signum totus sit dictio respectiva potest distribui terminum pro suis partibus integralibus respectu predicati quod convenit uni et non alteri ut quod convenit omnibus partibus seu pluribus et non toti. Ad secundam dicitur quod si capiatur totus syncategorematice minor est falsum et non valet consequentia

Ad tertiam dicitur quod hoc consequentia quilibet pars sortis est minor sorte, ergo quilibet pars hominis est minor sorte non valet, similiter nec ista totus sortes est minor sorte, ergo totus homo est minor sorte. Vel dicendum est sicut vult autor quod totus tantus valet sicut sunt quilibet partes eius, ut prius patuit et tunc bene valet consequentia. Ad quartam dicitur quod illa non est convertens sophismatis sed ista aliquid minus sorte est pars sortis.

Equitur de signis distributivis accidentibus inter que primo dicendum est de signis distributivis qualitatis. Dicitur autem signum

## Tractatus sextus

distributum qualitatis quod distribuit res se habentes per modum qualitatis. ut qualelibet cuius particulare est aliqua. Sed tunc obicitur quod si accidens multiplicetur multiplicato subiecto. ergo cum signa distributiva substantie distribuunt siue multiplicent subiectum. oportet quod multiplicent siue distribuunt ipsum accidens ergo signa distributiva accidentium superfluent. Ad hoc dicendum est quod duplex est multiplicatio accidentis. quia quedam est multiplicatio accidentis secundum numerum. et hec fit per signum distributivum substantie ut omnis homo albus currit. Alia est multiplicatio secundum speciem. et hec fit per signa distributiva accidentis. ut qualelibet currit id est res habens qualemcumque qualitatem currit. Circa predicta queritur de hoc sophismate quodlibet qualelibet de quolibet tali scit ipsum esse tale quale ipsum est. posito quod sortes sciat grammaticeam logicam rethoricam. et plato et cicero similiter et sciant se habere eas. et sint alij tres homines quorum unus sciat logicam alter grammaticeam et alius rethoricam. et isti videntur

se habere eas. et de alijs nihil sciant. et alij sciant de se et de istis et non sunt plures homines neque plures qualitates. Probatio hoc qualelibet de quolibet tali scit ipsum esse tale quale ipsum est. et sic dicitur secundo et tertio. et non sunt plura qualelibet. ergo quodlibet qualelibet de quolibet tali scit ipsum esse tale quale ipsum est. Contra. quodlibet qualelibet dicitur. ergo quodlibet grammaticeum de quolibet tali scit ipsum esse tale quale ipsum est. Solutio. prima est vera. et improbatio peccat secundum fallaciam consequentis ab inferiori ad superius cum distributione superioris. quia qualelibet supponit tantum pro tribus scilicet pro tribus primis sed grammaticeus supponit pro eisdem et etiam pro aliquo qui habet grammaticeam tantum et ita grammaticeum est in plus quam qualelibet. unde si apponatur signum univiale distributivum sic. quodlibet qualelibet dicitur. ergo quodlibet grammaticeum fit consequens ut hic. omnis homo ergo omne animal. et similiter in ultimo. ut de quolibet qualelibet. ergo de quolibet grammaticeo cum dicitur de quolibet tali.

## Tractatus sextus

Circa hunc tractatum notandum est patet quod consequenter autor determinat de signis distributivis accidentium. Unde signum distributivum accidentis est quod distribuit res se habentes per modum accidentis siue per modum alteri adiacentis. Et inter ista primo determinat de signis distributivis qualitatis. et sunt illa que distribuunt res se habentes per modum qualitatis. Et accipitur hic qualitas generaliter pro omni illo quod habet modos qualificantis siue determinantis siue illud sit substantia siue accidens.

Et dividuntur hec. quia quedam accidentia sunt qualitates et quedam quantitates. et licet sint plura accidentia tamen magis ista determinantur per signa distributiva qualitatis et quantitates et per alia. eo quod ista accidentia sunt principaliora in quibus cetera accidentia fundantur. et quia etiam habent modos predicandi absolute. Et quo patet quare ponuntur tantum duo signa distributiva accidentis. Ulterius est advertendum quod autor soluit unam objectionem que contra hoc posset fieri. et talis est. Accidens multiplicatur ad multiplicationem subiecti. ergo cum signa distributiva substantie multiplicent et distribuunt subiectum oportet etiam quod multiplicent accidens et per consequens non sunt ponenda signa distributiva accidentium. Ad hoc respondet autor quod quando multiplicatio accidentis secundum numerum fiat per signa distributiva substantie. non tamen multiplicatio accidentis secundum speciem sed talis multiplicatio habet fieri per signa distributiva accidentis. Unde autor determinando de signis distributivis qualitatis movet hoc sophisma. Quodlibet qualelibet de quolibet tali scit ipsum esse tale quale ipsum est. Posito casu quod sortes sciat grammaticeam rethoricam et logicam. similiter plato et cicero similiter sciant illas et cum hoc sciant se habere illas. et sint alij tres homines quorum unus sciat unam et alius aliam et tertius alias. et illi tres nesciant se habere illas nec aliquid sciant de alijs hominibus habentibus illas. sed alij bene sciant de se et de ipsis. Hoc posito probatur sophisma. hoc qualelibet de quolibet tali scit ipsum esse tale quale ipsum est et sic de secundo et tertio. et non sunt plura qualelibet ergo sophisma est verum. Improbatur sic. quodlibet qualelibet de quolibet tali scit ipsum esse tale quale ipsum est. ergo quodlibet grammaticeum de quolibet tali scit ipsum esse tale quale ipsum est. hoc autem est falsum ut patet per casum positum ergo dicitur. Ad sophisma respondet autor dicens quod ipsum esse verum simpliciter. et improbatio peccat secundum accidens vel penes fallaciam consequentis arguendo ab inferiori ad superius cum distributione superioris. Unde in casu posito qualelibet est inferius ad grammaticeum eo quod omne qualelibet est grammaticeum sed non econtra. qualelibet

bet enim supponit tantum pro tribus ut patet per casum positum. sed grammaticeum supponit pro eisdem et cum hoc pro illo solo qui habet grammaticeam ideo cum additur distributio. qualelibet non valet consequentia.

### Sciendum est secundo quod

secundo predicta signa sunt aliquae difficultates. Prima est utrum huiusmodi signa distributiva accidentis distribuunt terminum cui immediate adiunguntur. Ad quod primo dicitur quod talia signa non distribuunt terminum extra se positum sed intra se quia includunt terminum siue distributivum. Unde qualelibet idem est quod de qualibet specie qualitatis aliquam qualitatem habens. Ex quo sequitur quod terminum quibus adduntur huiusmodi signa si non impediuntur supponunt confuse tantum vel simpliciter. patet quia immediate sequuntur signum univiale affirmativum. Secundo dicitur quod in omni termino adiectivo substantivato in neutro genere includitur iste terminus ens vel res. ideo aliquando in talibus signis distributivis includuntur duo termini distributives quorum unus distribuitur et alter non et sic talis oratio in qua signum est substantivatum in neutro genere est distinguenda. quia secundum quod alter illorum terminorum precedit signum et sic non distribuuntur et supponit determinate. vel sequitur signum et sic supponit confuse tantum vel simpliciter. et hoc patet in hoc signo qualelibet. unde qualelibet tantum valet sicut ens vel res habens aliquam qualitatem et sic qualitas est illud quod distribuunt. et ultra includit subiectum illius qualitatis quod est ipsa res habens qualitatem. Et quia illud subiectum precedit virtutem signi distributivi et habet eius suppositionem exponere ideo non distribuuntur per signum. et sic ratione illius subiecti non distribuuntur potest illi signo qualelibet addi aliud signum distributivum cuius distributio cadat supra tale subiectum. ut sic dicitur quodlibet qualelibet. Si vero illud subiectum sequitur signum non distribuuntur sed stat confuse tantum. et posset esse sensus quodlibet qualelibet id est de qualibet specie qualitatis ens habens qualitatem. sed illud subiectum perfectius intelligitur precedere et sequi. ex quo patet respectu ad difficultatem.

### Sciendum est tertio quod

est alia difficultas utrum secundum signa distributiva accidentium distribuunt pro omnibus individuis vel pro omnibus speciebus accidentis. Pro cuius solutio supponitur quod sicut dicitur est qualelibet equus let hinc orationi de qualibet specie qualitatis ens habens aliquam qualitatem. vel isti ens habens de qualibet specie qualitatis aliquam qualitatem et idem diceretur de signis distributivis quantu

## Tractatus sextus

tatis ut quantitatis quodcumque. ideo ad veritas  
tem huius qualelibet homo currit non requiritur  
sed homo habens omnem qualitatem currat  
sed sufficit qd de qualibus specie qualitatis homo  
habens aliquam particularem qualitatem currat  
Et quo patet qd signa distributiva accidentis di-  
stribuant pro speciebus et non pro individuis.

Et si quis querat quomodo danda est aliqua  
contradictio in talibus propositionibus vel con-  
trarietas. Respondetur qd propositiones in qui-  
bus talia signa ponuntur debent resolui ut hec  
qualelibet currit resoluenda est in istam de qua  
libet specie qualitatis ens habens aliquam qualita-  
tatem currit. et eius contraria est ista. de nulla spe-  
cie qualitatis ens habens aliquam qualitatem cur-  
rit. vel ista de qualibet specie qualitatis nullum  
ens habens aliquam qualitatem currit. sed et con-  
tradictoria est ista de qualibet specie qualitatis  
nullum ens habens aliquam qualitatem currit. vel  
ista non de qualibet specie qualitatis ens habens  
aliquam qualitatem currit. Sed tamen si iste ter-  
minus ens inclusus in isto signo precedat distri-  
butionem in resolutione termini illa propositio  
non habet contrariam eo qd est indefinita. con-  
tradictoria vero eius est ista nullum ens de qua  
libet specie qualitatis currit.

### Sed contra predicta ar-

guitur primo sic. signum distributum est dispo-  
sitiu subiecti in ordine ad predicatum. sed accidens  
vel adiectiuum adiective tenent non potest esse  
subiectum propositionis. ergo nullum est signum  
distributum accidentis accepti per modum ac-  
cidentis vel per modum alteri inherens. Se-  
cundo arguitur sic. dicendo omne coloratum. ibi  
distribuitur accidens sub modo accidentis. et tunc  
omne est signum distributum substantie. ergo  
contra distributionem signi distributum accidenti

Tertio arguitur sic. omne signum distributi-  
uum debet reddere propositionem vniuersalem.  
sed qualelibet non est huiusmodi qd hec est inde-  
finita qualelibet currit ut patet per eius expo-  
sitionem ergo ad. Quarto arguitur sic. nullum  
signum vniuersale potest alteri signo distribu-  
tuo comparari eo qd non esset debita proportio di-  
stributionis et distributibus. ergo ista est incongrua  
quodlibet qualelibet. et sic cum verum presuppo-  
nat congruum illud sophisma non potest esse verum.

### Ad rationes. Ad prima

dicitur qd adiectiuum adiective tenens non potest  
esse principale subiectum enunciationis. tamen  
potest poni in subiecto per modum denominati-  
ui in respectu principalis subiecti. Ad secundas  
dicitur qd dicendo omne coloratum ibi illud ad-  
iectiuum substantiat in neutro genere ideo  
distribuit pro supposito et per modum substantie

et non sub modo accidentis. Ad tertias  
dicitur qd ista qualelibet currit ex parte subiecti  
locutionis et indefinita si subiectum precedat sig-  
num distributum. sed ex parte subiecti distribu-  
tionis est vniuersalis ut patet in expositione eius

Ad quartam dicitur qd hanc signum qualelibet  
non additur aliud signum ratione cuius sit di-  
stributum. sed in quantum includit terminum sine  
distributione ideo nulla est ibi incongruitas.

### Equitur de signis di- stributivis quantitatis et sunt illa que distri-

buunt res se habentes per mo-  
dum quantitatis. ut quociens-  
cumque quantuscumque. Et sic hoc  
queritur de hoc sophismate.  
quocienscumque fuisti parisius to-  
tiens fuisti homo. Probatio.  
vna vice fuisti parisius et illa vice  
fuisti homo. alia vice fuisti parisius  
et illa vice fuisti homo et sic de alijs.  
quocienscumque fuisti parisius to-  
tiens fuisti homo. Improbatio  
quocienscumque fuisti parisius to-  
tiens fuisti homo. sed bis fuisti  
parisius. ergo bis fuisti homo.  
quod falsum est. quia hec dic-  
tio bis importat interruptionem  
eius cui adiungitur. sed actus  
essendi hominem non fuit inter-  
ruptus in te. Solutio. prima est  
falsa. ad probationem autem re-  
spondendum est per interrup-  
tionem quia secunda pars co-  
pulative est falsa scilicet illa vice  
fuisti homo. quia adhuc nulla  
vice fuisti homo eo qd nondum  
vita fuit terminata ut iterum in-

## De distributione.

ciperes vivere et postea termi-  
naretur quod tamen requiritur ad hoc  
qod bis fuisses homo. sicut bis inci-  
pitur cursus. et bis terminatur  
ad hoc qd aliquis bis currat.

Et nota qd bis non importat  
interruptionem temporis sed tamen  
actus illius cui adiungitur. Ad  
terminum autem sequitur inter-  
ruptio: si autem formaretur sic  
paralogismus quodcumque fu-  
isti parisius fuisti homo. sed bis  
parisius fuisti. ergo bis fuisti homo  
prima est vera. et improbatio pec-  
cat secundum fallaciam figure dictio-  
nis ex mutatione predicamenti  
quod quandoque est in predicamen-  
to quando. et bis in predicamen-  
to quantitatis. quia est de gene-  
re quantitatis discrete.

Circa hunc textum notandum est primo qd contra au-  
tor determinat de signis distributivis quantitatis  
Et licet via generationis quantitas precedat qualita-  
tes tamen via perfectionis est e converso ideo primo de  
terminat de signis distributivis quantitatis. Et quod  
hoc nomen infinitus pertinet ad quantitatem saltem dum  
capitur distributive ideo autor post determinati-  
onem illorum que distribuit directe quantitatem deter-  
minat de hoc nomine infinitus quod distribuit rem sub  
modo quantitatis. Pro quo et advertendum est qd signa  
distributiva quantitatis sunt illa que distribuit res  
se habentes per modum quantitatis sine per modum men-  
sure. ut quocienscumque quocienscumque et sic de alijs.  
Et sicut dicitur qd illud signum qualelibet includit  
terminum sine distributionis: ita etiam signa distri-  
butiva quantitatis. cum enim de quatuorlibet currit  
sensus est res habens omnem quantitatem currit. Et quod  
ista signa quantitatis non distribuit pro supposito  
tis sicut signa distributiva substantie sed distribu-  
unt per species ut dicitur est ideo non faciunt pro-  
prietatem vlem quantum ad subiectum locutionis.  
reddunt enim proprietatem vlem solam quantum ad subiectum  
distributionis. Unde signa distributiva quantita-  
tis conveniunt distributivis sicut et illa quorum sunt  
distributiva. Et quod illa quantitas dividit per qua-

ritatem permanentem ut linea superficies corpus et locus. et  
per quantitatem successivam sicut est tempus ideo signorum  
distributivorum quantitatis quedam distribuit quatuor  
modis permanentem ut quocienscumque. quedam vero successi-  
vas ut quodcumque quocienscumque. Et sicut qua-  
ntitas permanentes dividitur per continuas et discretas: ita  
dividitur signa que quedam distribuit quantitatem  
permanentem sub modo quantitatis continue. quedam vero  
distribuit quantitatem permanentem sub modo quantitatis  
discrete. Et et advertendum est qd tempus ens simpliciter  
continuum cum sit mensura rei continue puta motus et  
tamen mensurat motum sub modo indivisibili scilicet primo  
et postero. ideo tempus potest considerari sub ratione con-  
tinui et sub ratione discreti. ideo alia signa distribu-  
unt tempus sub ratione continui sicut quocienscumque. alia  
vero sub ratione discreti ut quocienscumque.

### Sciendum est secundo qd

circa hoc signum quocienscumque movet autor hoc  
sophisma in textu. Quocienscumque fuisti parisius  
fuisti homo. Quod sic probatur. vna vice fuisti parisius et  
illa vice fuisti homo. alia vice fuisti parisius et illa vice  
ce fuisti homo et sic de alijs. quocienscumque fuisti  
parisius totiens fuisti homo. Improbatur sic. bis sequitur  
quocienscumque fuisti parisius totiens fuisti homo. sed bis  
fuisti parisius. ergo bis fuisti homo. et falsum est illud  
ex quo sequitur. patet contra. quia bis importat inter-  
ruptionem actus essendi hominem. talis autem actus non fuit  
interrumpitur illa vice quod sequitur qd sophisma est falsum  
Ad sophisma respondet autor dicens qd est simpliciter  
falsum. et probatio contra non valet quod secunda pars copula-  
tive in qualibus probatur est falsa quod cum dicitur et illa vice  
fuisti homo illud ponit interruptionem essendi hominem.  
et quod ille actus non fuit interruptus prima vice que fuisti  
parisius. nec potest iterum incipere et illud importat cum  
dicitur et alia vice fuisti homo. ideo non valet contra. Et quis  
hec adverbium bis ter quater non importat interrup-  
tionem actus temporis tamen importat interruptionem actus ubi cui  
adiunguntur ad quem terminus sequitur interruptio

### Sciendum est tertio qd

sicut dicit autor in textu si in hoc sophismate po-  
neretur hoc syncategoremata quantumcumque et  
diceretur quantumcumque fuisti parisius et cetera. tunc  
sophisma esset verum eo qd hoc adverbium qua-  
ntumcumque non distribuit terminum pro tempore  
bus mensurantibus actum interruptum sed pro  
temporibus mensurantibus actum continuum.  
et tunc in hac consequentia quodcumque fuisti  
parisius fuisti homo. bis fuisti parisius ergo bis  
fuisti homo. est fallacia figure dictionis eo qd mu-  
tatur species vnius predicamenti in aliam. qua-  
ntumcumque enim importat quantitatem continuas  
bis vero importat quantitatem discretam. Ali-  
qui tamen ad predictum sophisma respondent qd  
sicut iacet in textu est simpliciter verum eo qd quo-  
cienscumque non cadit in terminum huius quod  
est fuisse hominem sed huius quod est fuisse parisius

## Tractatus tertius

et ideo si ipse sensus sophisticatus est ille quo  
circumscriptus fuit panis in totiens existens pa-  
risius fuit homo. et illud videtur esse verum ut  
dicunt. Sed ista responsio non est vera quia il-  
lud aduerbium totiens dicit interruptionem ac-  
tus essendi hominem ut notum est. Et quo pacto  
quod est simpliciter falsum.

### Sed contra predicta ar-

guntur Primo sic. signa distributiva substantie  
sufficiunt ad distribuendum omnes species sub-  
stantie sic quod possunt facere distributionem in qua  
libet specie de genere substantie. ergo similiter in  
genere quantitates illud signum debet sufficere  
ad distribuendum pro omnibus speciebus qua-  
ntitatis. ergo male dividuntur signa distributiva  
quantitatis. Secundo arguitur sic. hoc signum  
quocientis quod est distributum numeri qui est  
quantitas permanens ergo non est distributum  
temporis quod est quantitas successiva. Ter-  
tio arguitur sic. omne signum distributum est  
dispositio subiecti in ordine ad predicatum. sed  
nullum subiectum propositionis significat per  
modum temporis quia hoc soli verbo consent  
modo verbum habet rationes predicati. ergo quo-  
cientis quod est distributum temporis. Quarto arguitur  
contradictoria sophisticata est ista quod sophisticata est  
verum. patet quia hec est contradictoria aliquocum  
ens fuit panis et non fuit hoc illa ens est falsa.

### Ad rationes. Ad primam

dicitur quod omnes species substantie conveniunt  
in hoc quod est significare per modum per se stantis  
ideo aliquod signum potest distribuere pro omni-  
bus individuis cum libet speciei. Sed non omnes  
quantitates habent similem modum convenien-  
di vel denominationis ideo ponitur diversa distri-  
butiva pro diversis speciebus quantitatis. et sic  
non est simile. Ad secundam dicitur quod hoc  
signum quocientis quod directe distribuit pro tem-  
pore accepto per modum successivi et ex consequen-  
ti pro numero in quantum tale tempus divisibile  
est in prius et posterius. Ad tertiam dicitur  
quod signa distributiva substantie que distribu-  
unt respectu suppositorum semper sunt dispositio-  
nes subiecti. sed non oportet de signis distri-  
butivis accidentibus. quia quandoque possunt di-  
cere dispositionem per modum actus. Ad  
quartam dicitur quod illa non est sua contradicto-  
ria sed illa quocientis quod fuit panis non toti-  
ens fuit homo. vel illa non quocientis quod fuit  
panis totiens fuit homo.

Equitur de infinito quod  
quinque modis dicitur.

Primo modo dicitur in

finitum quod non potest per-  
traheri ut vox dicitur invisibilis  
quantum ad visum quia est in-  
visibilis eo quod non est apta nata  
videri. Alio modo dicitur in-  
finitum quod habet transitum  
imperfectum eo quod nondum est  
terminatum tamen aptum natum  
est terminari. ut dum aliquis  
transit spacium et nondum per-  
venit ad suum finem. Tertio  
modo dicitur infinitum secundum ap-  
positionem ut numerus augmen-  
tabilis est infinitum appositio-  
ne unitatis vel alterius numeri

Quarto modo dicitur infini-  
tum secundum divisionem ut continu-  
um. omne autem continuum di-  
visibile est in infinitum. unde sic  
diffinitur ab aristotele in quar-  
to phisicorum. continuum est di-  
visibile in semper divisibilia.

Alio modo dicitur infinitum  
utroque modo scilicet per appositio-  
nem et divisionem ut tempus.  
cum enim tempus sit continuum  
est divisibile in infinitum in di-  
visione. et cum post unum tempus  
veniat aliud tempus. sic per ap-  
positionem unius temporis ad  
aliud est finitum. Et quoad has  
tres ultimas significaciones dif-  
finitur sic infinitum. Infinitum  
est cuius quantitatem accipien-

## De distributione.

tibus semper est extra sumere.  
ut si post ultimam partem linee  
accipiatur alia. et post alteram  
tertiam et nunquam possit attingi  
terminum eius ideo linea dicitur  
infinita. Solet autem poni quod  
infinitum quandoque sumitur pro  
termino communi. et tunc ista pro-  
positio infinita sunt finita equi-  
valet huic. aliqua infinita sunt  
finita. quandoque sumitur pro  
signo distributivo et tunc illa  
equipollet huic quoad distribu-  
tionem quolibet plura sunt in-  
finita. et probatur sic. uno plu-  
ra sunt finita. duobus plura sunt  
finita. tribus plura sunt finita  
et sic de alijs. ergo quolibet plu-  
ra sunt finita. et sic dicitur face-  
re intrascalem distributionem  
vel interruptam. vel disuncti-  
viam. quia hec dictio plura in  
prima propositione supponit  
pro duobus. et deinceps in se-  
cunda pro tribus et sic grada-  
tim et scalariter ascendendo. et  
sic ista oratio quolibet plura fa-  
cit distributionem interscalarem  
quia pro alijs supponit hoc quod  
dico quolibet et pro alijs hoc  
dico plura secundum numerum ascen-  
dendo ut dictum est. Circa  
predicta queritur de hoc sophis-  
mate. infinita sunt finita. Pro-

batio. duo sunt finita. tria sunt  
finita et sic in infinitum. ergo in-  
finita sunt finita. Improbatio  
ibi predicatur oppositum de op-  
posito ergo locutio est impossi-  
bilis. Potest etiam sic probari.  
quolibet plura sunt finita ergo  
infinita sunt finita. Solutio  
quidam distinguunt eo quod finitum  
est equivoicum ad infinitum quo-  
ad nos. et ad infinitum simpli-  
citer. Unde si sumat infinitum  
quoad nos prima potest esse ve-  
ra et non predicatur oppositum  
de opposito. quia infinita quo-  
ad nos sunt stelle et arene maris  
que non sunt infinite simpliciter  
si autem sumatur infinitum sim-  
pliciter est simpliciter falsa et pro-  
dicatur oppositum de opposito  
Alij autem distinguunt eo quod in-  
finitum potest esse terminus com-  
munis et sic prima est falsa. vel  
potest esse dictio syncategore-  
matica importans in se di-  
stributionem sicut dictum est. et  
sic ponunt eam esse veram.

Sed neutra istarum solutio-  
num valet. quia si removeatur  
utraque distinctio et sumatur infi-  
nitum simpliciter et secundum quod est ter-  
minus communis adhuc rema-  
net probatio et improbatio hu-  
ius sophisticata. unde dicendum



## Tractatus septimus

est q̄ prima simpliciter est falsa et probatio peccat fm̄ quid ad simpliciter. quia infinitum appositione est infinitum quodam modo et non simpliciter. Unde cum accipit partes numeri fm̄ appositionem ut duo et tria nō accipit infinitum simpliciter sed quodammodo siue fm̄ quid. et ideo nō potest ex his inferri infinitum simpliciter.

Circa hunc textum notandum est primo q̄ cō sequenter autor determinat de hoc nomine infinitum. unde infinitum dicitur quasi non finitum per negationem finis et termini. Et quia habere finem vel terminum pertinet ad quantitatem q̄ finitum et infinitum soli quantitati conveniunt. ideo cuius signis distributivis quantitatis convenienter determinatur de infinito propter convenientiam quā habent cum ipsis. cum enim infinitum est distributum semper distribuit pro partibus quantitatis continue vel discrete. Et q̄ omne multiplex indivisum parit confusionem: ideo ponit distinctionem modorum infiniti dicens q̄ infinitum dicitur quatuor modis. Primo modo negatur q̄ nullo modo potest pertransiri eo q̄ non habet quantitatem ut punctus vel unitas et cetera et vox isto modo dicitur infinita quoad visum q̄ non est nata videri. Secundo modo dicitur infinitum q̄ nondum est determinatum tamen aptum natus est determinari. sicut linea si per impossibile ab ipsa essent remota puncta ipsas determinācia. vel similiter lignum ita q̄ cum difficultate ē pertransibile. et similiter profunditas maris que quāvis sit pertransibilis: tamen propter causas extrinsecas sc̄z propter aquas ibi existentem nō potest pertransiri. Tertio dicitur infinitum per appositionem sicut numerus potest augmentari in infinitum addendo unitates unitati. Quarto modo dicitur infinitum sc̄z divisiones. ut continuū dicitur esse divisibile in infinitum in potentia divisionis. Quinto modo dicitur infinitum sc̄z utriusq̄ sc̄z sc̄z appositione et divisione simul sicut tempus.

Et horum modorum sic habetur sufficientia. q̄ omne infinitum est impertransibile vel ergo nullum habet transitum nec aptum natus ē pertransiri et sic est primus modus. vel habet transitum sc̄z aptitudinem et non sc̄z actum. et hoc dupliciter. q̄ vel ille transitus potest perfecte termi-

nari et sic est secundus modus sc̄z quā dicitur infinitum quoad nos. vel solus imperfecte et hoc tripliciter. quia vel hoc attenditur sc̄z appositione solum et sic est tertius modus. vel sc̄z divisiones solum et sic est quartus modus. vel sc̄z utriusq̄ et sic est quintus modus.

**Sciendum est secundo q̄** infinitum sc̄z q̄ accipitur tribus ultimis modis est infinitum in potentia cuius definitio talis ē. Infinitum est cuius quantitatem accipientibus semper est aliquid extra sumere. ut si linea dividatur in duas medietates potest iterum dividi medietas in duas et sic de alijs partibus. igitur in illa divisione contingit aliquid accipere semper preter partes prius acceptas. Et huius ratio potest assignari q̄ oportet q̄ divisio cadat vel supra punctum extremum vel supra punctum medium. non supra punctum extremum q̄ sic nihil auferretur de linea per divisiones ergo sc̄z cadit supra aliquod punctum quod est medium inter quod et ultimum punctum necessario est linea. q̄ inter quocunq̄ duo puncta est linea media et etiam q̄ in linea sunt infinite partes ideo habet dividi in semper divisibilia et sic bene diffinitur continuū q̄ est divisibile in semper divisibilia.

**Sciendum est tercio q̄** circa hoc signum infinitum autor monet hoc sophisma. Infinita sunt finita. Probatur sic. duo sunt finita. tria sunt finita et sic in infinitum. ergo infinita sunt finita. Improbatur sic. ibi predicatur oppositum de opposito ergo sophisma ē falsum. Ad hoc sophisma respondet aliqui per distinctionem dicentes q̄ si infinitum capiatur pro infinito quoad nos sic sophisma est verum et nō predicatur oppositum de opposito eo q̄ infinita quoad nos sunt simpliciter finita ut numerus etellarum est finitum et tamen est infinitum quoad nos si vero accipiatur pro infinito simpliciter siue sc̄z naturam sic est simpliciter falsum et ibi predicatur oppositum de opposito. Alij vero ponunt aliam distinctionem dicentes q̄ si infinitum capiatur categorice sic sophisma est falsum si vero accipiatur syncategorematice ipsius est verum. Istas tamen solutiones reprobatur autor in textu dicens q̄ cuius istis distinctionibus remanent probatio et improbatio sophismatis. et sic non bene solvant. Ideo aliter respondet dicens illud sophisma esse simpliciter falsum. et ad probationem dicit q̄ in ea committit fallacia sc̄z quid ad simpliciter cū procedat ab infinito sc̄z appositione q̄ est infinitum sc̄z quid ad inferendum infinitum simpliciter. Unde ut dicitur in textu infinitum potest capi dupliciter. uno modo categorice. i. significatue et tūc est terminus communis et potest esse subiectum vel predicatum

## De expositione.

propositionis et tantus valet sicut res infinita. et hoc modo facit propositionem indefinitam ut sententia huius propositionis infinita sunt finita est est res infinita sunt finite. Alio? sumitur syncategorematice et sic est signum universale includens terminum sue distributionis. et hoc modo facit propositionem universalem ideo sententia huius propositionis infinita sunt finita est ille quibus plura sunt finita. Et debet sic probari uno plura sunt finita omnibus plura sunt finita et sic de alijs q̄ infinita sunt finita vel quilibet plura sunt finita.

**Sed contra predicta arguitur** primo sic. omne finitum per continuationem ablationem finiti tandem consumitur. ergo in continuo non contingit procedere in infinitum sc̄z divisionem. igitur male ponuntur modi infiniti.

Secundo arguitur sic. tempus capit extensionem a motu et motus a mobili. sed nullum mobile est infinitum per appositionem. ergo tempus non potest esse infinitum per appositionem. Tertio arguitur sic. bene sequitur omne signum distributum facit propositionem vlem. sed infinitum non est huiusmodi q̄ nō est signum distributum quātitatis. minor patet q̄ hoc nō ē vltis infiniti homines currunt. Quarto arguitur sic in probatione sophismatis arguitur a partibus totius in quantitate ad sum totum cum infinitum possit facere propositionem vlem. q̄ in probatione non committitur aliqua fallacia.

**Ad rationes. Ad primā** dicitur q̄ dividendo continuum per partes equales omne continuum per ablationem partis finitae tandem consumitur sed dividendo per partes integrales et in partes eiusdem proportionis hoc modo non potest consumi. Ad secundam dicitur q̄ quantum ad partes extensionis quas habet accidens in subiecto tempus capit extensionem a motu et motus a mobili. sed quantum ad tempus terminationis motus et tempus non capiunt extensionem a mobili sed magis ex applicatione continua vel ex reiteratione mobilis supra idem spacium et illa potest esse infinita. Ad tertiam dicitur q̄ infinitum capitur syncategorematice includens terminum sue distributionis facit propositionem vlem sed nō syncategorematice sumptis. Ad quartam dicitur q̄ in probatione sophismatis partes nō possunt sufficienter enumerari q̄ sub hoc q̄ est infinitum infinite partes deberent accipi. nō oēs que sunt accepte et possunt esse accepte sunt finite. Et hoc de septimo tractatu dicta sufficiant.

**Sequitur tractatus septimus de Expositione.**

**P**ropositio exponibilis est propositio habens obscurum sententia expositione indigentem propter aliquod syncategoremata in ea implicite vel explicite positum in aliqua dictione ut in hac tñ homo ē animal. sortes incipit esse albus. infinita est linea et sic de alijs. Pro quo sciendum est q̄ ea que faciunt propositionem exponibiles sunt in multiplici differentia. Quia quedam sunt signa exclusiva ut tñ solum. quedam exceptiva ut preter nisi. quedam reduplicativa ut in quantum fm̄ q̄. quedam vero important inceptiones vel definitionem ut incipit desinit. quedam important privationem finis ut infinitum. quedam important excessum ut comparatiui et superlativi gradus. quedam vero distinctiones ut differt aliud ab et sic de alijs. quedam vero important specialem modum distributionis ut totus quilibet et sic de alijs. Unde propter illa propositio redditur obscura sic q̄ indiget expositione. et ideo dicuntur facere propositiones exponibiles quare de ipsis videndum est per ordinem. et primo de exclusivis

## Tractatus septimus

**Ille est septimus tractatus parvorum logicalium magistri Petri hispani qui post determinat ut de quadam proprietate termini scilicet de distributione. hic consequenter determinat de propositionibus exponibilibus. Cuius ordinis ratio est quia distributio est proprietatis consequens significationem aeternalem distributivam. expositio vero concernit significationem virtuales ut patet in sequentibus. Uel ex alio sumitur ordo. quia suppositio relatio ampliatio et sic de alijs sunt proprietates terminorum incompletoz. expositio vero est proprietatis termini completi que tamen sibi coequet ab aliquo incompleto puta ab aliquo syncategoremate in eo inclusio. ideo conveniunt post alios sex tractatus determinat de exponibilibus. quia sicut incompletoz scilicet natura precedit completam sic passio incompleti precedit passionem completam.**

### Sciendum est primo quod

sicut terminus sub ratione distributivatis est subiectum precedentis tractatus. sic propositio sub ratione exponibilitatis est subiectum istius tractatus. Quod probatur quod propositio exponibilis continet conditiones subiecti attributionis. est enim quoddam universale non quidem reale sed intentionale et habet partes scilicet propositum categoricam propositivam vltimam particularem inde finitam et singularem. Et eius passio est expositio. Et si quis dicat propositio exponibilis est quidam complexum ergo non est subiectum. Item propositio exponibilis includit subiectum et passionem quod non debet dici subiectum eius subiectum alicuius scilicet debet esse unum. Ad hoc respondetur quod licet propositio exponibilis sit quidam complexum quantum ad significatum proprium: tamen quantum ad significatum circumlocutionis est quidam incompleti et illud totum circumlocutionis est quidam intentione scilicet quod expositio est passio. Et cuius propositio non possit esse subiectum eo quod transcendit metas huius tractatus. nec similiter exponibilitas est subiectum cuius sit passio eius. tamen hoc totum propositio exponibilis circumlocutionis nobis proprium subiectum huius tractatus. Unde expositio potest capi dupliciter. uno modo pro quadam manifestacione sensuali a qua sumitur syllogismus expositivus. et tunc solet sic definitur. Expositio est manifestatio quedam ad sensum accipiens aliqua duo vni et eidem convenire et alteri disconvenire inferens illa inter se convenire vel disconvenire. Et hoc modo non sumitur in proposito sed est una species argumentationis reductio coequet sub syllogismo licet non sit verus syllogismus et non est in modo alicuius figure. Alio modo sumitur expositio ut est manifestatio complete et clare expli-

cans significationem alicuius propositi habentis sensum obscurum. et illo modo sumitur in proposito. Et si quis dicat de tali propositio exponibilis non est scientia ergo hic non debet determinari de eius expositione. antecedens patet quia scientia est ens reale ergo debet esse de ente reali. modo propositio exponibilis non est ens reale ergo de ipsa non est scientia. Ad hoc respondetur quod licet omnis scientia quidditative sit ens reale tamen denominatione facta ab obiecto aliqua est rationalis ideo non oportet quod omne illud de quo habetur scientia sit ens reale sed sufficit quod habeat fundamentum in re et passionem per eius rationem formalem demonstrabilem.

### Sciendum est secundo quod

consequenter autem diffinitur propositio exponibilis dicens. Propositio exponibilis est propositio habens sensum obscurum que indiget expositione propter aliquod syncategoremata explicite vel implicite in ipsa positum ut tantum homo currit. In qua diffinitione ponitur propositio loco generis non quod sit verus generis quia seculum intentiones non sunt in aliquo genere predicamentali ideo in ipsis non sunt vera genera nec vere species. Et totum residuum ponitur loco differentie quia per hoc differt ab alijs sex proprietatibus terminorum. et a propositio non exponibilis que habet sensum lucidum et clarum. Et quia talis sensus obscurus pronuntiat ex parte alicuius syncategorematis posset aliquis querere utrum omne syncategoremata faciat propositio exponibilem. Pro cuius solutione est advertendum quod syncategoremata sunt in multiplici differentia. sunt enim quedam que important affirmationem tantum ut omnis quilibet et sic de alijs. quedam vero important negationem tantum ut nullus nihil et sic de similibus. quedam vero sunt que includunt affirmationem et negationem ut sunt dictiones exclusive exceptive et sic de alijs. Et ita respondetur quod non omne syncategoremata facit propositio exponibilem. sed solum illa que includunt affirmationem et negationem ut clare videbitur in sequentibus.

### Sciendum est tercio quod

signa que faciunt propositio exponibilem sic dividuntur. quia quedam sunt signa exclusiva ut tantum solus. et quedam sunt exceptiva ut potest nisi et cetera. quedam reduplicativa ut inquantum vel scilicet quod ipsum. quedam definitionem vel inceptivam significantia ut incipit et desinit. et quedam pronationem finis importantia ut infinitum. quedam excessum importantia ut comparativum et superlativum gradus: alia sunt que important differ-

## De expositione.

entiam sine distractione ut differt aliud ab et cetera et quedam important specialem modum distributionis ut totum quilibet et sic de alijs. Et istorum sic potest haberi sufficientia. quia omne illud quod facit propositio exponibilem in suo significato important definitionem seu differentiam vel non. si primum sic sunt ea que important definitionem ut differt aliud ab et cetera. Si secundum hoc est dupliciter. quia vel important specialem modum distribuendi aut non. si primum hoc est dupliciter. quia vel important specialem modum distribuendi virtute propria ut totum quilibet et cetera. vel ipsis convenit ratio negationis que in ipsis includitur et sic sunt gradus comparativum vel superlativum quia important cum excessu quandam distributionem ratione negationis que quidem distributionem significant. Aut non important specialem modum distribuendi et hoc dupliciter. quia vel dicunt rem in fieri et sic sunt ea que important inceptivam. et quia vnum oppositorum dat intelligere reliquum per illa intelliguntur illa que important definitionem. Uel dicunt rem in facto esse et hoc dupliciter. quia aut carent fine et sic sunt ea que pronationem finis important ut infinitum. Aut non carent fine et hoc dupliciter. quia vel illa designantur in aliquo coniuncti puta in communi et sic sunt reduplicativa. vel non et hoc est dupliciter. quia vel se excludunt ab aliquo actu et sic sunt exceptiva. aut excludunt aliqua contenta pluribus distributionibus distributa et sic sunt signa exclusiva.

### Sed contra predicta arguitur primo sic.

Expositio est quedam species argumentationis de qua sufficienter determinatum est in nova logica ergo hic male determinatur. Secundo arguitur sic. nulla est propositio exponibilis. ergo male fit specialis tractatus de propositio exponibilis. antecedens patet quia exponibile est quedam proprietatis terminum seu expositio. et terminus est in que resoluitur propositio et habetur primo priorum. ergo sequitur quod non est passio propositionis. Tertio arguitur sic alique sunt propositiones exponibiles in quibus non ponitur syncategoremata. ergo male ponitur illa particula in diffinitione propositionis exponibilis. Quarto arguitur sic. omnis bona diffusio debet esse bimembri. sed diffusio eorum que faciunt propositio exponibilem non est bimembri. ergo non est sufficientis.

### Ad rationes. Ad primam

dicatur quod non sumitur hic expositio ut est species argumentationis sed alter ut patuit in primo notabili. Ad secundam dicitur quod similiter non accipitur expositio prout attribuitur terminis quia propositio est id quod exponitur sed sumitur eo modo quod

dictum est primo. Ad tertiam dicitur quod nulle sunt propositiones exponibiles si non sunt aliqua syncategoremata in ipsis formaliter vel virtualiter. et si forsitan alique habeant sensum obscurum et hoc non proveniat ex syncategoremata tales non debent dici propositiones exponibiles. Ad quartam dicitur quod diffusio generis debet esse bimembri non tri diffusio multiplex equivoce. Uel dicitur quod illa diffusio reducitur ad bimembri ut patuit in sufficientia.

### Equitur de signis exclusivis. unde signa exclusiva sunt que ex sua

consignificatione exclusionem important et a quibus redditur propositio exclusiva ut sunt iste dictiones. solus unicus tantum tantummodo dumtaxat et sic de alijs. hec autem signa quandoque excludunt gracia aietatis. et quandoque gracia pluralitatis. et quandoque ponuntur in oratione sine negatione. et quandoque cum negatione precedente aut sequente. De istis autem tales dantur regule. Prima est quod propositio exclusiva sine negatione exponitur per vnam copulativam affirmativam cuius prima pars est preiacens exclusive. et secunda pars est negativa important negationem predicati de omnibus alijs a subiecto. ut tantum homo currit id est homo currit et nihil aliud ab homine currit. vel tantum apostoli dei sunt duodecim id est apostoli dei sunt duodecim et non plures quam duodecim. Secunda regula

## Tractatus septimus

est q̄ propositio exclusiua hui⁹ generis infert copulatiuam cōpositam ex duabus exponentibus siue componētibus. 7 quālibet eārum seorsum 7 non ecōtra. vt tantū homo currit. ergo homo currit. et nihil aliud ab homine currit. Tertia regula est q̄ ab exclusiua affirmatiua ad vniuersalem de terminis transpositis est bona consequētia si fiat exclusio gracia alicuius et non econtra. vt tantū animal est homo. ergo omnis homo ē animal. Quarta regula est q̄ exclusiua contradictoria prioris exponit per disiunctiuam affirmatiuam de partibus contradicentibus prioris exclusiue. vt ista non tantum hō currit id est nullus homo currit vel aliquid ab homine currit. patet ex virtute cōtradictionis quia vtrobiq; seruat̄ oppositio contradictionis. ex hoc etiā patet qualiter in eis valeat consequentia. Quinta regula ē exclusiua in qua ponitur vna negatio sequens exclusionem 7 exponitur per vnam copulatiuam affirmatiuam cuius prima pars est negatiua preiacens. alia est affirmatiua in qua predicatum affirmatiue enunciat̄ de quo

libet alio. vt tñ accidens non est substantia id est accidēs nō est substantia. 7 omne aliud ab accidente est substantia. et per hoc patz qualiter contradictio eius est exponeoda et qualiter valet cōsequentia in exclusiuis

Circa hunc textum notandus est primo q̄ post q̄ antoz determinat de propositione exponit̄ li in cōmuni. consequenter in hac parte determinat de signis exclusiuis primo sic diffiniens ipsa Signa exclusiua sunt illa que exclusionem imponunt a quibus propositio redditur exclusiua. vt sunt ille dictiones tantū solus dumtaxat 7 sic de alijs. Et notanter dicitur que exclusionem imponunt quia vt postea videbitur. signa exclusiua nō dicuntur exclusiua eo q̄ significant exclusionem quia vt probatur ibi nulla dictio significat actum quoz exercet. Sed dicuntur exclusiua eo q̄ exclusionem exercent. Unde ille dictiones tantū solus dicuntur dictiones exclusiue ab exclusionem exercita 7 non signata. sicut securus exercet id quod est scindere na hoc idem probatur de signis exclusiuis supponendo q̄ exclusio capitur dupliciter. Vno modo vt concepta. alio modo vt exercita. vnde hoc nomen exclusio significat exclusionem. sed ista sine categorizata tantū solus exercent illas exclusiones sicut equitatio vt concepta significatur per hoc nomen equitatio. sed per equum exercetur equitatio.

Ex quo patet q̄ dictio exclusiua non significat exclusionem sed exercet eam. Et posset sic formari ratio quia si significaret exclusionem aut significaret eam vt conceptam vel vt exercitam. nō vt conceptam quia significaret eam per modum substantie 7 hoc conuenit huic nomini exclusio. nec vt exercitam quia illo modo significatur per hoc verbum excludo. Ex quo patet q̄ dictio exclusiua tantum exercet exclusionem. Et sic potest diffiniri propositio exclusiua. est illa in qua ponitur dictio exclusiua dum tamen illa dictio teneatur exclusiue 7 feratur ad copulam principalem. si vero non feratur ad copulam principalem tunc non esset proprie propositio exclusiua sed de subiecto exclusio vel predicatio.

### Sciendum est secundo

q̄ vt patet in textu signa exclusiua quandoq; excludunt gracia alicuius vt tantum homo est risibilis que sic exponitur homo ē risibilis 7 nihil aliud ab homine est risibile. Quandoq; vero excludunt gracia pluralitatis vt hoc tantū decem

## De expositione.

sunt predicamenta. que sic exponitur decem sunt predicamenta 7 non sunt plura q̄ decem. Quandoq; vero ponuntur sine negatione vt tantum homo est animal. Quandoq; vero cum negatione vt tantum homo est animal. Quandoq; vero cum negatione sequente signi exclusiui vt tantum homo non est substantia. Et quandoq; cum negatione preposita 7 postposita simul vt non tantum animal non est substantia. que contradicit illi in qua tantum postponitur. Et illa in qua preponitur negatio tantum contradicit illi in qua ponitur sine negatione precedente 7 sequente. Et iuxta hanc distinctionem ponuntur diuerse regule de modo exponendi tales propositiones s̄ q̄ negatio precedit vel sequitur. Unde de propositionibus exclusiuis in quibus dicitur exclusiua cadit supra totam propositionem sine negatione talis datur regula. Omnis propositio exclusiua affirmatiua habet exponi per vnam copulatiuam cuius prima pars affirmat predicatum de subiecto 7 illa dicitur esse preiacens ipsius. Secunda vero negat ipsum a quolibet alio a subiecto vt tantum homo est animal sic exponitur. homo est animal et nihil aliud ab homine ē animal. vel s̄ alios homo est animal 7 null⁹ nō homo est animal. Unde preiacens propositionis exclusiue est propositio sumpta sine dictione exclusiua cui tamen potest addi signum exclusiui. vt ista homo currit dicitur esse preiacens huic tantum homo currit. Et ad maiorem noticiam horum habendam est aduertendum q̄ vt videbitur in sine categorizata ad exclusiones quatuor requiruntur. Primo requiruntur excludens. 7 illud est duplex sc̄ principale vt intellectus. et instrumentale vt est signum exclusiui. Secundum est exclusum sc̄ aliquid a subiecto a quo fit exclusio. Tertium est id a quo fit exclusio 7 illud est subiectum. Quartum est illud respectu cuius fit exclusio. Et vltra est aduertendum q̄ propositio exclusiua affirmatiua infert copulatiuam ex duabus exponentibus 7 quilibet earum seorsum vt bene sequitur tantum animal currit ergo animal currit 7 nihil aliud ab animali currit. et similiter infert quamlibet earum seorsum. Et vt habetur in textu ab exclusiua affirmatiua ad vniuersalem affirmatiuam de terminis transpositis est bona consequētia 7 econtra vt bene sequitur tantum animal est homo ergo omnis homo ē animal. omnis homo est animal. Ergo tñ animal ē hō.

### Sciendum est tercio q̄

propositio exclusiua contradictoria prioris sc̄ illa in qua ponitur negatio precedens dictionem exclusiua habet exponi per vnam disiunctiuam affirmatiuam de partibus contradicentibus partibus prioris negatiue copulatiue vt ista nō tñ homo currit sic exponitur nullus homo currit

vel aliquid aliud ab homine currit. Unde partes copulatiue affirmatiue contradicunt partibus disiunctiue affirmatiue. puta iste hō currit 7 nihil aliud ab hōe currit. et null⁹ hō currit vel aliquid aliud ab homine currit. Quod patz quia sunt de partibus contradicentibus sc̄ de propositionibus in quibus ponitur negatio ad copulam. Sed de propositionibus in quibus ponitur negatio ad copulam sequens signum exclusiui talis datur regula. Omnis propositio exclusiua in qua ponitur sola negatio sequens exclusionem exponitur per vnam copulatiuam cuius prima pars est preiacens 7 negatiua. secunda vero est affirmatiua in qua predicatum affirmatiue dicitur de quolibet alio a subiecto vt hoc tantum accidens non est substantia. exponitur sic accidens non est substantia 7 omne aliud ab accidente est substantia. Sed pro sua contradictoria ponitur talis regula. Omnis propositio exclusiua in qua preponitur 7 postponitur negatio signo exclusiui exponitur per vnam disiunctiuam de partibus contradicentibus partibus prioris copulatiue. vt ista non tantum accidens non est substantia sic exponitur omne accidens ē substantia vel aliquid aliud ab accidente non ē substantia. Et eodem modo diceretur de istis nō tñ homo non est non homo. non tñ equus non est non equus. Est vterius aduertendum q̄ regule predicte sunt intelligende quando dicitur exclusiua proprie accipitur. Et intelligitur de istis dictionibus solum dumtaxat 7 similibus. 7 non de illis que specialem modum excludendi imponunt sicut sunt vniuersales 7 sic de similibus.

### Sed contra predicta ar

guitur primo sic. per signa exclusiua non intelligitur exclusio exercita. ergo male dicitur q̄ signa exclusiua exclusionem exercent. antecedens patet q̄ exclusio exercita nō significatur per illa signa q̄ nō intelligitur. q̄ significare est intellectionem dare siue constituere. Secundo arguitur sic. illud q̄ exponitur gracia alicuius exponitur gracia pluralitatis aut exponi potest. ergo male dicitur q̄ signa exclusiua quandoq; excludunt gracia alicuius 7 quandoq; gracia pluralitatis.

Tertio arguitur sic. propositio non est vniuersalis in qua signum vlt negetur. q̄ illa nō est exclusiua in qua dictio exclusiua negatur. Quarto arguitur sic. nō sequit̄ tñ animalia sunt sensibilia. ergo omnia sensibilia sunt animalia q̄ antecedens est ver⁹ 7 consequens est fals⁹. quod probatur quia lapides sunt sensibiles 7 tamen non sunt animalia. ergo arguendo ab exclusiua ad vlt de terminis transpositis nō valet cōtra.

### Ad rationes. Ad primā

dicitur q̄ ad hoc q̄ aliqua dictio det aliquid tñ

## Tractatus septimus

telligere nō oportet q̄ illud exerceat nec contra-  
pūta si exerceat non oportet q̄ significet. modo  
signa excludit bene significant exclusionem et  
dant intelligere eam. Ad secundam dicitur q̄  
licet aliquando illud quod exponitur gracia oīe  
tatis possit exponi gracia pluralitatis ut ista tū  
sunt quinq; predicabilia. non tamen semper po-  
tuit exponi gracia pluralitatis ut ista sola speci-  
es immediate predicatur s̄ pluribus individuis  
ideo ratio non bene assimebat. Ad tertiam  
negetur consequentia quia non est simile q̄ qua-  
ntitas est accidens propositionis et sic potest ne-  
gari per negationem aduentem. sed exclusio  
est de essentia propositionis exclusive ideo non  
potest mutari per aduentem alicuius negationis  
Abj solunt aliter concedendo q̄ illa non est ex-  
clusiva in qua negetur exclusio eo q̄ dictio exclu-  
siva per negationes impeditur ne teneatur exclu-  
sive sicut p̄p̄ copulativa in qua negat exclusio  
non proprie dicitur copulativa sed disiunctiva.  
sed prima solutio dicitur melior. Ad quartam  
dicitur q̄ si sensibile teneatur vnoce in amb-  
bus tunc consequentia est bona. si vero sensibile  
teneatur equivoce scilicet in exclusiva pro sensibili  
acut dicto et in alia vniuersali de terminis tras-  
positis pro sensibili passive dicto sic non valet  
consequentia. Et regula intelligenda est cum ter-  
mini teneantur vnoce in ambabus. et dum fiat  
exclusio gracia abetatis.

**Equitur de dictionib<sup>9</sup>**  
**exceptiuis. dicuntur au-**  
**tem dictiones excepti-**  
**ue que significant exceptionē ali-**  
**cuius cōtenti sub aliquo distri-**  
**buto. cuiusmodi sūt preter pre-**  
**terq̄ et sic de alijs. De quibus**  
**dantur tales regule. Prima ē**  
**q̄ omnis exceptio fit a toto in**  
**quantitate seu a termino sump-**  
**to sub signo vniuersali. est autē**  
**totum in quantitate terminus**  
**cōmunis cōmuniter sump<sup>9</sup> cuz**  
**signo vniuersali ut omnis hō**  
**preter sortem currit. Secun-**  
**da regula ē q̄ dictio exceptiua**

non impedita facit terminum  
cōmunem supra quaz cadit im-  
mediate supponere simpliciter  
ut omne animal preter hominē  
est irrationale. ibi homines sup-  
ponit simpliciter. Tertia re-  
gula est q̄ vniuersalis affirma-  
tiua exceptiua exponitur copu-  
latiue per tres categoricas ex-  
ponentes. quarum prima affir-  
mat p̄dicatum de subiecto sump-  
to cum aliud et ab. secunda af-  
firmat p̄dicatum de termino  
excepto. tertia est negatiua in  
qua predicatur negatur de ter-  
mino excepto. ut omne animal  
preter hominem est irrationale  
ista exponitur sic. omne animal  
aliud ab homine ē irrationale.  
homo est animal. et homo nō ē  
irrationalis. Quarta regu-  
la est q̄ vniuersalis negatiua ex-  
ceptiua exponitur copulatiue  
per tres propositiones. in qua-  
rum prima predicatur negatur  
de subiecto sumpto cuz aliud et  
ab. in secunda affirmatur sub-  
iectū de termino excepto. in ter-  
cia affirmatur vniuersaliter pre-  
dicatum de termino excepto ut  
hic. nullum animal preterq̄ hō  
est risibile. exponitur sic. nullus  
animal aliud ab homine est ri-  
sibile hō est animal et omnis hō

## De expositione.

est risibilis. ex his patet quali-  
ter sue cōtradictorie sunt expo-  
nende et qualiter valeat conse-  
quentia in ipsis.

Circa hanc tertium notandum est primo q̄ cō-  
sequenter auctor determinat s̄ dictionibus excep-  
tione ponendo talem diffinitionem. Dictiones ex-  
ceptiue sunt ille que important exceptionem ali-  
cuius cōtenti sub aliquo distributo respectu si-  
lms in quo fit exceptio ut iste dictiones preter s̄  
terq̄ et sic de alijs. In qua diffinitione ponit hoc  
relatum que loco generis eo q̄ dat intelligere  
suis antecedens qd est dictio sine categorica  
tita. Et totum residuum ponitur ad differentias  
aliorum sine categoricatum reddendum p̄po-  
sitionem exponibiles quorū nullus importat ex-  
ceptionem alicuius cōtenti sub aliquo distribu-  
to. Et debet eodem modo intelligi q̄ dictiones  
exceptiue exercent exceptionem et non significat  
eam sicut dicitur est de signis exclusiuis. Diffe-  
rentiam tamen aduincem in hoc q̄ dictio exclusiua  
separat totum a parte. ut cum dicitur in sortem  
currit. ibi significatur q̄ nullus alia sorte currit  
Sed dictio exceptiua separat partem a toto res-  
pectu alicuius predicati. Cū enī dicitur omnis  
homo preter sortem currit. preter sortem  
ab homine respectu cursus. et sic exceptio est se-  
paratis partis a toto respectu alicuius predicati.  
Ex quo patet q̄ dictio exceptiua non dicitur ex-  
ceptiua ab exceptione significata eo q̄ significat  
exceptionem. sed ab exceptione exercita eo q̄ scy  
est illud quo exceptio exercetur. ut hoc dictio pre-  
ter est instrumentum intellectus quo fit exercita  
tio exceptionis sortis ab homine distributo re-  
spectu alicuius predicati ut dicendo omnis hō  
preter sortem currit. Et si dicitur q̄ preter non  
semper exercet exceptionem ergo male dicitur q̄  
dictio exceptiua exercet exceptionem. antecedēs  
patet q̄ dicendo tu debes centus francos preter  
viginti scuta isti preter non exercet exceptionem.  
et sensus illius est tu debes centum francos cū  
viginti scutis. Pro solutione est aduertendum q̄  
ut videbitur in sine categoricatumibus preter su-  
antur dupliciter. vno mō proprie et sic est dictio  
exceptiua faciens propositionē exceptiua. alio  
modo sumitur improprie et hoc tripliciter. vno  
adiectiue et tunc significat associationem ut cum  
dicitur sortem debet centum scuta preter exp̄sas  
id ē cū exp̄sas et hoc modo sumitur in argumē-  
to p̄dicto. Alio mō sumitur negative ut in secūdi  
hoc preter me. sine me. Alio mō sumitur dimi-  
nutiue ut hic decem preter quinq; sunt quinq;. et  
decē subtractis quinq; ab ipsis remanent quinq;  
q̄. et istis modis non facit propositionem excep-  
tiam nec est ad propositus de ipso nec de alijs

Et similiter diceretur de hoc dictione nisi. acci-  
pitur enim quandoq; exceptiue et sic facit propo-  
sitionem exceptiua et tantus valet sicut preter.  
ut si dicitur nullus homo nisi sortem est albus.  
alio modo sumitur consecutiue et sic non facit p̄-  
positionem exceptiua sed ypotheticam condi-  
tionalem ut si dicitur nisi homo esset sensitius  
homo non esset animal. sensus enim est si homo  
non esset sensitius homo non esset animal.

### Sciendum est secundo q̄

ut dicitur in tertio exceptio proprie habet fieri a  
toto in quantitate. et huius ratio est q̄ oportet q̄  
illud qd vere excipitur sit prius s̄ actū et actu  
liter contineatur in illo a quo excipitur. Et quia  
sole partes totius in quantitate sunt actualiter  
contente in toto suo et non partes aliorum totorū  
nisi habeant reductionem ad totum in quantita-  
te ideo exceptio fit a toto in quantitate et non in  
alijs. Et si dicitur q̄ pars integralis actuali-  
ter continetur in suo toto. ergo ab eo potest acci-  
pi et excipi. et per consequens a toto integrali po-  
test fieri exceptio. Ad hoc respondetur negādo  
consequentias q̄ hoc non sufficit ad exceptionē  
q̄ partes actualiter contineatur in suo toto. sed  
cum hoc requiritur q̄ illud a quo debet fieri ex-  
ceptio predicatur de excepto. modo totū integra-  
le nō potest predicari de sua parte. Unde ad  
hoc q̄ proprie aliqua propositio dicatur excepti-  
ua quatuor requiruntur. Primo enim requiritur  
q̄ illud a quo fit exceptio sit terminus cōmunis  
habēs plura supposita. ideo hec non est propria  
sortem preter platonem currit. si preter teneatur  
exceptiue qd patet q̄ illud qd excipitur debet ac-  
tualiter contineri sub eo a quo excipitur. ergo si  
terminus non habeat supposita nihil ab eo potest  
excipi. Secundo requiritur q̄ illud a quo fit ex-  
ceptio predicatur s̄ excepto in recto. ideo hec nō  
est propria omnis homo preter a finny currit. qd  
patet q̄ illud qd excipitur debet actualiter conti-  
neri sub eo a quo fit exceptio ut visum est in pri-  
ma conditione. sed sic non est hic ergo et. Secū-  
do patet q̄ illud a quo fit exceptio debet predica-  
ri de excepto per secundam conditionem sed sic  
non est hic igitur et. Tertio requiritur q̄ illud  
a quo fit exceptio verificetur de aliquo alio q̄ s̄  
excepto et hoc in propositione affirmatiua q̄ nisi  
sic tot supposita acciperentur quot supposita ex-  
ciperentur. sed hoc est falsum ut patebit in sine ca-  
goricatumibus ergo et. Quarto requiritur q̄  
subiectus a quo fit exceptio accipiatur cuz signo  
vli ideo hec nō ē propria hō preter sortem currit.

### Sciendum est tertio q̄

propositiones exceptiue cōmuniter diuersifican-  
tur quatuor modis penes affirmationem et nega-  
tionem sicut dicitur est de signis exclusiuis. Que-  
dam enim ē simpliciter affirmatiua in qua nulla



## Tractatus septimus

ponitur negatio preter illa que includitur in signo exceptivo. ut hic omne animal preter hominem est irrationale. Alia est in qua preponitur negatio dictioni exceptivae et talis est contradictoria prima ut hic. non omne animal preter hominem est irrationale. Alia est in qua postponitur negatio dictioni exceptivae ut omne animal preter hominem non est irrationale. Alia est in qua preponitur et postponitur negatio signo exceptivo ut hic non omne animal preter hominem non est irrationale. Et de istis dantur alique regule. Prima est omnis propositio exceptiva universalis affirmativa exponitur per unam copulativam habentem tres partes. in quarum prima affirmatur predicatum univ. scilicet de eo a quo excipitur sumpto cum aliud ab precedente illud quod excipitur. et in secunda affirmatur subiectum de eo quod excipitur. in tertia vero remouetur predicatum univ. ab eo quod excipitur. ut ista omne animal preter hominem est irrationale. sic exponitur. omne animal aliud ab homine est irrationale. omnis homo est animal et nullus homo est irrationalis. Et debet intelligi ista regula si terminus exceptivus sit communis quia si esset singularis due exponentes secunde essent singulares ut patet in ista omnis homo preter fontem est albus. Et posset sic probari regula quia ad veritatem exceptivae affirmativae requiritur quod predicatum non in sit excepto et quod in sit cuiuslibet contento sub subiecto alio ab excepto. et quod exceptum contineatur sub eo a quo fit exceptio ergo regula est vera. Secunda regula est quod omnis propositio exceptiva universalis negativa in qua dicitio exceptiva non negatur exponitur per unam copulativam habentem tres partes. in quarum prima negatur univ. predicatum de eo a quo fit exceptio cuius hoc aliud ab precedente dictionem exceptivam. in secunda affirmatur univ. saliter illud a quo fit exceptio de excepto. in tertia affirmatur univ. saliter predicatum de excepto. ut hic nullus animal preter hominem est rationale. sic exponitur. nullus animal aliud ab homine est rationale. et omnis homo est animal. et omnis homo est rationalis. Tertia regula omnis propositio exceptiva in qua dicitio exceptiva negatur exponitur disiunctive per unam disiunctivam compositam ex tribus categoriis contradicentibus partibus copulativae per quas exponitur sua contradictoria. ut ista non omne animal preter hominem est irrationale sic exponitur. aliquod animal aliud ab homine non est irrationale. vel homo non est animal. vel homo est irrationalis. Et eodem modo exponitur ista propositio exceptiva in qua preponitur et postponitur negatio signo exceptivo scilicet per unam disiunctivam ex tribus categoriis compositam partibus copulativae contra dicentibus ut facile est videre per exempla.

### Sed contra predicta arguitur

Primo sic in hac propositione nullus animal preter hominem est irrationale. dicitio exceptiva negatur quod est exceptiva negativa et sic non debet exponi sicut dicitur est. Secundo arguitur sic. propositio universalis est illa que omni aut nulli inesse significat. sed dicitio exceptiva ut hic omnis homo preter fontem currit non significat predicatum inesse omni aut nulli sed alii cui et alii non. ergo non est universalis. Tertio arguitur. exceptio fit a toto univ. saliter ut dicendo homo est sanus preter fontem qui est eger ergo male dicitur in textu quod exceptio tantum fit a toto in quantitate. Quarto arguitur sic. ista est bona propositio affirmativa exceptiva hoc preter fontem currit. et tamen illud quod excipitur non continetur in eo a quo excipitur. ergo ille conditiones sunt male posite.

### Ad rationes. Ad primam

dicitur quod negatur antecedens quia illa negatio inclusa in tali signo non negat dictionem exceptivam ut patet in equivalenti. equivalenti enim huic omne animal preter hominem non est rationale est enim una regula generalis quod negatio explicata non potest negare dictionem exceptivam. Ad secundam dicitur quod negatur minor quia subiectus istius est hoc totum omnis homo preter fontem quod tantum valet sicut aliud a fonte vel homo qui non est fontem. modo predicatum inest cuiuslibet supposito illius subiecti. ad hoc enim quod propositio universalis sit vera non oportet quod predicatum in sit cuiuslibet supposito subiecti. sed sufficit quod predicatum in sit pro illis suppositis ad que restringitur. modo in ista propositione homo restringitur ad standum pro alio fonte. Ad tertiā dicitur quod ibi non est vera exceptio sed abusiva.

Ad quartam dicitur quod ibi non est propositio exceptiva a parte rei licet sit in modum enunciandi. ad hoc enim quod aliqua sit vera exceptio requiruntur conditiones prius enumeratæ quarum altera ibi deficit.

### Equitur de dictionibus reduplicativis.

dicuntur autem dictiones reduplicative que important rationem secundum quam aliquid alteri attribuitur. ut in quantum secundum quod ea ratione qua et sic de alijs. De quibus dantur tales

## De expositione.

regule. Prima est quod dicitio reduplicativa presupponit aliquod predicatum inesse alicui subiecto et denotat quod illud supra quod cadit immediate esse causas inherentes illius. Secunda est quod dicitio reduplicativa semper fertur ad predicatum et nunquam reduplicat ipsum. Tertia est quod propositio reduplicativa affirmativa exponitur per quatuor exponentes affirmativas quarum prima affirmat predicatum principale de subiecto. secunda autem affirmat reduplicatum de subiecto. tertia vero affirmat predicatum principale de reduplicato. quarta est una causalis in cuius antecedente ponitur dicitio supra quas cadit reduplicatio de aliquo transcendente et in consequente predicatum principale affirmatur de relativo illius transcendentis ut hic. homo in quantum rationalis est flebilis et homo est rationalis et omne rationale est flebile et quia aliquid est rationale et illud est flebile. Quarta regula est quod propositio reduplicativa in qua ponitur negatio post dictionem reduplicativam exponitur copulativae per quatuor exponentes quarum pri-

ma negat predicatum de subiecto. secunda affirmat reduplicatum de subiecto. tertia negat univ. saliter predicatum principale de reduplicato. quarta est una causalis in cuius antecedente ponitur reduplicatio de suo transcendente. et in consequente negatur predicatum de relativo illius transcendentis ut hic nullus homo in quantum rationalis est rudibilis id est nullus homo est rudibilis. omnis homo est rationalis. et nullum rationale est rudibile. et quia aliquid est rationale ipsum non est rudibile. et quo patet per legem contradictoriarum qualiter sint exponende contradictorie istarum et qualiter valeat consequentia in ipsis.

Circa hunc textum notandum est primo quod consequenter autor determinat de signis reduplicativis primo ponendo talem definitionem. Dictiones reduplicative sunt que important rationes secundum quas alteri aliquid attribuitur ut in quantum et secundum quod sic de similibus. In qua definitione ut in precedentibus per illud relativum que subincluditur genus diffinitum. et sensus definitionis dictiones reduplicative sunt sine categorizata que important rationem et cetera. Et totus residuum ponitur ad differentiam illorum sine categorizatum quorum nulli competit attribui aliquid alteri ut patet inductive. Dictiones enim ex clusive et exceptive important separationem vel remotionem aliquorum ex aliquibus. dictiones vero reduplicative denotant attributionem quod ostendunt modum inherendi predicatum cui subiecto

Unde dictiones reduplicative sunt adverbium vel aggregatum ex propositioe cuius suo casuali ut sunt iste dictiones in quantum secundum quod ea ratione et cetera. et ab istis dictionibus propositio dicitur reduplicativa. unde ut dicitur in textu dicitio re-

## Tractatus septimus

duplicitate prelopponit aliquid predicatum in esse alicui subiecto et denotat illud supra quod cadit esse causam illius inherente predicati cui subiecto. Unde reduplicatio communiter sic describitur q̄ est enunciatio iterata supra extremis propositionis denotans causam inherente predicati cui subiecto. et propositio reduplicatiua est illa in qua ponitur signum reduplicatiuum quo exercetur talis reduplicatio. Pro quo est aduertendum q̄ in qualibet propositione reduplicatiua quatuor requiruntur. Primum est subiectum. secundum est predicatum. tertium est signum reduplicatiuum. quartum vero dicitur terminus reduplicatiuus et ille supra quod cadit signum reduplicatiuum. Et hoc patet in hac propositione omnis homo in quantum rationalis est risibilis. ibi enim ponitur signum reduplicatiuum quod importat rationes quare alij aliquid inest.

Pro quo tamen est aduertendum q̄ in quantum potest sumi tripliciter. vno modo ut est aduerbium quantitatis et sic tantus valet sicut quantus. ut si dicatur fortes scribit in quantum potest. sensus est fortes scribit quantum potest. Alio modo sumitur negatiue et sic requiritur q̄ predicatum in sit subiecto si tales propositiones sint affirmatiue et q̄ non sit aliqua causa quare predicatum inest subiecto ut si dicatur homo in quantum homo est rationalis. Alio modo tenetur signum et hoc dupliciter. quia quandoq̄ tenetur signum catiue et denotat predicatum in esse subiecto sub speciali modo essendi in. ut si dicatur corpus in quantum mobile est subiectus philosophie. Alio quando vero tenetur reduplicatiue et hoc potest variari. quia vel dicit reduplicatiue cause vel reduplicatiue concomitancie. si cause tunc variatur s̄ diuisionem causarum. quia vel dicit reduplicatiue cause efficientis vel formalis vel finalis et sic de alijs. et hoc modo sumitur hic. et s̄ hoc diuersus est modus exponendi propositiones reduplicatiuas in quibus ponitur tale signum

### Sciendum est secundo q̄

ut dicit albertus reduplicatio et distributio ex opposito distinguuntur. quia distributio est proprietatis incipiens a subiecto et terminata in predicatum seu in receptione predicati. sed reduplicatio est proprietatis inherens predicato et terminata in subiectum. Unde dictio reduplicatiua ut dicitur textus semper fertur ad predicatum et nunquam reduplicat ipsum ut patet dicendo omne animal est substantia in quantum animal. Ulterius est aduertendum q̄ dictiones reduplicatiue multas p̄ticipiter variantur s̄ affirmationem et negationem ut patuit de exceptiuis et exclusiuis ideo de expositione illarum possunt poni quedam regule. Quarum prima est. omnis dictio reduplicatiua affirmatiua in qua nulla negatio ponitur expo-

nitur per vnam copulatiuam compositam ex tribus categoricis et vna ypotetica. in quarum prima affirmatur principale predicatum de subiecto. et in secunda reduplicatum de subiecto. et in tertia predicatum principale de reduplicato. et quarta est vna causalis in cuius antecedente affirmatur reduplicatum de aliquo transcendente in consequente vero predicatum principale de relativo ydēptitatis substantie referente illud transcendens. ut hic omnis homo in quantum rationalis est risibilis sic exponitur. omnis homo est risibilis. omnis homo est rationalis. et omne rationale est risibile. et quia aliquid est rationale illud est risibile. Et debet intelligi regula si fiat reduplicatio causalitatis quia si fieret reduplicatio concomitancie quarta exponens deberet esse condicionalis. ideo reducendo gracia concomitancie hec est vera omne risibile in quantum rationale est homo. et sic exponitur omne risibile est homo. omne risibile est rationale. et omne rationale est homo. et si aliquid est risibile illud est homo. Sed si reduplicaret causam in illa propositione tunc propositio esset falsa. Secunda regula est omnia propositio reduplicatiua in qua reduplicatio negatur exponenda est per vnam copulatiuam habentem quatuor partes in quarum prima negatur predicatum principale de subiecto. in secunda affirmatur reduplicatum de subiecto. in tertia negatur vniuersaliter predicatum de reduplicato. et quarta est vna causalis vel condicionalis in cuius antecedente affirmatur reduplicatum de aliquo transcendente. et in consequente negatur predicatum principale de relativo illius transcendens. ut illa nullus homo in quantum rationalis est risibilis sic exponitur. nullus homo est risibilis. omnis homo est rationalis. nullum rationale est risibile. et quia aliquid est rationale illud non est risibile. Ex quo patet q̄ illa est falsa q̄ eius exponentes sunt false.

### Sciendum est tertio q̄

sicut propositio reduplicatiua affirmatiua habet exponi per quatuor propositiones affirmatiuas et negatiua in qua ponitur negatio per quatuor propositiones negatiuas. ita propositiones reduplicatiue eis contradictorie exponuntur disiunctiue per quatuor propositiones de partibus contradicentibus propositionibus exponentibus affirmatiuam vel negatiuam. sic enim illa non omnis homo est animal in quantum sensitiuus. que contradicit isti affirmatiue omnis homo est animal in quantum sensitiuus exponitur. omnis homo est animal vel non omne sensitiuum est animal. vel homo non est sensitiuus. vel quia aliquid non est sensitiuum illud non est animal. Et similiter diceretur de contradictoria reduplicatiua

## De expositione.

tionem in qua negatio ponitur post dictiones reduplicatiuas ut possit facilliter per exempla videri

### Sed contra predicta ar

guitur primo sic. nulla propositio est reduplicatiua ergo hic male diffinitur. antecedens patet quia reduplicatio semper reduplicat subiectum et sic deberet dici de reduplicato extremo et nisi reduplicatiua propositio. Secundo arguitur sic. an illa propositio cognosco sonem in quantum homo ponitur dictio reduplicatiua. et tamen non est propositio reduplicatiua ergo male dicitur q̄ propositio reduplicatiua est illa in qua ponitur dictio reduplicatiua. Tertio arguitur sic. hec est reduplicatiua homo est animal in quantum homo. et tamen homo supra quod cadit reduplicatio non est causa inherente predicati. quia homo non est causa animalis sed magis e contra. ergo reduplicatiua non dicit causam inherente. Quarto arguitur sic. dicens sonem scribit in quantum potest. ibi hec dictio reduplicatiua in quantum potest esse non causa inherente predicati ad subiectum. ergo male hic dicitur q̄ reduplicatio denotat causam inherente predicati ad subiectum.

### Ad rationes. Ad primam

dicitur q̄ licet omnis reduplicatio reduplicet subiectum propter quod videtur q̄ propositio illa sit reduplicatio fertur supra predicatum in ordine ad subiectum: ideo tota propositio dicitur reduplicatiua. Ad secundam dicitur q̄ licet in quantum non tenetur reduplicatiue sed magis specificatiue et sensus est cognosco sonem in quantum homo id est ea ratione qua est homo. Ad tertiam dicitur q̄ illud supra quod cadit reduplicatio non dicitur esse causa predicati. sed dicitur q̄ est causa inherente predicati cui subiecto. modo licet homo non sit causa animalis quantum ad esse: est tamen causa inherente animalis ad ipsum quantum ad modum. Ad quartam dicitur q̄ ibi in quantum non est dictio reduplicatiua. sed est aduerbium quantitatis ut dicitur est.

Equitur de incipit et desinit. Pro quorum expositione notandum est q̄ rerum quedam sunt quarum totum esse in instanti et simul acquiritur. ut homo vel binarius siue sit mediante aliqua mutati

one successiua precedente ut in productione naturali sine nulla mutatione precedente ut in creatione angeli. Alia vero sunt quarum esse acquiritur successiue et pars post partem. ut sunt res nature permanentis ut album et nigrum quarum denominatio dependet a dominio supra contrarium. sicut album nigrum et calidum. et etiam res nature successiue ut motus et tempus. et similiter aliquarum rerum quarum esse deperditur totum simul et in instanti. aliqua autem quarum esse deperditur successiue. Et hinc has dictiones ponuntur quatuor regule.

Prima est q̄ propositiones dicitur incipit rerum quarum esse totum simul acquiritur exponuntur per vnam copulatiuam cuius prima pars est affirmatiua de presenti. secunda negatiua de preterito ut hic. homo incipit esse id est homo nunc est et immediate ante non fuit. Secunda regula est q̄ propositiones de incipit rerum quarum esse acquiritur successiue exponuntur per vnam copulatiuam cuius prima pars est negatiua de presenti. et secunda affirmatiua de futuro ut hic fortes incipit esse

## Tractatus septimus

albus id est sortes nunc non est albus et immediate post hoc erit albus. vel sic motus incipit esse id est motus non est et immediate post hoc erit. Tertia regula est quod propositiones de definitio rerum quarum esse acquiritur totum simul exponuntur per unam copulativam cuius prima pars est affirmativa de presenti. et secunda negativa de futuro. ut sortes definit esse homo id est sortes est homo et immediate post hoc non erit homo.

Quarta regula est quod propositiones de definitio rerum quarum esse deperditur successive exponuntur copulative per unam negativam de presenti et aliam affirmativam de preterito ut hic sortes definit esse albus id est sortes nunc non est albus et immediate ante hoc fuit albus.

Ex predictis patet qualiter contradictorie istarum sunt exponende et qualiter valeat consequentia in ipsis.

Circa hunc textum notandum est primo quod consequenter auctor determinat in textu de expositione propositionum in quibus ponitur incipit aut definit. Ratione cuius ponitur quedam distinctio que talis est. duplex sunt res. quia quedam sunt quarum esse acquiritur totum simul et iste sunt permanentes. alie sunt quarum esse acquiritur successive et pars post partem ut motus et tempus. Et sic res permanentes sunt ille quibus non repugnat habere omnes partes simul. Sed res dicuntur

cessive quoad fieri que sunt successive sic quod res pugnat eis habere omnes suas partes vel omnes partes suas simul fieri. sicut sunt suscipientes magis et minus et multa alia. Ille autem dicitur res simpliciter successive que sunt successive quoad esse et fieri sicut tempus et motus. Unde res permanentes et successive differunt ad invicem quatuor modis. Primo quod esse rerum permanentium est totum simul. et esse rerum successivarum non est totum simul sed in quibus successive. Secundo differunt quod partes rerum permanentium sunt simul. partes vero rerum successivarum non sunt simul sed una post aliam. Tertio differunt sicut causa et effectus. permanentia enim sunt causa successivarum et priora secundum naturam. successiva vero posteriora. Quarto differunt quod res permanentes sunt de se determinate. sed res successive non habent in se terminos suos aut motus secundum proprium esse successive sed terminatur ad res permanentes ut alteratio ad qualitates augmentatio ad quantitatem. Et licet sint multe alie distinctiones earum rerum tamen iste ad presens sufficiunt. Unde res nature permanentis est illa que in fieri aut conservari non dependet a re successiva et in tali re dubie est primum instans sui esse quoad inceptionem. sicut verum est dicere illa res est et immediate ante hoc non fuit. Res vero nature successive datur ultimus instans sui non esse quoad inceptionem. unde ultimus instans sui non esse est illud in quo verum est dicere hec res nunc non est et immediate post hoc erit. Pro quo est advertendum quod illa duo verba incipit et definit dicuntur inceptionem et definitionem. sed definitio et inceptio non sunt nisi in terminis initialibus et finalibus rerum. et quod post terminum finalem nihil est de re nec ante terminum initialem aliquid est in re eo quod res tota infra suos terminos clauditur ideo hoc verbum definit quod dicit terminationem finalem prius dat intelligere presens et consequenter privationem futuri. et hoc intelligendus est in rebus permanentibus. sed in successivis dicit privationem presentis et preteritum terminatum ad presens. Sed incipit dicit initialem terminum rei et dat intelligere presens et privationem preteriti et hoc in rebus permanentibus. sed in successivis ponit futurum terminatum ad presens et posteriori privationem presentis. ex quo patet quod illa verba quando adiunguntur rebus permanentibus et successivis que specie differunt habent rationes specie differentes eo quod dicuntur motus qui capit speciem a suis terminis et potissime a termino ad quem. et quia est alia et alia ratio ipsorum cum permanentibus et successivis ideo diverse ponuntur regule de expositione propositionum in quibus ponuntur.

## De expositione.

### Sciendum est secundo

quod pro expositione propositionum de incipit et de finit ponuntur aliquae regule. Quarum prima est. Omnis propositio affirmativa de incipit in rebus permanentibus exponitur per unam copulativam cuius prima pars est affirmativa de presenti. secunda vero negativa de futuro. Et ratio regule est quod tales res permanentes habent primum instans sui esse. ut patet in illa sortes incipit esse que sic exponitur. sortes nunc est et immediate ante hoc non fuit. Secunda regula est. Omnis propositio affirmativa de incipit in rebus successivis exponitur per unam copulativam cuius prima pars est negativa de presenti secunda vero affirmativa de futuro eo quod tales res non habent primum instans sui esse. ut hic. motus incipit esse sic exponitur. motus nunc non est et immediate post hoc erit. Exemplum textus ut homo incipit esse albus sic exponitur. homo nunc non est albus et immediate post hoc erit albus. Quibus aliter dicitur in finitibus ut tunc sic est illa ibi exponitur. sortes nunc est albus et immediate ante hoc non fuit albus. Et ratio huius assignatur quia in multis talibus rebus quarum esse successive acquiritur reperitur intentio et remissio quia ille sunt intensionales et remissibiles. tamen in illis dubie est primum instans sui esse eo quod sunt res vere permanentes. et sic debent exponi per unam affirmativam de presenti et unam negativam de preterito. Sed forte sumitur illud exemplum pro rebus pure successivis. et sic habet veritatem. Tercia regula est. Omnis propositio affirmativa de definit in rebus permanentibus siue successivis debet exponi per negativam de presenti et affirmativam de preterito. eo quod nullius rei dubie est ultimus instans sui esse ut patet hic. sortes definit esse exponitur sic. sortes nunc non est et immediate ante hoc fuit.

Sed pro quarta regula supponitur quod duplices sunt propositiones negativae de incipit et de finit quedam sunt in quibus ponitur negatio post verbum. ut illa sortes definit non esse et in talibus semper negativa de definit equivalet affirmativae de incipit. Et similiter negativa de incipit equivalet affirmativae de definit. ut hec. sortes definit non esse equivalet huiusmodi sortes incipit esse. et hec sortes incipit non esse equivalet huiusmodi sortes definit esse. Alie sunt negativae in quibus negatio ponitur ante verbum incipit et definit. ut ille sortes non incipit esse. sortes non definit esse. Una divisio posita ponitur talis regula. Omnis propositio de incipit aut definit in qua negatio postponitur debet eodem modo exponi sicut propositio cui equivalet. sed omnis propositio in qua ponitur negatio ante verbum prius

principale debet exponi per unam distinctivam copulativam et paribus contradicentibus paribus copulative per quam exponitur sua contradictoria.

### Sciendum est tercio quod

pro declaratione predictarum regularum ponuntur tres regule. Quarum prima est. Si propositio sic de incipit aut definit et sit de subiecto singulari aut de subiecto communi distributo non requiritur quod fiat aliqua additio ad subiectum in aliqua exponente. Sed si sit de subiecto communi non distributo requiritur quod in illa exponente addatur relatiuus idempitatis. quia nisi sic hec esset concedenda. aliquid incipit esse deus. eo quod ambe exponentes eius essent vere.

Secunda regula est quod ambe propositiones exponentes debent esse eiusdem quantitatis cum his propositionibus que exponuntur per duas universales et singulares per particulares et sic de alijs. Tercia regula est si hoc verbum incipit et definit ponatur cum verbo infinitivo presentis temporis tunc propositio est exponenda secundum regulas prius datas de modo exponendi propositiones de incipit et definit. Si vero fuerit presentis temporis tunc ubi ponitur nunc in illa de presenti oportebit ponere in aliquo instanti de preterito. et si in futuro oportebit ponere in aliquo instanti de futuro. Si etiam verbum infinitivi modi non sit presentis temporis oportebit illud mutare in aliquod equivalentis participio eiusdem temporis. ut in illis sortes incipit esse. sic exponitur sortes in aliquo instanti futuro erit. et immediate ante illud instans non erit. et hec sortes incipit fuisse sic exponitur sortes in aliquo instanti preterito fuit et immediate ante illud instans non fuit. et eodem modo dicendum est de alijs.

### Sed contra predicta arguitur.

Primo sic. Primus motus celi est causa istorum inferiorum que in pluribus sunt permanentia ergo permanentia non sunt causa successivorum sed e contra. quia idem non est causa et effectus respectu eiusdem. Secundo arguitur sic. Cuiuslibet rei est terminus extrinsecus. ergo male dicitur quod res successive non habent in se terminos ad quos terminantur. Tertio arguitur sic. Incipit et definit sunt eiusdem rationis in permanentibus et successivis. ergo eodem modo debent exponi propositiones de incipit et definit.

Quarto arguitur sic. Permanentia non differunt a successivis. ergo eodem modo debent exponi propositiones de incipit et definit in ipsis. Antecedens patet quia album et nigrum sunt in

Q. 1.

## Tractatus septimus.

tia permanentia eo q̄ postq̄ facta sunt remanēt in esse et tamen sunt successiva quia esse eorum acquiritur successive.

**Ad rationes.** Ad primā dicit q̄ licet aliqua successiva sint causa permanentium sicut arguitur de motu celi qui est causa permanentium hic inferius existens. tamē simpliciter loquendo et a toto genere permanentia sunt causa successorum. Ad secundā dicitur q̄ licet cuiuslibet rei sit terminus intrinsecus secundum essentiam. tamen ut in pluribus non est terminus intrinsecus secundum esse sicut motus secundum suum esse successivum non videtur habere terminum qui habeat esse successivum. sed tamen habet terminum qui habet esse permanentis. sicut patet de motu qui est alteratō et terminatur ad qualitatem. Et capitur hic successivum prout distinguitur contra quodcumq̄ permanentis specialiter. capitur. Ad terciā dicitur q̄ licet incipit et definit sunt eiusdem rationis generalis in permanentibus et successivis quia semper definitionem aut inceptionem significant non tamen sunt eiusdem rationis specialis sicut tactum est in principio. quare exponuntur aliter propositiones de incipit et definit in permanentibus et successivis. Ad quartam dicitur q̄ successivum est quod quando est est. et dum factum est non est. et nihil idem est successivum et permanentis. sed si capitur successivum pro illo cuius esse successive acquiritur sic aliquid posset esse successivum et permanentis sicut dictū est primo.

equitur de nomine infinito. cuius solent assignari quedam distinctiones. Prima est q̄ infinitum quandoq̄ tenetur negative. et est illud q̄ non est finitum neq̄ aptum natum est finitari. ut deus. Alio modo potest privative capi et est illud quod non ē finitum. tamen est aptum natum finitari. ut motus nondum perfectus est infinitus. et illud est

triplex. scilicet infinitus per appositionem ut in numeris. Aliud per dictionem tantum. ut in privativis. Aliud per utrumq̄. ut tempus. Secunda distinctio est de infinito qua potest distinguī quilibet modorum precedentium quia aliud dicitur infinitum in actu quod est quantum non terminatur. Aliud est infinitum in potentia. ut sunt continua. Aliud est infinitum quoad nos et non secundum rem.

Tercia distinctio est q̄ infinitus vno modo capitur cathogoreumatice prout est quantitas rei subiecte vel predicate. ut cum dicitur mundus est infinitus. Alio modo sincathogoreumatice non prout dicitur qualitates rei sed qualiter se habet subiectum in ordine ad predicatum et sic est distributio subiecti et signum distributum. Et de his dantur quedam regule.

Prima est q̄ infinitum sincathogoreumatice captum positum in subiecto facit terminum communes sequentem stare confuse tantum. ut hic. Infiniti homines currunt. ibi homines supponit confuse non tamen mobiliter.

Secunda regula est q̄ pro-

## De expositione

positio de infinito sincathogoreumatice capto exponitur per unam copulativam cuius prima pars affirmat predicatum de subiecto sumpto sub aliqua quantitate continua vel discreta. et secunda negat predicatum inesse tali subiecto secundum debitam quantitatem ut ista infiniti homines currunt que sic exponitur aliqui homines currunt et non tot quin plures duobus vel tribus. vel sic. homines aliqui currunt et non quilibet plures. Tercia regula est q̄ propositio de infinito capto cathogoreumatice exponitur per unam copulativam cuius prima pars affirmat quantitatem de subiecto. et secunda negat terminum illius quantitatis. ut hic linea est infinita. id est linea est quanta et non habet terminum sue quantitatis. et hoc si infinitum sit in predicato sed sicut in subiecto prima affirmat predicatum de subiecto quantum. et secunda negat terminum illius quantitatis. ut hic. aliquod corpus infinitum est album id est aliquod corpus quantum ē album. et idem corpus non habet terminum sue quantitatis. Et nota q̄ oportet negare termi-

num illius quantitatis secundum quem dicitur infinitus ita q̄ si sit infinitus in actu negandus est terminus illius quantitatis. et si sit in potentia ita q̄ sit infinitum secundum quantitatem potentialem et non secundum actualem negandus ē terminus quantitatis potentialis et non quantitatis actualis siue sit infinitum secundum appositionem vel dictionem.

Circa hanc textum notandum est primo q̄ postq̄ autor determinavit de incipit et definit consequenter determinat in hac parte de hoc nomine infinitum. Et ratio ordinis potest assignari. quia definit ostendit positivam finem rei eo q̄ significat definitionem eius. Infinitum vero privative finem rei ostendit quia significat carentiam finis sicut patet per expositionem nominis. Dicitur enim infinitum ab in quod est non et finitum quasi non finitū id est sine fine. Et q̄ habet procedit privationem ideo patet ordo. Sed quia infinitum significat negationem ideo communitur ponuntur plures distinctiones. quarum habetur tercio philosophicum et redactum in fine tractatus precedentis infinitum dicitur quinque modis. Uno modo negative scilicet quod aptum natum non est finiri vel finiri et hoc modo vox dicitur infinita. Alio modo sumitur privative pro eo quod non est finitum tamen aptum natum est finiri. Et aliud est triplex scilicet per appositionem ut numerus. per dictionem ut continuum. per utrumq̄ ut tempus. et de his acceptio nibus et de alijs dictum est sufficienter in fine tractatus precedentis.

### Sciendum est secundo

q̄ autor in textu reducit illos quinque modos ad duos. Et primus est q̄ infinitus vno modo sumitur negative et est illud quod nec est finitum nec aptum natum est finiri ut est punctus. Alio modo sumitur privative et est illud quod nec est finitum et tamen aptum natum est finiri ut motus nondum perfectus. Et aliud subdividitur in tria membra ut primo dictum est. Similiter aliquid dicitur infinitum in actu quod scilicet non est actu terminatus ut magnitudo carentis termino dicitur Q. ij.



infinita in actu. Aliud est infinitum in potentia  
ut communum et numerus. Aliud est infinitum  
quo ad nos, ut profunditas maris que licet de  
se sit pertransibilis tamen propter impedimen-  
tum est nobis impertransibilis.

Sed de infinito ut hic est ad propositum  
dicitur qd potest sumi duobus modis. Uno mo-  
do categorizantice id est significante, et idem  
est qd res infinita sine res sine fine aut sine termi-  
no et hoc modo significat quantitatem rei sub-  
iecte aut predicate. Alio modo sumitur finitudo  
governantice et tunc significat dispositiones sub-  
iecti ad predicatum, nec est terminus communis sig-  
nificans rem subiectibilem aut predicabilem immo  
est signum distributum includens in se terminum  
sive distributionis. Et quia possunt propo-  
sitiones de infinito variari penes affirmationem  
et negationem, ideo de expositione talium propo-  
sitionum dixerit ponitur regule.

Sciendum est tercio qd

propositiones affirmative de infinito finitudo  
governantice sumpto exponuntur per unam copu-  
lativam cuius prima pars affirmat predicatum  
de subiecto sumpto sub aliqua quantitate con-  
tinua vel discreta, secunda vero negat predicatum  
in esse tali subiecto secundum determinatam qua-  
ntitatem, ut in ista infiniti homines currunt, ex-  
ponitur sic, aliquot homines currunt et non tot  
quin plures. Et eodem modo diceretur de propo-  
sitione negativa in qua tamen infinitum non ne-  
gatur, puta ista infiniti homines non currunt, et  
exponitur, aliquot homines non currunt, et non  
tot quin plures. Idem etiam diceretur de propo-  
sitionibus de preterito et futuro variando tem-  
pus, ut ista infiniti homines fuerunt, sic exponi-  
tur aliquot homines sunt vel fuerunt et non sunt  
vel fuerunt tot quin plures.

Secunda re-  
gula est qd propositiones de infinito categori-  
zantice sumpto exponuntur per unam copulati-  
vam cuius prima pars affirmat quantitatem de  
subiecto, secunda vero negat terminum sue qua-  
ntitatis, ut hec linea est infinita sic exponitur: li-  
nea est tanta et non habet terminum sue quanti-  
tatis. Et hoc intelligendum est si infinitum po-  
natur a parte predicate. Sed si sit in subiecto ex-  
ponitur sic per unam copulativam cuius prima  
pars affirmat predicatum de subiecto quanto,  
et secunda negat terminum illius quantitatis, ut  
hec infinitum corpus est album sic exponitur, qd  
tunc corpus est album et illud non habet terminum  
sue quantitatis, et sic oportet negare terminum  
illius quantitatis ita qd si sit infinitum in actu ter-  
minus actualis quantitatis est negandus. Et si  
sit infinitum in potentia negandus est terminus  
potentialis. Et quo patet qd sine categorizantice  
governantice sine finitudo categorizantice infinitum

tamen reddit propositionem exponibilem.

Et si quis arguat infinitum categorizantice  
tunc sumptum non est finitudo categorizantice, ergo non  
reddet propositionem exponibilem ut patet per  
definitionem propositionis exponibilis. Ad hoc  
respondetur qd licet infinitum categorizantice  
sumptum non sit finitudo categorizantice tamen semper  
includit finitudo categorizantice eo qd semper includit  
negationem ratione cuius facit propositionem  
obscuram que propter sensum obscurum per a-  
liam propositionem est declaranda. Patet insuper  
qualiter propositiones contradictorie de infinito  
sunt exponende per ea que supra dicta sunt.  
Debet enim semper sic exponi per unam disiunctivam  
compositam ex partibus contradictoriis illis p-  
positionibus exponendis suas contradictiones.

Sed contra predicta ar-

guitur. Primo sic. Omne habens positum in co-  
ntinuo est finitum, sed punctus est habens positi-  
onem in continuo, ergo punctus est finitum, et sic ma-  
le dicitur qd est aliquid infinitum actu sicut punctus.

Secundo arguitur sic. propositio exponi-  
bilis est apprehensibilis ab intellectu exponente,  
sed propositio de infinito non est apprehensibilis  
ab intellectu quia intellectus abhorret infinitum  
tunc, ergo propositio de infinito non exponitur.

Tercio arguitur sic. ista est de infinito qd  
tunc est infinita et tamen non est exponibilis, er-  
go non omnis propositio de infinito est exponi-  
bilis, antecedens patet quia infinitum est passio  
quantitatis modo posito subiecto ponitur eius  
passio seu proprietates eo qd insequitur ipsum et in-  
vertibiliter, ergo posita quantitate ponitur infi-  
nitum quod est passio.

Quarto arguitur  
sic. Omnis terminus privativus debet exponi  
per aptitudinem illius cuius privativus importat h  
infinitum non sic exponitur, qd si sufficeret exponi

Ad rationes. Ad primam

dicitur qd omne habens positionem in continuo  
tantum pars quantitatis est finitum actu et infi-  
nitum in potentia, quia illud est continuum, sed  
non oportet de illo quod habet positionem in  
continuo tantum principium cuiusmodi est punctus.

Ad secundam dicitur qd licet natura et  
intellectus abhorreant infinitum actu, non tamen  
infinitum in potentia, et licet infinitum actu non  
possit apprehendi ab intellectu tamen eius positi-  
vum apprehenditur tamen positivum tantum per  
apprehensiones finiti et hoc sufficit ad hoc qd in  
intellectus exponat propositionem de infinito ab  
eo cognito.

Ad tertiam dicitur qd licet po-  
sito subiecto ponatur eius passio tamen subiec-  
tum non dat intelligere suam passionem cuius sit  
privativus ea, et privativus non dat intelligere suum po-  
sitivum quare illa propositio dicitur de infinito

Ad quartam dicitur qd hic non accipitur in  
sensum prout importat positionem, sed ut est  
signum distributum quantitatis.

Equitur de compara-  
tivis et superlativis de  
quibus dantur tales

regule. Prima est qd propo-  
sicio habens comparativum pro-  
prie captum et non abusive ex-  
ponitur copulative per tres ex-  
ponentes quarum prima affir-  
mat positivum de re excedente  
Secunda affirmat eundem de  
re excessa. Et tertia affirmat ex-  
cessum de re excedente respec-  
tu rei excessa, ut hic, fortes est al-  
bior asino, exponitur sic fortes  
est albus asinus est albus et for-  
tes est magis albus qd asinus.  
Et negando equalitatem for-  
me inesse excesso respectu exce-  
dentis, ut hic fortes est albus a-  
sinus est albus sed asinus non  
est equus albus sicut fortes. Secun-  
da regula est qd superlativus di-  
stribuit terminum communem  
sequentem qui signat rez exces-  
sivam, ut leo est fortissimus ani-  
malium ibi animalium distribu-  
itur. Tercia regula est qd su-  
perlativus proprie tentus vult  
genitivum significantem rez ex-  
cessam cum re rei excedenti, pa-  
tet quia hec est impropria locu-  
tio leo est fortissimus lincuz, qd

ling de leone omnino non veri-  
ficatur. Quarta regula est  
qd propositio de superlativo p-  
prie capto exponitur copulati-  
ve per tres exponentes quarum  
prima affirmat positivum de re  
excedente, et secunda affirmat  
eundem de re excessa, et tertia  
negat universaliter excessum de  
re excessa per respectum ad rez  
excedentem, ut hic, rosa est pul-  
cherrimus flos florum, id est ro-  
sa est pulchra, et omnis flos est  
pulcher, et nullus flos est pulcri-  
or rosa. Si vero superlativus  
teneatur affirmative tertia ex-  
ponens debet esse affirmativa  
affirmans excessum de re exce-  
dente per respectum ad rem ex-  
cessam acceptum universaliter  
ut dicendo rosa est pulchrior om-  
ni flore. Et omnes propositiones  
de maximo et minimo et sic  
de alijs superlativis his duo-  
bus modis possunt exponi, dum  
modo ponatur genitivus im-  
portans rem excessam et si non  
ponitur ille genitivus debet om-  
mitti secunda exponens, ut hic  
fortes est fortissimus, id est for-  
tes est fortis, et nullus est for-  
tior ipso. Et contrarie istarum  
debet exponi per disiunctivas  
de partibus contra dicentibus

25  
4  
100  
200

## Tractatus septimus.

Circa hunc textum notandum est primo qd consequenter autor determinat de comparatione et superlativo. Unde comparationis et superlativi possunt teneri dupliciter. Uno modo proprie. Alio? abusive. Proprie. scilicet illud quod comparatur et illud cui comparatur participat proprietate in aliquo in qua comparantur. ut plato est fortior homine. vel plato est fortissimus hominum sicut plato et homo participat in fortitudine. Alio modo abusive sine improprie tenetur quod illud quod comparatur non participat cum illo cui comparatur secundum aliquam proprietatem secundum quam fit comparatio. Et hoc fit tripliciter. primo modo quando ponitur comparatio in loco positum ut dicendo iste est fortior. non addendo illud respectu cuius est fortior. tantum valet sicut fortior. et sic non facit propositionem exponibilem. Vel quando ponitur illud cui comparatur cum forma improprie excessus sine eo cui comparatur. ut dicendo nicholans est sanctissimus. Secundo modo quando ponitur illud cui comparatur et non participat formam comparationis ut dicendo deus est melior dyabolo sicut melior tenetur abusive. Tercio modo quando comparationis et superlativi includunt cum hoc adverbio magis vel minus positum oppositum suo proprio positum. ut dicendo fortius est melius homicidio et fornicatio est melior ad ultimum. sensus enim est fortius est minus malus et homicidium et fornicatio est minus mala et ad ultimum. Duo quoque est advertendum qd in excessu comparationis improprie per comparationem et superlativum quatuor requiruntur. Primum est excessus sine illud quod comparatur. Secundum est excessus sine illud cui comparatur. Tercium est illud in quo comparatur sine illud in quo fit comparatio. Quartum est excessus sine illud in quo excessus sine id quod comparatur excedit excessus sine illud cui comparatur. Verbi gratia fortis est fortissimus hominum. fortis est excedens sine illud quod comparatur. et homo minimum est excessus sine id cui comparatur fortis. et iste superlativus fortissimus est illud in quo fit comparatio. et dicitur excessus fortitudinis. quia fortis habet fortitudinem in excessu respectu aliorum hominum.

**Sciendum est secundo qd** proposito de comparatione proprie dicto et non abusive exponitur proprie et copulative per tres exponentes. et hoc intelligendo de comparatione proprie dicto et non abusive. Quorum prima affirmat positivum de excedente. secunda affirmat eundem positivum de re excessa. Et tertia affirmat excessum id est formam secundam quod fit comparatio cum excessu. ut fortis est albus et sic non sic exponitur. fortis est albus. albus est al-

bis. et fortis est magis albus et albus. Et hoc intelligendo si ille comparativus albus tenetur affirmative. quia si tenetur negative deberet sic exponi negando quantitates in excessu respectu excedente ut dicendo sic fortis est albus albus est albus. si albus non est ita albus sicut fortis. Et sic patet exponi propositiones de comparatione affirmative sumptis sic generaliter. ut dicendo fortis est albus platis. fortis est magis albus et plato et sic de similibus. Est tamen advertendum qd semper in expositione terminus non distribuitur in opposita non distribuitur in exponentibus. Unde est advertendum qd terminus significans re excessa sequens superlativum supponit distributive si non sit distributive. ut dicendo fortis est fortissimus alaluz. alaluz sicut distribuitur ut videbitur in exponentibus. Debent enim superlativi et comparativi gradus virtute distributi terminis sequenti se. Et ad hoc cognoscendum ponitur hoc regule. Prima est terminus cuius sequens terminus comparativus si dicitur si sit ablativus casus et regat ab huiusmodi comparatione nec impediat qd illud sine categoriam ma implicite vel explicite positum supponit casum se et distributive. Et notanter est sequens qd si si cederet non accipere sua suppositioes a comparatione. Dicitur etiam ablativus casus qd si poneret terminus alterius casus non distribueret ab illo comparatione. ut per hoc fortis est fortior homo platis. ibi homo non distribuitur. Dicitur etiam si non impediat qd si superlativus adderetur aliquid sine categoriam distributive tunc non distribueretur propter uno distributive sine categoriam cadentia super ipsum. Ideo cum sit fortis est fortior homo. ibi homo non distribuitur. si supponit determinate. et sensus est. fortis est alioquo homo fortior. et ista fortis est fortior homo equivalet hinc fortis est omni homo fortior. Secunda regula talis est qd genitivus singularis si sit terminus cuius sequens terminus superlativi gradus recte ab eo dicitur non impediat supponit casum se et distributive. Et hoc regule eodem modo exponitur sicut procedens. Ex quo sequitur qd terminus comparativus et superlativi gradus distribuit terminis sequenti se ab eis rectum. Omnis enim ibi terminus eodem modo supponit sicut in alijs propositionibus. Est tamen advertendum qd propositioes de huiusmodi dicitur eodem modo advertitur sicut alie. hoc enim fortis est fortior homo alali convertitur sic quod est fortis omni alali est fortis. et hoc leo est fortissimus alaluz. qd fortissimus alaluz est leo.

**Sciendum est tertio qd** propositiones de superlativo improprie sumptis sic debent exponi. verbi gratia ut dicendo homo est sanctissimus. valde sanctus. Et de huiusmodi expositione non ponitur aliqua regule qd non requiritur plures exponentes. Et hoc sumatur superlativus proprie hoc est dupliciter. vel sumatur cum ge-

## De expositione.

nitio ab eo recto ut dicendo fortis est fortissimus homo vel sine genitivo ut dicendo fortis est fortissimus. Si hoc sumatur est genitivus potest exponi dupliciter. affirmative et negative. Duo cur? expositione ponitur per regule. Una propositio de superlativo proprie capto exponitur copulative per tres exponentes. Quorum prima affirmat positivum de re excedente. secunda affirmat eundem de re excessa. et tertia negat ut excessus de re excessa per respectum ad re excedente et hoc si exponatur negative ut hoc rosa est pulcherrimus flos. sic exponitur rosa est pulchra et omni flos est pulcher et nullus flos est pulchrior rosa. Et tamen iste superlativus tenetur negativus non dicitur supra ipsum feratur negativus ut dicendo non est pulcherrimus. si ex eo qd excessus seu forma comparationis de re excessa negatur respectu rei excedente. Et sic hanc expositionem negatam solet dici qd decem sunt genera generalissima ut. generalissimum exponitur qd est generale et qd non est generalissimum. Si autem superlativus exponatur affirmative debet exponi per tres exponentes. Quorum prima affirmat positivum de re excedente. secunda affirmat eundem de re excessa. Et tertia affirmat excessus de re excedente per respectum ad re excessam uter capta. ut illa propositio rosa est pulcherrimus flos sic exponitur affirmative rosa est pulchra et omni flos est pulcher et rosa est omni flos pulchrior. vel rosa est ita pulchra sicut alius flos. Est tamen advertendum qd si genitivus sequatur superlativum cum signo universalis tunc in tertia exponente si sit affirmativa debet etiam ablativus cum signo sequi comparativum et secunda exponens debet esse particularis affirmativa. ut hoc rosa est pulcherrimus omnium flos. si est affirmativa sic exponitur. rosa est pulchra alius flos est pulcher. et rosa est pulchrior omni alio flos. Si autem genitivus precedat tunc debet fieri tertia exponens secundum agentiam illius termini. Quando etiam ponitur genitivus post superlativum tunc genitivus illius genitivi debet affirmari de subiecto ut ad hoc qd hoc sit rosa est pulcherrimus flos requiritur qd rosa sit flos. et ideo hoc non est vera leo est fortissimus lincum. Si vero superlativus ponatur sine genitivo tunc exponendo debet obmitti secunda exponens ut ista fortis est fortissimus sic exponitur. fortis est fortis et nullus est ita fortis sicut fortis. Et contra dictione propositionum tam de comparatione et superlativo debent exponi per distinctivas de paribus contradicentibus sicut dictum est de affirmativis.

**Sed contra predicta arguuntur.** Primo sic. Comparativus et superlativus sunt dictiones categoriamate. ergo non red-

dant propositionem exponibilem. tenet consequentia per distinctionem propositionis exponibilis. Secundo arguitur sic. Illa est de comparatione. fornicatio est melior adulterio. et tamen non exponitur copulative per tres exponentes quia exponentes essent falsi et tamen exposita est vera. ergo contra secundam regulam de comparatione positam. Tercio arguitur sic. In illa propositione fortis est fortior homo ibi homo distribuitur eo qd illa equivalet hinc fortis est fortior homo et tamen ibi homo non est ablativus casus ergo comparativus non solum distribuit ablativum ab eo rectum. Quarto arguitur sic. Illa est de superlativo leo est fortissimus lincum et tamen non exponitur secundum predictas regulam. ergo ipsa non est bene posita.

### Ad rationes. Ad primam

dicitur qd licet comparativus et superlativus sint verba significativi equivalent tamen sine categoriamate ratione alicuius proprietatis in ipsis induit. Ad secundam dicitur qd ille comparativus non tenetur proprie sed abusive de cuius expositione dicitur est superius. Ad tertiā dicitur qd homo ibi distribuitur sed hoc non est de virtute comparativus sed virtute huius sine categoriamate qd distributio enim comparativus tunc cadit nisi supra terminum ablativum casus. et si poneretur ibi homo sine additione huius sine categoriamate qd non distribueretur ut patet dicendo fortis est fortior homo. Ad quartam dicitur qd illa est de superlativo abusive capto de quo hic non intenditur. quia abusive propositiones non conceduntur a grammatico nec a logico. Vel dicitur sicut dictum est in ultimo notabili qd ad propositionem de superlativo requiritur qd nominativus illius genitivi possit affirmari de subiecto principali.

**Equitur de differt aliud ab de quibus dantur tales regule.** Prima est qd differt aliud ab et diversum convenit tantum in tribus. Nam ut dicitur quarto metaphisice nec non ens enti nec ens non enti. est idem vel diversum. Secunda regula est qd ablativus recitatus ab istis dictionibus mediā te a vel ab distribuitur sicut vi-

tribubilis nisi habeat aliud i  
pedimentum. Tercia regu  
la est q̄ propositio de differt af  
firmatia exponitur per tres ex  
ponentes affirmatiuas. in qua  
rum prima affirmatur hoc ver  
bum est de eo quod differt. In  
secunda affirmatur idē de eo  
dem a quo differt. Tercia ne  
gat vnum illorū de alio. vt ho  
mo differt ab asino. id ē homo  
est et asinus est. ⁊ homo non est  
asinus. Quarta regula est  
q̄ propositio negatiua de dif  
fert debet exponi per vnam di  
sunctiuā de partibus contra  
dicentibus. vt sortes non dif  
fert ab asino. id est sortes non  
est vel asinus non est. v̄l sortes  
est asinus. Et valent consequē  
tie in istis sicut in precedentib⁹  
tibus.

Equitur de hoc signo to  
tus. Pro quo sciendum  
est q̄ hoc sincathegoruma tot⁹  
potest capi cōmuniter pro om  
ni illo quod habet partes v̄n  
de componitur. Alio modo ca  
pitur magis proprie pro omni  
illo quod ex omnibus suis par  
tibus est perfectum sicut dom⁹  
dicitur tota quādo est cōpleta  
Et his duobus modis totus te  
netur significatiue. Tercio mo

do capitur sincathegorumati  
ce prout includit signum distri  
butiuū. vt hic totus sortes est  
albus. et sic non dicit quale sit  
subiectum sed qualiter se habz  
ad predicatum. Et hoc modo  
reddit propositionem exponis  
biles. De quo dantur due  
regule. Prima est q̄ totus  
distribuit terminum cui adiun  
gitur pro qualibet parte inte  
grali eius. vt totus sortes ē al  
bus. id est quelibet pars sortis  
est alba. Secunda regula  
est q̄ propositio affirmatiua de  
toto exponitur per vnam cathe  
goricam transumendo ly tot⁹  
in hoc qd est scōm quālibz sui  
partē. vt totus sortes est minor  
sortes. id est sortes secundum  
quamlibet sui partes est minor  
sortes. Preterea notandū  
est q̄ hec signa qualelibet. quā  
tumlibet. non proprie faciunt  
propositiones exponibiles. sed  
faciunt distributionem absolu  
tam secundum modū reliquo  
rum signorū. sicut sunt ista om  
nis quilibet. sed contrahūt ad  
determinatum genus predica  
mentale. vt quātumlibet distri  
bitur pro quantitate continua.  
Et etiam valet sicut habēs om  
nem quantitatem continuam ⁊

qualibet pro omni qualitate. ⁊  
valet sicut habens omnes qua  
litatem. Et sic dicuntur menta  
taliter complexa. quorum pro  
positiones fiunt per compositi  
onem. Et hec de exponibili  
bus dicta sufficiant.

Circa hanc textus notandū est primo q̄ cō  
sequenter auctor in hac parte determinat de istis  
dictionibus differt aliud et diuersus et similiter  
de hoc signo totus. Sed q̄ propositionis quedā  
sunt affirmatiue et quedā sunt negatiue. quedā  
de presenti quedā de preterito et quedā de fu  
turo. Et similiter ablatiuus rectus ab istis dicti  
onibus mediāte a vel ab aliqui est terminus sin  
gularis ⁊ aliqui terminus cōis sumptus sine sig  
no vniuersali. ideo tales propositiones sunt ali  
q̄ v̄lēs aliquando particulares aliqui indefini  
te et singulares. Et de expositione talis p  
positionis diuersa regule ponuntur. Anteq̄  
tū ponantur est aduertendū q̄ ad propositiones  
de differt siue sint affirmatiue siue negatiue siue  
v̄lēs siue particulares tria requiruntur. scilicet qd  
differt et illud a quo differt et verbus denotans  
differentias inter illa. vt ista hō differt ab asino.  
hō est illud qd differt. asinus est illud a quo dif  
fert. et hoc verbum differt denotat differentiam in  
ter illa. Et pro expositione illarū propositō  
num ponitur prima talis regula. Omnis propo  
sitiō affirmatiua de differt aut alia simili dictio  
ne si sit de presenti exponitur copulatiue p tres  
categoricas. Quarum prima affirmat hoc ver  
bum est secundum adiacens de eo quod differt.  
et secunda affirmat idem de eo a quo differt. et  
tercia ē negatiua in qua negatur id a quo differt  
de eo quod differt. vt sunt iste sortes differt ab  
homine. sic exponit sortes est. et homo est. ⁊ sor  
tes non est homo. Et quo patet q̄ propositio est  
falsa cuius altera exponentium est falsa. nec ta  
men est vera sortes differt ab homine licz ista sit  
bene vera sortes differt ab omni homine quia sue  
exponentes sunt vere. sic enim exponitur. sortes  
est et omnis homo est et sortes nō est omnis ho  
mo. Et quo sequitur q̄ hec est falsa sortes albus  
differt a sorte nigro. supposito q̄ sortes capiat  
vniuerso eo q̄ due primæ exponentes nō possunt  
simul esse vere. Circa hoc tamen obseruandū  
est q̄ ablatiuus rectus ab istis dictionibus  
habet tandem supponem et in exponente et in  
exposita. ideo hec sortes ab homine differt nō  
exponitur per istas sortes nō est homo. quia ibi  
distribueretur homo qui non distribebatur in

exposita. ideo et hec debet sic exponi sortes ho  
mo non est vel sortes aliquis homo non est vt  
nunc patet expositum est. Et similiter hec sortes  
ab omni homine differt non exponitur per istas  
sortes non est omnis homo. sed per istam sortes  
omnis homo non est. sortes nō est homo est. aut  
per istas sortes non est homo. quia iste tres cōuer  
tribiter equivalent.

Sciendū est secundo q̄  
propositiones affirmatiue de futuro de predictis  
dictionibus exponuntur copulatiue per tres ex  
ponentes. In quarum prima affirmatur hoc ver  
bum est de eo quod differt. in secunda affirmat  
idem verbum mediāte hoc aduersio tunc aut  
aliquo sibi equalitate de eo a quo differt. et in  
tercia negatur id a quo differt de eo quod differt  
mediāte copula de futuro. et de eodem aduersio  
b̄o. Est tamen aduertendū q̄ si subiectus  
sit terminus communis non distributus est in  
tercia exponente debet addi subiecto relatiuum  
idē prout substantie. vt hic homo differt a pla  
tone sic exponitur homo est. et plato tunc est.  
et idem homo tunc non est plato. Et possit  
poni similiter talis regula de alijs propositō  
nibus de preterito. Sed de propositō  
nibus negatiuis de predictis dictionibus ponit  
ur talis regula. Propositiones negatiue de differt  
vel de similib⁹ sunt exponende per propositōnes  
disiunctiuam compositam ex partibus contra  
dicentibus partibus copulatiue exponentib⁹ su  
am contradictorias. vt hec sortes non differt ab  
homine. exponitur sic sortes non est. vel homo  
non est. vel sortes est homo. Et quo patet q̄  
ista copulatiua est vera. in differt ab omni ho  
mine et tamen tu non differt ab homine. Et licz  
multe alie regule possunt poni ille tamen pro pre  
senti sufficiunt.

Sciendum est tercio q̄  
consequenter auctor determinat de hoc signo to  
tus. Unde totus potest capi dupliciter. vno mo  
do generaliter vt idem est q̄ compositum ex par  
tibus sine habens partes. et sic omne habens p  
tes est totus. Alio modo sumitur proprie vt idē  
est qd cōpletum et perfectū ex omnibus suis parti  
bus et sic domus dicitur totum quando habet  
totas suas partes. et his duobus modis totus  
non facit propositionem exponibilem eo q̄ non  
est sincathegoruma nec reddit sensum propo  
sitiōnis obscurum. Alio modo sumitur totus sine  
categorumatiue et sic est signum distributiū  
partium integralium includens in se signū vni  
uersale cum hoc termino pars que est terminus  
sue distributionis et secundum hanc acceptiōne  
facit propositionem exponibilem. Preter tri istos  
duos modos addunt aliqui tertium videlicet q̄

Tractatus septimus

totus aliquando sumitur pars...
gic quando alicui non habent partes attribuitur
ut cum dicit philosophus totus punctus est gic
totum punctum. et tota anima intellectiva est in
toto et tota in qualibet parte.

Sed contra predicta arguitur
Primo sic. differt aliud ab et diversum co-
veniant non enim. ergo male est qd tales ppo-
sitiones debent exponi per categoricas in quib-

predicatus est secundum adiacens. antecedens pa-
tet nos camera est aliud a monte surto cum qd
mora habent aliud esse in ymaginacione qd mons
aureus. et camera et mons aureus sunt no entia
de quibus non potest predicari hoc verbum est

Ad rationes. Ad prima
dicitur qd licet in non entibus ad se invicem com-
paratis reperitur idem vel diversum sicut ymagi-
naciones eo qd non ymaginacione ymaginatur. tamen in
non entibus non reperuntur idem vel diversus
proprie nec inter se nec in comparacione ad entia
quia non ens non dicitur idem vel diversus enti
nec e contra.

Famosissimi bonarum artium
ac philosophie monarche Pa-
risiensis magistri Johannis de
magistris summorum Petri hy-
spai glosule exactissime ad me-
tez doctoris subtilis felici syde-
re finiunt Opera et impensa ma-
gistri Henrici mayer almani.
Anno salutis nostre. M. cccc.
lxxvij. Die. xij. mensis apalis

Tabula foliorum.

a
Primum vacat.
famosissimi bonarum artium
cuiusmodi est subiectum.
dum dicitur ad dubium
b
Uno modo fundamentaliter
nate et sic est indicativa.
Tunc his suppositis
libus sunt categorice et ypo
c
Et qd negatio non caderet
sicut in alia. Tertio arguitur
tionem. ut homo est albus
potest convenire subiecto
d
Ideo hoc modo diceretur qd
ne consequente. ut si homo est
necessitatem copulativae requi-
dicitur qd illa est equivalenter
e
modum. Omne necessariat
bri per hanc regulam
tem currere non est impossibi-
impossibilit. Et si queratur
f
vel est illa sub qua non est
gularium. sed bene addit enti
Differentia dicitur tripliciter
nitur. Et quis aliquando
g
Et dicuntur relata apparetie
actu. et ideo non faciunt
ab abstractum significat formas
in predicamento sed homo est
h
vna affirmativa que est
falsi. et oratio est suscep-
vnaqueq separata est
significetur. sed hoc modo no-
minat de loco ponendo qd sic
i
dicitur qd triangulus et

guntur primo sic a virtute
multitudine accidentali que
ta et non de passione
non moveretur in tempore.
A
Propositio est oratio affirm-
est quando nihil est sumere
duarum propositionum in
nulla petra est homo. ergo.
B
Lesare. Primus modus constat
et vniuersali affirmativa minore
et tamen arguitur in disamis
Et nota qd inuenire terminos
C
maior extremitas et minor:
tuus vel entumena probatis
species v illo predicatur gen-
dialecicus principalis denota
D
per locum a parte subiectiva
Totum potestatum est qd
tus in ante et efficientis.
ferrum est. ergo cultellus est
E
ipso terminorum alia est in ipso
Destructive sic. sicut visibile
tium eadem habitudo
propositio rethorica est affectu
F
vnum correlativum qd fallacia est
puns est dicendum de equivo
Quarto arguitur sic. omne
teneri materialiter vel conser
G
gis apta nata determinare
et est sensus qd duo sunt.
sed quadraginta virosum
ergo visarius hys dilectiones
D
consequentie ostendendo cam
Sciend si est scdo qd huius false
Causa apparentie huius false

Ad tertiam dicitur qd in omni
3
Oportet autem hoc scilicet.
Ad sciam dicitur qd duplex
non enim accipiuntur
relatione aliquid supponitur
R
plicem nec secundam qd ha bet
illa vero ex parte predicati
to quot sunt homines
si dicitur homo est vox.
I
Iste est secundus tractatus
patet quia nullum tale
Et ideo sicut patet
Sed contra predicta arguitur
M
Appellatio est acceptio termi-
veniente habeat noticiam
guntur primo sic. dicendo
stringentis ut si dicitur
N
Distributio est multiplicatio
dicitur qd signum vniuersale
in plurali numero aliquando
singularem. ergo omnis non
O
Sequitur de hoc signo nihil
do eo qd arguitur a pluribus
probatu sopphisma a fonte
Circa hunc textum notandum
P
cipere vivere et postea.
tibus semper est
propositionis et tantum
rentiam siue distinctionem
Q
Sciendum est secundo qd
posito de infinito sicut pego
Ad quartam dicitur qd hic

juene sales cum ygon

Proprietates bonarum artium septem sunt.
Prima est omnia scire.
Secunda distinctio cognoscere.
Tercia alios sine similitudine docere.
Quarta ad quicquid respondere.
Quinta sola veritate sine pernicione huius orbis predicare.
Sexta celatate et expedite dicitur distinctio.
Quot sit tertio et alijs antiquior.



